This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

Digitized by Google

YAEG
(Meteorologica, 1834.)

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Aristotle

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΜΕΤΕΩΡΟΛΟΓΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΙΑ Δ.

ARISTOTELIS METEOROLOGICORUM

LIBRI IV.

Graeca verba post Bekkerum ad interpretum graecorum auctoritatem, codicum veterumque editionum fidem denuo recensuit, latinam interpretationem partim novam, partim Vicomercati refictam addidit, excerpta ex commentariis Alexandri, Olympiodori, et Ioannis Philoponi, suos commentarios, indices verborum ac rerum adiecit et praefatus est

IULIUS LUDOVICUS IDELER

PHIL. IN ACADEMIA FRIEDERICA GUILELMA BEROLINENSI DR.

VOLUMEN ALTERUM

LIBROS DUO POSTERIORES CUM COMMENTARIIS, ALEXANDRI APHRODISAEI LIBELLUM DE MISTIONE ET INDICES CONTINENS.

LIPSIAE 1836

SUMPTIBUS FRID. CHRIST. GUIL. VOGELII.

Digitized by Google

Celui qui dans une science néglige l'histoire de cette science, se prive de l'expérience des siècles, se place dans la position du premier inventeur, et met gratuitement contre soi les mêmes chances d'erreur avec cette différence que les premières erreurs, ayant été nécessaires ont été utiles, et par conséquent sont plus qu'excusables, tandis que la répétition des mêmes erreurs n'ayant pas été nécessaire, est inutile et stérile pour les autres et honteuse pour soi-même.

Cousin, Cours de l'histoire de la philosophie
XIe leçon. Juillet 1828, p. 4.

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Opere iam ad finem perducto, quod quinque per annos, inde enim ab illo tempore, quo breve de Meteorologia *veterum Graecorum et Romanorum* opusculum componere aggrediebar, me tenuit occupatum, perpendenti mihi, quid pro viribus et iis, quae ad manum erant instrumentis praestare licuerit, vereor ne multa multis reliquerim agenda, eoque fere unico me consolor argumento, quod fortasse, me non accedente, egregium hoc Aristotelis opus diutius adhuc intactum iacuisset et interprete suo caruisset. Secuturi praestabunt meliora; idque unum alicuius, nisi omnia me fallunt, erit momenti, quod futuris interpretibus viam sternere eram conatus.

Adieci libellum Alexandri Aphrodisiensis *περὶ μίξεως*, quem etiam Aldus commentariis in Aristotelis Meteorologica, qui sub medici illius nomine circumferri solent, proxime subiunxit, quum in eo de multis rebus dilucide sit disputatum, quae cum iis, quae Aristoteles in quarto Meteorologicorum libro exposuerat, arcte cohaerent, et quum non indignus mihi videretur, cuius innumeris fere, quibus in prima illa editione scatebat, mendis purgati, denuo viris doctis copia fieret, praesertim quum nonnulla contineret, quae in historia philosophiae enarranda alicuius ponderis, aliaque plura, quae in re ne hodiernum satis explicata non exigui momenti videri possent. In pluribus locis emendandis usus sum latina interpretatione Angeli Caninii Angliarensis, quae una

Digitized by Google

cum libris de fato et de anima ab eodem graeco auctore compositis et ab eodem Caninio in latinum sermonem conversis prodiit Venetiis apud Hieronymum Scotum anno 1549, forma maxima. Quamvis multos locos coniectura et mutata interpungendi, quam totam fere subverti ratione, non infeliciter sanasse mihi videar, nonnullos tamen superesse, qui quales nunc exhibentur vix comprehendi queant, bene intelligo eosque doctorum virorum acumini commendo. — Laudatur liber a Themistio in Aristot. *Phys.*, fol. 37, a: *δ, τε Ἀφροδισιεὺς Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ κράσεων γράμματι.*

Adservatur in Bibliotheca Regia Berolinensi codex forma quaterna (Mss. Latin. Quart. 70) seculo ut videtur decimo quinto ineunte in Gallia *) scriptus, qui praeter Marci Pauli Veneti orientalium regionum descriptionem a fratre Francisco Bononiensi latine redditam **), Chronicon fratris Martini [Poloni] *ordinis fratrum praedicatorum et penitentiarii domini papae* ***), Secreta fratris Alberti Coloniensis de ordine praedicatorum (unde videtur a monacho praedicatorum ordinis conscriptus esse), aliaque complura, quae huius loci non est enumerare, inde a fol. 129 ad fol. 140 etiam Expositionem libri Meteororum continet, pro more illius seculi satis ieiunam, haud tamen prorsus inepte adornatam, quam physices scholastices historiam enarraturo commendamus.

Praeterea moneo, Anglicam Meteorologicorum Aristotelis interpretationem auctore Edmundo Pargiter prod-

---

*) Continet enim gallicam etiam dissertationem inscriptam: *Lexposition des sonnges solom oco qe Daniel le prophete le fist et en escripture per Astronomie le mist.*

**) Müller, *Marc. Paul.*, Colon. Brandeburg. 1671, 4. in praef. p. 16. Zurla, *di Marco Polo e degli altri Viaggiatori Veneziani più illustri Dissertazioni*, Venez. 1818, 4. Vol. 1, p. 27 sq. Marsden, *Travels of Marco Polo*, London 1818, 4. p. LIV sq. Abel Remusat, *Nouv. Mélanges Asiatiq.*, Vol. I, p. 276.

***) Cfr. Quietif et Echard, *Script. Ord. fratr. Praedicator.* I, p. 136.

Digitized by Google

iisse Londini 1745, 4. quam, uti nunc video, commemoraverat etiam Buhle, *Aristot. Opp.* Vol. I, p. 273. Innumera fere loca vir ille non intellexerat, unde nullum inde hauries fructum. Ludovici Buccaferrei Bononiensis *lectiones supra primum librum Meteorologicorum Aristotelis* (Venet. 1565, fol.) et *lectiones in quartum librum*, quae Venetiis 1563, fol. prodierunt, nuper comparandi occasionem habui: nihil tamen sani inde repetes. (Adservatur exemplar in Bibl. Reg. Berolinensi.) Auctorem ad nomen tenus ignoraverunt Fabricius, Buhlius reliquique, qui de historia Aristotelis litteraria scripserunt viri. Antiqua Guilelmi a Moerbeka interpretatio *latina*, quae ad Schneiderum usque Thomae Cantipratano, episcopo Lusentino et Episcopi Cameracensis suffraganeo *) tribuebatur, reperitur in *Oper. Sti Thomae Aquinatis*, quorum tres editiones ad manum sunt, quae prodierunt Romae 1570, 5 voll. fol. Antwerp. 1612, 5 voll. fol. (per Cosmam Morelles ordinis fratrum praedicatorum) et Paris. 1660, 6 voll. fol.

Nuper demum in manus mihi incidit exemplar Aldinum commentariorum Olympiodori, in Reg. Bibl. Berolinensi adservatum **), quo ex Ezechielis Spanhemii Bibliotheca pervenit, cuius margini vir quidam doctus, Spanhemio antiquior ipsique ignotus (uti patet ex not. Ms. ad fol. 12, b) emendationes quasdam adscripsit, quarum nonnullas, quas probo, cum aliis quibusdam, quae monenda censeo, hic adponam:

Vol. I, p. 157, l. 2. In verbis Olympiodori scribendum est ὅτι (deleto ἀήρ) ἐπιμιξίαν ἐδέξατο τοῦ ξηροῦ (pro ὑγροῦ, quod cum Aldo edidimus).

---

*) Obiit anno 1263. Cfr. Sandium ad Voss. *de histor. Latin.* p. 381. Fabric. *Bibl. Lat. med. aevi*, lib. XIX, p. 247 ed. Mansi.

**) Prostant duo Olympiodori Aldini exemplaria in Bibl. Reg. Berol., quorum utroque Spanhemius olim erat usus, uti ex marginalibus, quae nullius sunt ponderis, patet. Ego alterum tantummodo comparaveram, altero, de quo nunc loquor, prorsus neglecto.

Digitized by Google

Vol. I, p. 169 not. †) sive in Addendis ad h. l. p. 640: Vir D. haec adscripsit: „Cnidium vinum cur dicatur merum in
— Aegypto non video. Mendi portentum hic subesse oportet; fortasse scripserat Olympiodorus ὁ *βύβλινος καλούμενος*. Vide Scaligerum ad Guillandinum ad p. 30 et 31.“ Sed nihil mutandum esse patet ex iis, quae l. l. monuimus.

— — p. 184 not. ***) non opus erat ea, quam proposuimus interpretatione. Etenim *φησί*, *ἔφη*, *εἶπε* saepenumero per pleonasmum orationi interponuntur. Cfr. Jacobs ad *Anthолog. graec.* Vol. X, p. 106 sq.

— — p. 192, l. 16 pro *οἱονεί*, quod Aldum secuti dedimus, scribe *οἷον εἰ*.

— — p. 223, scribe in nota *): „Fortasse scribendum *ἐν Θηβαΐδι μήτε ὄρων ὄντων* et q. s.“ *μήτε* enim illud iniuria excidit. Mox apud Olympiodorum eadem pagina l. 6 sq. pro *ὑποκαιόμενον* scribendum est *ἀποκλειόμενον*, uti deinceps l. 16 editum est.

— — p. 214, l. 17 post *διεψευσμένα* pone punctum minus; post *οὕτως* in linea sequenti comma. Notum est, Antonium Diogenem librum composuisse *περὶ τῶν ὑπὲρ Θούλην ἀπίστων*, qui aetatem non tulit. Excerpta a Photio servata primo Corporis eroticorum graecorum volumini inseruit Fr. Passowius.

— — p. 287, l. 26 *αὐτῶν* est apud Aldum, nec in *αὐτοῦ* mutandum esse videtur, sed potius scribendum: *περὶ χυμοῦ καὶ ἄλλων αἰσθητῶν*, uti rectissime monuit vir ille doctus, cuius modo mentionem fecimus.

— — p. 290, l. 24 pro *θερμήν*, quod ex auctoritate Aldi edidimus, exhibendum erat *θέρμην*.

— — p. 296, l. 24 post *ἡμέρας* adde *ἀπό*, quod etiam apud Aldum desideratur.

— — p. 500, l. 3 adde: Unum mare duobus illis nominibus etiam h. l. indicari opinatus est Alexander ab Humboldt, inque suae opinionis gratiam attulit locum Pomponii Melae III, 5: *Mare Caspium, ut angusto, ita longo etiam freto, primum terras, quasi fluvius irrumpit: atque ubi recto alveo influxit, in tres sinus diffunditur; contra os ipsum in Hyrcanum, ad sinistram in Scythicum, ad dextram in eum, quem proprio et totius nomine Caspium appellant: omne atrox, saevum, sine portubus, procellis undique expositum, ac belluis magis, quam caetera refertum et ideo minus navigabile.* Quibus ex verbis elucet, Hyrcanium et Caspium sinus fuisse

Digitized by Google

maris maioris, quod eodem illo, quo posterior aimus, nomine Caspium appellabatur. Sed vereor, ne omnis ista Melae eruditio ex hoc nostro Aristotelis loco male intellecto originem ceperit.

Vol. II, p. 138 lin. ult. pro *χώματα*, quod typothetae est mendum a me non observatum, lege *χρώματα*.

— — p. 248. Confusionem inter *διεσπασμένος* et *διεσπαρμένος* praebet etiam V. L. ad Aristot. *de part. animal.* III, 4, p. 665, b. III, 9, p. 671, a.

— — p. 400, l. 12 adde: Eadem prorsus ratione dixit Aristoteles *de part. animal.* II, 1, p. 646, a: *ὑγρὸν καὶ ξηρὸν καὶ θερμὸν καὶ ψυχρὸν ὕλη τῶν συνθέτων σωμάτων ἐστί.*

— — p. 430, l. 25 adde: *ἔψησις* et *ὄπτησις* distinguebantur etiam apud chemicos graecos. Ita in opere chemico Bibl. Lugdun. apud Reuvens, *Lettre I à M. Letronne*, p. 10, not. a, recensentur *ἔψησις, ἴωσις, ὄπτησις, ἀνάσπασις καὶ λείωσις*, quorum verborum secundum lexicis inferatur, uti etiam *ἔξίωσις* a Reuvensio e papyro graeco erutum.

— — p. 435, l. 22 adde: Eodem modo *πρῶτος* positum est *de part. animal.* II, 8, p. 653, b: *τὸ γὰρ ζῷον ὁριζόμεθα τῷ ἔχειν αἴσθησιν, πρῶτον δὲ τὴν πρώτην* et q. s.

— — p. 468, l. 17. Lectio *συνεξατμίζον* defenditur loco *de part. animal.* II, 4, p. 650, b: *τὸ δὲ γεῶδες πήγνυται συνεξατμίζοντος τοῦ ὑγροῦ* et p. 651, a. l. 8 sq.

— — p. 495, l. 1: adde quae Aristoteles dixit de significatione verborum *ἀκίνητος Phys.* V, 2, p. 226, b; *ἀδύνατος de caelo* I, 11, p. 280, b; *ἄπους Histor. anim.* I, 1, p. 487, b.

— — 498, l. 13. Diximus de ordine, qui inter elementa, corpora ex similaribus partibus composita et ea denique, quae ex dissimilaribus constant, intercedat secundum Aristotelem. Ex iis, quae disseruimus, patet in loco *de caelo* I, 3, p. 270, a: *κατὰ δὲ πάθος ὅσα μεταβάλλει τῶν φυσικῶν σωμάτων, ἔχονθ' ὁρῶμεν πάντα καὶ αὔξησιν καὶ φθίσιν, οἷον τά τε τῶν ζῴων σώματα καὶ τὰ μόρια αὐτῶν καὶ τὰ τῶν φυτῶν,* [*ὁμοίως δὲ καὶ τὰ τῶν στοιχείων*] postrema, quae uncis inclusimus verba infeliciter ex margine in textum irrepsisse.

— — p. 506, l. 24. Quaestiones eius modi saepenumero immiscuit Aristoteles, quemadmodum *de sensu et sensili*, 2, p. 437, a; cap. 7, p. 448, a.

Digitized by Google

Vol. II, p. 514, l. 4. Propter Empedocleorum versuum interpretationem cfr. etiam *Histor. animal.* I, 1, p. 486, b ubi, postquam exposuit, partes in singulis animalibus aut easdem esse aut differre *κατὰ τὰ μᾶλλον καὶ ἧττον*, quod explicat *καθ' ὑπεροχὴν καὶ ἔλλειψιν*, pergit: *ἔνια δὲ τῶν ζῴων οὔτε εἴδει τὰ μόρια ταὐτὰ ἔχει οὔτε καθ' ὑπεροχὴν καὶ ἔλλειψιν, ἀλλὰ κατ' ἀναλογίαν, οἷον πέπονθεν ὀστοῦν πρὸς ἄκανθαν, καὶ ὄνυξ πρὸς ὁπλήν, καὶ χεὶρ πρὸς χηλήν, καὶ πρὸς πτερὸν λεπίς. ὃ γὰρ ἐν ὄρνιθι πτερόν, τοῦτο ἐν ἰχθύϊ ἐστὶ λεπίς.* —

— — p. 523, l. 6 a fine adde: Germar, *Magazin der Entomologie* (Halle 1813) *Heft I.* John, *Naturgeschichte des Succins* (Köln 1816, 8.) Th. I. S. 216—228. Quae posterior in loco Aristotelis *de generat. animal.* II, 11 reperisse sibi visus est (cfr. l. l. p. 12. 142 ac saepius), ea prorsus inepta sunt. Omnino caveas, ne isti auctori nimiam fidem tribuas. Negligentiae enim, adeoque ignorantiae exempla sat multa possem afferre, si tanti esset, de libro hodie fere neglecto iudicium ferre.

Restat, ut in fine huius praefationis moneamus, Perionii sententiam de ordine et nexu librorum physicorum Aristotelis brevi dissertatione expositam deprehendi in fronte libri, qui inscribitur:

Aristotelis de natura, aut de rerum principiis libri VIII, Ioachimo Perionio Benedictino Cormoeriaceno interprete. Eiusdem Perionii in eosdem libros observationes. Eiusdem orationis qua Iacobi Lodoici Strebaei calumniis respondit compendium. Ad D. Franciscum Burgium Rivorum pontificem. Parisiis 1550, 4.

et repetitam esse initio Voluminis tertii editionis operum Aristotelis inscriptae:

Aristotelis Stagiritae tripartitae philosophiae opera omnia, latina, cum praefatione C. Prosperi Cyriaci, de dignitate, utilitate, partibus atque ordine philosophiae. Basil. 1563, 4 Voll. fol.

Qua de re agendi melior sese alio loco offeret occasio. Nunc manum de tabula!

Iul. Ludov. Ideler.

Digitized by Google

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

ΜΕΤΕΩΡΟΛΟΓΙΚΩΝ

ΤΩΝ ΕΙΣ Δ ΤΟ Γ ΚΑΙ Δ.

ARISTOTELIS

METEOROLOGICORUM

LIBRI DUO POSTERIORES.

Digitized by Google

Digitized by Google

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΜΕΤΕΩΡΟΛΟΓΙΚΩΝ Γ.

[p. 370, b. ed. Bekk.] [p. 352 F. ed. Cas.]

I. Περὶ δὲ τῶν ὑπολοίπων εἴπωμεν ἔργων τῆς ἐκκρίσεως 1
ταύτης, τὸν ὑφηγημένον ἤδη τρόπον λέγοντες. τὸ γὰρ πνεῦμα
τοῦτο ἐκκρινόμενον κατὰ μικρὰ μὲν καὶ σποράδην διαχεόμενον
καὶ πολλάκις γενόμενον καὶ διαπνέον καὶ λεπτομερέστερον ὂν
βροντὰς ποιεῖ καὶ ἀστραπάς· ἂν δ' ἀθρόον καὶ πυκνότερον,
ἧττον δ' ἐκκριθῇ λεπτόν, ἐκνεφίας ἄνεμος γίνεται· διὸ καὶ βί-
αιος. τὸ γὰρ τάχος τῆς ἐκκρίσεως ποιεῖ τὴν ἰσχύν. 2. Ὅταν 2
μὲν οὖν συνακολουθήσῃ πολλὴ καὶ συνεχὴς ἔκκρισις, τὸν αὐτὸν
γίνεται τρόπον ὥσπερ ὅταν πάλιν εἰς τοὐναντίον ὁρμήσῃ. τότε
γὰρ ὑετὸς καὶ ὕδατος γίνεται πλῆθος. ὑπάρχει μὲν οὖν ἄμφω
δυνάμει ταὐτὰ κατὰ τὴν ὕλην. ὅταν δ' ἀρχὴ γένηται τῆς δυνά-
μεως ὑποτερασοῦν, ἀκολουθεῖ συνεκκρινόμενον ἐκ τῆς ὕλης

Cap. I. Disseramus iam de reliquis huius secretionis operibus ea, quam supra instituimus, ratione. Flatus enim iste, qui excernitur, quando paulatim sparsimque diffunditur, persaepeque gignitur et perflat ac tenuibus constat particulis, tonitrua facit ac fulmina. Quodsi autem confertim et densior, minusque tenuis excernitur, ecnephias ventus sive procella gignitur. Quapropter et violentus. Rapiditas enim secretionis violentiam adiicit. 2. Cum igitur multa eaque continua secretio consecuta fuerit, idem profecto accidit, quod cum rursus in adversam partem impetum fecerit: tunc enim pluvia et aquae copia gignitur. Ambo igitur haec facultate eadem sunt secundum materiem: cum vero alterius utrius potestatis prin-

Digitized by Google

ὁποτέρου ἂν πλῆθος ἐνυπάρχῃ πλεῖον, καὶ γίνεται τὸ μὲν ὄμ-
3 βρος, τὸ δὲ τῆς ἑτέρας ἀναθυμιάσεως ἐκνεφίας. 3. Ὅταν δὲ τὸ ἐκκρινόμενον πνεῦμα τὸ ἐν τῷ νέφει ἑτέρῳ ἀντιτυπήσῃ οὕτως, ὥσπερ ὅταν ἐξ εὐρέος εἰς στενὸν βιάζηται ὁ ἄνεμος ἐν πύλαις ἢ ὁδοῖς (συμβαίνει γὰρ πολλάκις ἐν τοῖς τοιούτοις ἀπωσθέντος τοῦ πρώτου μορίου τοῦ ῥέοντος σώματος διὰ τὸ μὴ ὑπείκειν, ἢ διὰ στενότητα, ἢ διὰ τὸ ἀντιπνεῖν, κύκλον καὶ δίνην γίνεσθαι τοῦ πνεύματος. τὸ μὲν γὰρ εἰς τὸ πρόσθεν κωλύει προϊέναι, τὸ δ' ὄπισθεν ἐπωθεῖ, ὥστ' ἀναγκάζεται εἰς τὸ πλάγιον, ᾗ οὐ κωλύεται, φέρεσθαι, καὶ οὕτως ἀεὶ τὸ ἐχόμενον, ἕως ἂν ἓν γένηται, τοῦτο δ' ἐστὶ κύκλος. οὗ γὰρ μία φορὰ σχήματος, τοῦτο καὶ αὐτὸ ἀνάγκη κύκλον εἶναι) ἐπί τε τῆς γῆς οὖν διὰ ταῦτα γίνονται οἱ δῖνοι καὶ ἐν τοῖς νέφεσιν ὁμοίως διὰ τὴν ἀρχήν, πλὴν ὅτι, ὥσπερ ὅταν ἐκνεφίας γίνηται, ἀεὶ τὸ νέφος ἐκκρίνεται καὶ γίνεται συνεχὴς ἄνεμος, οὕτως ἐνταῦθα ἀεὶ τὸ συνεχὲς ἀκολουθεῖ τοῦ νέφους. 4. Διὰ δὲ πυκνότητα οὐ δυνάμενον ἐκκριθῆναι τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ νέφους στρέφεται μὲν κύκλῳ τὸ πρῶτον διὰ τὴν

cipium exortum est, utrius copia maior fuerit, id e materia secretum subsequitur: atque hoc quidem fit imber, illud vero alterius exhalationis procella. 3. Cum vero is flatus, qui in nube exclusus excernitur, repercutitur ab altera, vortex exsistit, ut fieri solet, cum ex patenti loco in angustum in portis viisque ventus vi adigitur (accidit enim saepenumero in eius modi locis, ut corporis fluentis prima particula repercussa propterea, quod non cedit, aut ob angustiam, aut quod alius flatus contra spirat, in circulum flatus convolvatur ac vertigo fiat: quippe cum alius, ne progrediatur, prohibeat, alius a tergo impellat, ut necesse sit in obliquum, qua parte non prohibetur, ferri, atque ita semper id, quod sequitur, donec unum evadat, quod quidem circulus est (siquidem cuius figurae motio una est, ea circulus sit necesse est): has igitur propter causas vertigines fiunt in terra eodemque modo et in nubibus, principii ratione: nisi quod quemadmodum, cum procella fit, semper nubes excernitur et continuus fit ventus, ita hic semper continuatio subsequitur nubis. 4. Cum vero ob densitatem flatus ex nube ex-

Digitized by Google

εἰρημένην αἰτίαν, φέρεται δὲ κάτω διὰ τὸ ἀεὶ τὰ νέφη πυκνοῦσθαι, ᾗ ἐκπίπτει τὸ θερμόν. 5. Καλεῖται δ', ἂν ἀχρωμάτιστος ᾖ, τοῦτο τὸ πάθος τυφών, ἄνεμος ὤν, οἷον ἐκνεφίας ἄπεπτος. βορείοις δ' οἱ γίνεται τυφών, οὐδὲ νιφετῶν ὄντων ἐκνεφίας, διὰ τὸ πάντα ταῦτ' εἶναι πνεύματα, τὸ δὲ πνεῦμα ξηρὰν εἶναι καὶ θερμὴν ἀναθυμίασιν. ὁ οὖν πάγος καὶ τὸ ψῦχος διὰ τὸ κρατεῖν σβέννυσιν εὐθὺς γινομένην ἔτι τὴν ἀρχήν. 6. Ὅτι δὲ κρατεῖ, δῆλον· οὐ γὰρ ἂν ἦν νιφετός, οὐδὲ βόρεια τὰ ὑγρά· ταῦτα γὰρ συμβαίνει κρατούσης εἶναι τῆς ψυχρότητος. 7. Γίνεται μὲν οὖν τυφών, ὅταν ἐκνεφίας γενόμενος μὴ δύνηται ἐκκριθῆναι τοῦ νέφους. ἔστι δὲ διὰ τὴν ἀντίκρουσιν τῆς ὕλης, ὅταν ἐπὶ γῆς φέρηται ἡ ἕλιξ συγκατάγουσα τὸ νέφος οὐ δυναμένη ἀπολυθῆναι. ᾗ δὲ κατ' εὐθυωρίαν ἐκπνεῖ, ταύτῃ τῷ πνεύματι κινεῖ καὶ τῇ κύκλῳ κινήσει στρέφει καὶ ἀναφέρει ᾧ ἂν προσπέσῃ βιαζόμενον. 8. Ὅταν δὲ κατασπώμενον ἐκπυρωθῇ (τοῦτο δ' ἐστίν, ἂν λεπτότερον τὸ πνεῦμα γένηται), καλεῖται πρηστήρ· συνεκπίμπρησι γὰρ τὸν ἀέρα τῇ πυρώσει χρωματίζων.

cerni non potest, in orbem quidem primum propter eam, quam diximus, causam convertitur: deorsum vero fertur propterea quod nubes ea parte densantur, qua excidit calor. 5. Vocatur autem haec affectio, si caloris expers fuerit, Typhon ventusque est, quasi procella inconcocta. Aquiloniis porro temporibus typhon non fit, neque nivosis procella, propterea quod omnia haec spiritus sunt, et spiritus sicca ac calida exhalatio. Gelu igitur et frigus, quia evincunt, principium, cum adhuc fit, statim exstinguunt. 6. Quod autem evincit perspicuum est. Non enim nix esset, nec quae aquilonia sunt, humida forent: siquidem haec evincente frigore eveniunt. 7. Oritur igitur typhon, quando procella excerni ex nube nequit; quod fit propter vertiginis obluctationem, cum ad terram convolutio defertur, secum nubem adducens, a qua absolvi non potest. Qua vero recto meatu proflat, ea parte spiritu commovet, et quam in rem inciderit, eam motu in orbem vim afferendo contorquet tollitque in sublime. 8. Cum vero avulsus incenditur (id autem evenit, quando tenuior est spiritus) prester, hoc est incensio, nomi-

Digitized by Google

9 9. Ἐὰν δ' ἐν αὐτῷ τῷ νέφει πολὺ καὶ λεπτὸν ἐκθλιβῇ πνεῦμα, τοῦτο γίνεται κεραυνός, ἐὰν μὲν πάνυ λεπτόν, οὐκ ἐπικάων διὰ λεπτότητα, ὃν οἱ ποιηταὶ ἀργῆτα καλοῦσιν, ἐὰν δ' ἧττον, ἐπι-
10κάων, ὃν ψολόεντα καλοῦσιν. 10. Ὁ μὲν γὰρ διὰ τὴν λεπτότητα φέρεται, διὰ δὲ τὸ τάχος φθάνει διεξιὼν πρὶν ἐκπυρῶσαι καὶ ἐπιδιατρίψας μελᾶναι. ὁ δὲ βραδύτερος ἔχρωσε μέν, ἔκαυσε δ'
11οὔ, ἀλλ' ἔφθασε διϊών. 11. Καὶ τὰ μὲν ἀντιτυπήσαντα πάσχει τι, τὰ δὲ μὴ οὐθέν. οἷον ἀσπίδος ἤδη τὸ μὲν χάλκωμα ἐτάκη, τὸ δὲ ξύλον οὐθὲν ἔπαθεν. διὰ γὰρ μανότητα ἔφθασε τὸ πνεῦμα διηθηθὲν καὶ διελθόν· καὶ δι' ἱματίων ὁμοίως οὐκ ἔκαυσεν, ἀλλ' οἷον τρῦχος ἐποίησεν. ὥστε ὅτι γε πνεύματα ταῦτα πάντα,
12δῆλον καὶ ἐκ τῶν τοιούτων. 12. Ἔστι δ' ἐνίοτε καὶ τοῖς ὄμμασι θεωρεῖν, οἷον καὶ νῦν ἐθεωροῦμεν περὶ τὸν ἐν Ἐφέσῳ ναὸν καόμενον· πολλαχῇ γὰρ ἡ φλὸξ ἐφέρετο συνεχής, ἀποσπωμένη χωρίς. ὅτι μὲν γὰρ ὅ τε καπνὸς πνεῦμα καὶ κάεται ὁ καπνός, φανερόν, καὶ εἴρηται ἐν ἑτέροις πρότερον. ὅταν δ' ἀθρόον χωρῇ,

natur: aërem enim ardore accendit ac colore inficit. 9. Quodsi ex ipsa nube multus ac tenuis spiritus extruditur, fulmen fit, valde quidem tenuis si fuerit, id quod ob tenuitatem non adurit et quod poëtae argetem (clarum) nominant: quodsi minus tenuis, id quod psoloenta vocant, et quod adurit. 10. Illud enim propter tenuitatem fertur et ob celeritatem ante penetrat, quam adurat et mora facta nigrore inficiat. Hic vero tardior colore quidem inficit, sed non adurit, verum antea transit. 11. Quocirca et quae reluctantur, aliquid perpetiuntur: quae non reluctantur, minime; ut scuti aes quondam liquefactum est, lignum vero nihil perpessum. Spiritus enim ob raritatem antea percolatus est ac transmissus. Vestes etiam, per quas transibat, non adussit, sed veluti in pilos ac pannos redegit. Quare haec omnia spiritum esse ex hisce aliisque abunde patet. 12. Oculis etiam ipsis cernere interdum licet, veluti nuper vidimus in templi Ephesii conflagratione: in qua seorsim evulsa flamma multis in locis continua ferebatur. Ac fumum quidem spiritum esse atque ardere, manifestum et supra alio in loco dictum est. Cum autem confertim secedit, tum aperte flatus

Digitized by Google

τότε φανερῶς δοκεῖ πνεῦμα εἶναι. 13. Ὅπερ οὖν ἐν ταῖς μι- 13
κραῖς πυρκαϊαῖς φαίνεται, τοῦτο καὶ τότε πολλῆς ὕλης καομένης
ἐγίνετο πολλῷ ἰσχυρότερον. ῥηγνυμένων οὖν τῶν ξύλων, ὅθεν
ἡ ἀρχὴ τοῦ πνεύματος ἦν, πολὺ ἐχώρει ἀθρόον, ᾗ ἔξεπνει, καὶ
ἐφέρετο ἄνω πεπυρωμένον, ὥστ' ἐφαίνετο ἡ φλὸξ φέρεσθαι καὶ
εἰσπίπτειν εἰς τὰς οἰκίας. 14. Ἀεὶ γὰρ οἴεσθαι δεῖ συνακολου- 14
θεῖν τοῖς κεραυνοῖς πνεῦμα καὶ προϊέναι· ἀλλ' οὐχ ὁρᾶται διὰ
τὸ ἀχρωμάτιστον εἶναι. διὸ καὶ ἃ μέλλει πατάξειν, κινεῖται πρὶν
πληγῆναι, ἅτε πρότερον προσπιπτούσης τῆς ἀρχῆς τοῦ πνεύμα-
τος. 15. Καὶ αἱ βρονταί τε καὶ ἀστραπαὶ διΐστᾶσιν οὐ τῷ 15
ψόφῳ, ἀλλ' ὅτι ἅμα συνεκκρίνεται τὸ τὴν πληγὴν ποιῆσαν καὶ
τὸν ψόφον πνεῦμα. ὃ ἐὰν πατάξῃ, διίστησεν, ἐπέκαυσε δ' οὔ.
16. Περὶ μὲν οὖν βροντῆς καὶ ἀστραπῆς καὶ ἐκνεφίου, ἔτι δὲ πρη- 16
στήρων τε καὶ τυφώνων καὶ κεραυνῶν, εἴρηται, καὶ ὅτι ταὐτὸ
πάντα, καὶ τίς ἡ διαφορὰ πάντων αὐτῶν.

II. Περὶ δὲ ἅλω καὶ ἴριδος, τί θ' ἑκάτερον καὶ διὰ τίν' 1
αἰτίαν γίνεται, λέγωμεν, καὶ περὶ παρηλίων καὶ ῥάβδων. καὶ

esse videtur. 13. Quod igitur in parvis rogis fieri videmus, hoc idem vel tunc multa ardente materia longe validius fiebat. Diruptis igitur lignis, unde spiritus erat initium, copiosus qua parte efflabat confertim secedebat, et ardens in sublime ferebatur: quare flamma ipsa ferri et incidere in domos videbatur. 14. Semper enim spiritum fulmina consequi et anteire putandum est, quamquam, quia coloris est expers, non cernitur. Quo fit, ut quae fulgur percutit commoveantur prius, quam plagam accipiant, spiritus nimirum principio in id prius delabente. 15. Quin et tonitrua ac fulgura non sono findunt, sed quod una spiritus excernitur ictum sonumque efficiens: qui si percutit findit, non urit. 16. De tonitruo igitur, fulgure, procella, deinde de presteribus et typhonibus atque fulminibus, quod ad idem omnia redeant, quaeve omnium eorum sit inter se differentia, expositum est.

Cap. II. De corona autem et arcu quid utrumque sit et quam ob causam fiant et de parheliis ac virgis disseramus. Haec

Digitized by Google

χὰρ ταῦτα γίνεται πάντα διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας ἀλλήλοις· πρῶτον δὲ δεῖ λαβεῖν τὰ πάθη καὶ τὰ συμβαίνοντα περὶ ἕκαστον
2 αὐτῶν. 2. Τῆς μὲν οὖν ἅλω φαίνεται πολλάκις κύκλος ὅλος, καὶ γίνεται περὶ ἥλιον καὶ σελήνην καὶ περὶ τὰ λαμπρὰ τῶν ἄστρων, ἔτι δ' οὐθὲν ἧττον νυκτὸς ἢ ἡμέρας καὶ περὶ μεσημ-
3 βρίαν ἢ δείλην· ἔωθεν δ' ἐλαττονάκις καὶ περὶ δύσιν. 3. Τῆς δ' ἴριδος οὐδέποτε γίνεται κύκλος οὐδὲ μεῖζον ἡμικυκλίου τμῆμα· καὶ δύνοντος μὲν καὶ ἀνατέλλοντος ἐλαχίστου μὲν κύκλου μεγίστη δ' ἡ ἀψίς, αἰρομένου δὲ μᾶλλον κύκλου μὲν μείζονος ἐλάττων δ' ἡ ἀψίς· καὶ μετὰ μὲν τὴν ὀπωρινὴν ἰσημερίαν, ἐν ταῖς βραχυτέραις ἡμέραις, πᾶσαν ὥραν γίνεται τῆς ἡμέρας, ἐν δὲ ταῖς θεριναῖς οὐ γίνεται περὶ μεσημβρίαν. οὐδὲ δυοῖν πλείους
4 ἴριδες γίνονται ἅμα. 4. Τούτων δὲ τρίχρως μὲν ἑκατέρα, καὶ τὰ χρώματα ταὐτὰ καὶ ἴσα τὸν ἀριθμὸν ἔχουσιν ἀλλήλαις, ἀμυδρότερα δ' ἐν τῇ ἐκτὸς καὶ ἐξ ἐναντίας κείμενα κατὰ τὴν θέσιν. ἡ μὲν γὰρ ἐντὸς τὴν πρώτην ἔχει περιφέρειαν τὴν μεγίστην φοινικίαν, ἡ δ' ἐξωθεν τὴν ἐλαχίστην μὲν ἐγγύτατα δὲ πρὸς
5 ταύτην, καὶ τὰς ἄλλας ἀνὰ λόγον. 5. Ἔστι δὲ τὰ χρώματα

enim omnia ab iisdem inter se causis oriuntur: primum vero affectiones et quae eorum unicuique accidunt, sumere oportet. 2. Coronae igitur integer saepe circulus apparet et circa solem et lunam astraque splendida oritur, ac nihil minus nocte, quam die, et horis antemeridianis quam pomeridianis, rarius tamen circa ortum et occasum. 3. Iridis autem nunquam exsistit circulus, nec maior sectio semicirculo et oriente atque occidente minimi quidem circuli maximus ambitus, magis autem sublato, circuli quidem maioris minor ambitus. Et post autumnale quidem aequinoctium diebus brevioribus omni diei hora exoritur, aestivis vero diebus circa meridiem non fit: neque plures duobus simul arcus spectantur. 4. Quorum quamvis uterque tricolor sit eodemque colorum genere, ac pari numero inter se congruant, obscuriores tamen sunt in exteriore atque ordine contrario positi. Interior enim primum ambitum, qui maximus est, puniceum habet: exterior vero minimum, qui illi proximus est, et reliquos deinde ratione

Digitized by Google

ταῦτα ἅπερ μόνα σχεδὸν οὐ δύνανται ποιεῖν οἱ γραφῆς· ἔνια γὰρ αὐτοὶ κεραννύουσι, τὸ δὲ φοινικοῦν καὶ πράσινον καὶ ἁλουργὸν οὐ γίνεται κεραννύμενον· ἡ δὲ ἶρις ταῦτ' ἔχει τὰ χρώματα. τὸ δὲ μεταξὺ τοῦ φοινικοῦ καὶ πρασίνου φαίνεται πολλάκις ξανθόν. 6. Παρήλιοι δὲ καὶ ῥάβδοι γίνονται ἐκ πλαγίας ἀεὶ καὶ οὔτ' 6 ἄνωθεν οὔτε πρὸς τῇ γῇ οὔτ' ἐξ ἐναντίας, οὐδὲ δὴ νύκτωρ, ἀλλ' ἀεὶ περὶ τὸν ἥλιον, ἔτι δ' ἢ αἰρομένου ἢ καταφερομένου· τὰ πλεῖστα δὲ πρὸς δυσμάς· μεσουρανοῦντος δὲ σπάνιόν τι γέγονεν, οἷον ἐν Βοσπόρῳ ποτὲ συνέπεσεν· δι' ὅλης γὰρ τῆς ἡμέρας συνανασχόντες δύο παρήλιοι διετέλεσαν μέχρι δυσμῶν. 7. Τὰ μὲν οὖν περὶ ἕκαστον αὐτῶν συμβαίνοντα ταῦτ' ἐστίν, 7 τὸ δ' αἴτιον τούτων ἁπάντων ταὐτό· πάντα γὰρ ἀνάκλασις ταῦτ' ἐστίν. διαφέρουσι δὲ τοῖς τρόποις καὶ ἀφ' ὧν καὶ ὡς συμβαίνει τὴν ἀνάκλασιν γίνεσθαι πρὸς τὸν ἥλιον ἢ πρὸς ἄλλο τι τῶν λαμπρῶν. 8. Καὶ μεθ' ἡμέραν μὲν ἶρις γίνεται, νύκτωρ 8 δ' ἀπὸ σελήνης, ὡς μὲν οἱ ἀρχαῖοι ᾤοντο, οὐκ ἐγίνετο· τοῦτο δ' ἔπαθον διὰ τὸ σπάνιον· ἐλάνθανε γὰρ αὐτούς· γίνεται μὲν γάρ, ὀλιγάκις δὲ γίνεται. 9. Τὸ δ' αἴτιον, ὅτι τ' ἐν τῷ 9

respondentes. 5. Atqui hi colores fere sunt, quos solos pictores exprimere non valent. Nonnullos enim ii solent temperare; puniceus autem, viridis et purpureus temperatione non fiunt; quibus ipsis coloribus arcus praeditus est. Qui medius inter puniceum et viridem est, is plerumque flavus apparet. 6 Parhelia autem et virgae ad latus semper gignuntur, non supra, nec terram versus, nec e regione, nec noctu quidem, sed semper circa solem. Praeterea aut ascendente, aut descendente, ad occasum frequenter, medium caeli tenente raro; quod tamen in Bosporo aliquando accidit. Duo enim parhelia coorta per totum diem usque ad occasum duraverunt. 7. Et haec quidem sunt, quae in eorum unoquoque eveniunt. Horum autem omnium eadem causa est: omnia enim reflexione fiunt. Differunt autem tum a quibus reflexio fiat ad solem aliave astra, tum ratione, qua fieri solet. 8. Atque interdiu quidem arcus oritur, noctu vero a luna veteres putabant non exstitisse: quae ex raritate opinio orta est: latuit enim eos.

Digitized by Google

σκότει λανθάνει τὰ χρώματα, καὶ ἄλλα πολλὰ δεῖ συμπεσεῖν, καὶ ταῦτα πάντα ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τοῦ μηνός· ἐν τῇ πανσελήνῳ γὰρ γινέσθαι ἀνάγκη τὸ μέλλον ἔσεσθαι, καὶ τότε ἀνατελλούσης ἢ δυνούσης. διόπερ ἐν ἔτεσιν ὑπὲρ τὰ πεντήκοντα δὶς ἐνετύχομεν μόνον. 10. Ὅτι μὲν οὖν ἡ ὄψις ἀνακλᾶται, ὥσπερ καὶ ἀφ' ὕδατος, οὕτω καὶ ἀπὸ ἀέρος καὶ πάντων τῶν ἐχόντων τὴν ἐπιφάνειαν λείαν, ἐκ τῶν περὶ τὴν ὄψιν δεικνυμένων δεῖ λαμβάνειν τὴν πίστιν, καὶ διότι τῶν ἐνόπτρων ἐν ἐνίοις μὲν καὶ τὰ σχήματα ἐμφαίνεται, ἐν ἐνίοις δὲ τὰ χρώματα μόνον. 11. Τοιαῦτα δ' ἐστίν, ὅσα μικρὰ τῶν ἐνόπτρων καὶ μηδεμίαν αἰσθητὴν ἔχει διαίρεσιν· ἐν γὰρ τούτοις τὸ μὲν σχῆμα ἀδύνατον ἐμφαίνεσθαι (δόξει γὰρ εἶναι διαιρετόν· πᾶν γὰρ σχῆμα ἅμα δοκεῖ σχήμά τε εἶναι καὶ διαίρεσιν ἔχειν), ἐπεὶ δ' ἐμφαίνεσθαί τι ἀναγκαῖον, τοῦτο δ' ἀδύνατον, λείπεται τὸ χρῶμα μόνον ἐμφαίνεσθαι. 12. Τὸ δὲ χρῶμα ὁτὲ μὲν λαμπρὸν φαίνεται τῶν λαμπρῶν, ὁτὲ δὲ, ἢ τῷ μίγνυσθαι τῷ τοῦ ἐνόπτρου ἢ διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς ὄψεως, ἄλλου χρώματος ἐμποιεῖ φαντασίαν. ἔστω δὲ περὶ

Fit namque, tametsi raro. 9. Cuius rei causa est, quod colores in tenebris latent, quodque alia multa concurrere oportet, eaque omnia una mensis die. Nam plenilunio fiat, si existere debet, necesse est, idque occidente aut oriente luna. Quare in annis plus quam quinquaginta bis tantum vidimus. 10. Porro, quae de visu demonstrantur, fidem faciunt, visum ut ab aqua, ita etiam ab aëre et ab omnibus iis, quae superficiem laevem habent, reflecti, atque idcirco etiam, quia nonnullis in speculis etiam figurae apparent, in nonnullis tantummodo colores. 11. Talia autem sunt, quaecunque parva nullam, quae possit animadverti, capiunt divisionem. In his enim fieri non potest, ut figura appareat (quandoquidem dividua esse videbitur: omnis namque figura tum figura esse tum omni ex parte dividi posse videtur), quoniam autem aliquid appareat necesse sit, figura vero nequeat, color solus restat. 12. Color autem splendidorum interdum quidem splendidus apparet, nonnunquam vero, aut quod speculi colori miscetur, aut ob visus imbecillitatem, diversi coloris

Digitized by Google

τούτων ἡμῖν τεθεωρημένον ἐν τοῖς περὶ τὰς αἰσθήσεις δεικνυμένοις· διὸ τὰ μὲν λέγωμεν, τοῖς δ' ὑπάρχουσι χρώμεθα αὐτῶν.

III. Πρῶτον δὲ περὶ τῆς ἄλω τοῦ σχήματος εἴπωμεν, διότι τε κύκλος γίνεται, καὶ διότι περὶ τὸν ἥλιον ἢ τὴν σελήνην, ὁμοίως δὲ καὶ περί τι τῶν ἄλλων ἄστρων· ὁ γὰρ αὐτὸς ἐπὶ πάντων ἁρμόσει λόγος. 2. Γίνεται μὲν οὖν ἡ ἀνάκλασις τῆς ὄψεως συνισταμένου τοῦ ἀέρος καὶ τῆς ἀτμίδος εἰς νέφος, ἐὰν ὁμαλὴς καὶ μικρομερὴς συνισταμένη τύχῃ. 3. Διὸ καὶ σημεῖον ἡ μὲν σύστασις ὕδατός ἐστιν, αἱ μέντοι διασπάσεις ἢ μαράνσεις, αὗται μὲν εὐδιῶν, αἱ δὲ διασπάσεις πνεύματος. ἐὰν μὲν γὰρ μήτε καταμαρανθῇ μήτε διασπασθῇ, ἀλλ' ἐαθῇ τὴν φύσιν ἀπολαμβάνειν τὴν αὐτῆς, ὕδατος εἰκότως σημεῖόν ἐστιν. 4. Δηλοῖ γὰρ ἤδη γίνεσθαι τοιαύτην τὴν σύστασιν, ἐξ ἧς τὸ συνεχὲς λαμβανούσης τῆς πυκνώσεως ἀναγκαῖον εἰς ὕδωρ ἐλθεῖν. διὸ καὶ μέλαιναι γίνονται τὴν χρόαν μάλιστα τῶν ἄλλων. 5. Ὅταν δὲ διασπασθῇ, πνεύματος σημεῖον· ἡ γὰρ διαίρεσις ὑπὸ πνεύματος γέγονεν ἤδη μὲν ὄντος, οὔπω δὲ παρόντος. σημεῖον δὲ τούτου

speciem exhibet. Sed haec in iis, quae de sensu demonstrantur, contemplati sumus; ideoque nonnulla hic exponamus, nonnullis tamquam comprobatis utamur.

Cap. III. Primum vero de coronae figura dicamus, et cur orbis fiat, et quam ob rem circa solem aut lunam, eodemque modo et circa aliud quodcunque sidus. Eadem enim in omnibus congruit ratio. 2. Reflectitur igitur visus, aëre et vapore in nubem concreto, si tamen aequabilis et minutis partibus concreverit. 3. Ideo et concretio aquam praenuntiat, cum dissipatur quidem, aut emarcescit: marcor serenum, dissipatio vero ventum declarat. Quodsi enim neque emarcescit, neque dissipatur, sed illi suam naturam recipere permittitur, signum aquae merito est. 4. Talem enim fieri concretionem iam indicat, ex qua densatione continuo progrediente aqua denique fiat necesse sit. Quam etiam ob causam caeterarum maxime omnium nigro colore exsistunt. 5. Cum autem dissipata fuerit, venti est indicium: siquidem distractio a vento orta est, qui iam incepit quidem, nondum tamen adest. Cuius rei signum est,

Digitized by Google

διότι ἐντεῦθεν γίνεται ὁ ἄνεμος, ὅθεν ἂν ἡ κυρία γίνηται διά-
6 σπασις. 6. Ἀπομαραινομένη δὲ εὐδίας· εἰ γὰρ μὴ ἔχει πως οὕτως ὁ ἀὴρ ὥστε κρατεῖν τοῦ ἐναπολαμβανομένου θερμοῦ μηδ' ἔρχεσθαι εἰς πύκνωσιν ὑδατώδη, δῆλον ὡς οὔπω ἡ ἀτμὶς ἀποκέκριται τῆς ἀναθυμιάσεως τῆς ξηρᾶς καὶ πυρώδους. τοῦτο δ' εὐδίας αἴτιον. πῶς μὲν οὖν ἔχοντος τοῦ ἀέρος γίνεται ἡ ἀνά-
7 κλασις, εἴρηται. 7. Ἀνακλᾶται δ' ἀπὸ τῆς συνισταμένης ἀχλύος περὶ τὸν ἥλιον ἢ τὴν σελήνην ἡ ὄψις. διὸ οὐκ ἐξ ἐναντίας ὥσπερ ἡ ἶρις φαίνεται. πάντοθεν δ' ὁμοίως ἀνακλωμένης ἀναγκαῖον κύκλον εἶναι ἢ κύκλου μέρος· ἀπὸ γὰρ τοῦ αὐτοῦ σημείου πρὸς τὸ αὐτὸ σημεῖον αἱ ἴσαι κλασθήσονται ἐπὶ κύκλου
8 γραμμῆς ἀεί. 8. Ἔστω γὰρ ἀπὸ τοῦ σημείου ἐφ' ᾧ τὸ $\overline{\alpha}$ πρὸς τὸ $\overline{\beta}$ κεκλασμένη ἥτε τὸ $\overline{\alpha\gamma\beta}$ καὶ ἡ τὸ $\overline{\alpha\zeta\beta}$ καὶ ἡ τὸ $\overline{\alpha\delta\beta}$. ἴσαι δ' αὗταί τε αἱ $\overline{\alpha\gamma}$, $\overline{\alpha\zeta}$, $\overline{\alpha\delta}$ ἀλλήλαις, καὶ αἱ πρὸς τὸ $\overline{\beta}$ ἀλλήλαις, οἷον αἱ $\overline{\gamma\beta}$, $\overline{\zeta\beta}$, $\overline{\delta\beta}$· καὶ ἐπεζεύχθω ἡ $\overline{\alpha\epsilon\beta}$, ὥστε τὰ τρίγωνα ἴσα· καὶ γὰρ ἐπ' ἴσης τῆς $\overline{\alpha\epsilon\beta}$. ἤχθωσαν δὴ κάθετοι ἐπὶ τὴν $\overline{\alpha\epsilon\beta}$ ἐκ τῶν γωνιῶν, ἀπὸ μὲν τῆς $\overline{\gamma}$ ἡ τὸ $\overline{\gamma\epsilon}$, ἀπὸ δὲ τῆς $\overline{\zeta}$ ἡ τὸ $\overline{\zeta\epsilon}$,

quod ab ea parte, unde praecipue dissipatio fit, ventus ortum habet. 6. Sed cum emarcescit, serenitatis indicium est: si enim aër non ita sese habet, ut interceptum calorem vincere valeat, nec in aqueam concretionem densari queat, perspicuum est, vaporem a sicca et ignea exhalatione nondum esse secretum, quod quidem serenitatis causa est. Quanam igitur ratione aëre affecto reflexio fiat, dictum est. 7. A caligine autem circa solem et lunam coacta visus repercutitur. Itaque non e regione, ut arcus, apparet. At cum omni ex parte aeque reflectatur, necesse est, circulum esse aut circuli partem. Ab eodem enim puncto ad idem punctum aequales lineae in orbis linea semper flectentur. 8. Sint enim a puncto $\overline{\alpha}$ ad $\overline{\beta}$ inflexae lineae $\overline{\alpha\gamma\beta}$, $\overline{\alpha\zeta\beta}$, $\overline{\alpha\delta\beta}$: sintque $\overline{\alpha\gamma}$, $\overline{\alpha\zeta}$, $\overline{\alpha\delta}$ inter se aequales, et quae etiam ad $\overline{\beta}$ sunt ductae, $\overline{\gamma\beta}$, $\overline{\zeta\beta}$, $\overline{\beta\delta}$, aequales inter se, atque $\overline{\alpha\epsilon\beta}$ iungatur: profecto triangula aequalia erunt, utpote in aequali $\overline{\alpha\epsilon\beta}$. Ex angulis vero ad lineam $\overline{\alpha\epsilon\beta}$ perpendiculares ducantur, ab angulo quidem $\overline{\gamma}$ linea $\overline{\gamma\epsilon}$, ab angulo $\overline{\zeta}$ linea $\overline{\zeta\epsilon}$, ab

Digitized by Google

ἀπὸ δὲ τῆς $\overline{\delta}$ ἡ τὸ $\overline{\delta\varepsilon}$. 9. Ἴσαι δὴ αὗται· ἐν ἴσοις γὰρ τριγώ- 9
νοις καὶ ἐν ἑνὶ ἐπιπέδῳ πᾶσαι· πρὸς ὀρθὰς γὰρ πᾶσαι τῇ $\overline{\alpha\beta}$,
καὶ ἐφ' ἓν σημεῖον τὸ $\overline{\varepsilon}$ συνάπτουσιν. κύκλος ἄρα ἔσται ἡ γρα-
φομένη, κέντρον δὲ τὸ $\overline{\varepsilon}$. ἔστω δὴ τὸ μὲν $\overline{\beta}$ ὁ ἥλιος, τὸ δὲ $\overline{\alpha}$ ἡ
ὄψις, ἡ δὲ περὶ τὸ $\overline{\gamma\zeta\delta}$ περιφέρεια τὸ νέφος, ἀφ' οὗ ἀνακλᾶται
ἡ ὄψις πρὸς τὸν ἥλιον. 10. Δεῖ δὲ νοεῖν συνεχῆ τὰ ἐνόπτρα· 10
ἀλλὰ διὰ μικρότητα ἕκαστον μὲν ἀόρατον, τὸ δ' ἐξ ἁπάντων
ἓν εἶναι δοκεῖ διὰ τὸ ἐφεξῆς. 11. Φαίνεται δὲ τὸ μὲν λευκόν, 11
ὁ ἥλιος, κύκλῳ συνεχῶς ἐν ἑκάστῳ φαινόμενος τῶν ἐνόπτρων,
καὶ μηδεμίαν ἔχων αἰσθητὴν διαίρεσιν. παρὰ δὲ τοῦτο μέλαινα
ἡ ἐχομένη περιφέρεια, διὰ τὴν ἐκείνης λευκότητα δοκοῦσα εἶναι
μελαντέρα, πρὸς δὲ τῇ γῇ μᾶλλον διὰ τὸ πνευματικώτερον εἶναι.
πνεύματος γὰρ ὄντος οὐκ εἶναι στάσιν φανερόν. 12. Πλεονάκις 12
δὲ γίνονται αἱ ἅλῳ περὶ τὴν σελήνην διὰ τὸ τὸν ἥλιον θερμότε-
ρον ὄντα θᾶττον διαλύειν τὰς συστάσεις τοῦ ἀέρος. περὶ δὲ τοὺς
ἀστέρας γίνονται μὲν διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας, οὐ σημειώδεις δ'

angulo vero $\overline{\delta}$ linea $\overline{\delta\varepsilon}$. 9. Aequales autem hae inter se sunt, quandoquidem in aequalibus triangulis habentur, omnesque in uno sint plano, siquidem omnes linese $\overline{\alpha\varepsilon\beta}$ ad rectos angulos et uno in puncto se iungunt. Quae ergo describetur linea, circulus erit, cuius centrum est $\overline{\varepsilon}$. Sit vero $\overline{\beta}$ sol, $\overline{\alpha}$ oculus, ambitus circa $\overline{\gamma\zeta\delta}$ nubes, a qua visus ad solem reflectitur. 10. Specula autem continua animo concipiamus necesse est, sed quorum singula per sese ob parvitatem cerni nequeunt. Quod vero ex omnibus fit, unum esse videtur, propterea quod alia ab aliis deinceps excipiuntur. 11. Videtur autem id quidem quod album est, sol, in quovis speculorum in orbem continenter apparere nullamque sensibilem habere divisionem. Proximus huic ambitus niger est, qui etiam ob illius candorem nigrior videtur. Ac versus terram magis, quod a vento liberior est is locus, quippe cum flante vento consistere non posse, pateat. 12. Coronae autem circa lunam saepius fiunt propterea, quod sol, calidior cum sit, aëris concretiones dissolvit. Circa astra vero iisdem quidem de causis fiunt: non aeque

Digitized by Google

ομοίως, ὅτι μικρὰς πάμπαν ἐκδηλοῦσι τὰς συστάσεις καὶ οὕτω γονίμους.

1 IV. *Ἡ δ' ἴρις ὅτι μέν ἐστιν ἀνάκλασις, εἴρηται πρότερον· ποία δέ τις ἀνάκλασις, καὶ πῶς καὶ διὰ τίν' αἰτίαν ἕκαστα*
2 *γίνεται τῶν συμβαινόντων περὶ ταύτην, λέγωμεν νῦν. 2. Ἀνακλωμένη μὲν οὖν ἡ ὄψις ἀπὸ πάντων φαίνεται τῶν λείων, τούτων δ' ἐστὶ καὶ ἀὴρ καὶ ὕδωρ. γίνεται δ' ἀπὸ μὲν ἀέρος, ὅταν τύχῃ συνιστάμενος. διὰ δὲ τὴν τῆς ὄψεως ἀσθένειαν πολλάκις καὶ ἄνευ συστάσεως ποιεῖ ἀνάκλασιν, οἷόν ποτε συνέ-*
3 *βαινέ τινι πάθος ἠρέμα καὶ οὐκ ὀξὺ βλέποντι. 3. Ἀεὶ γὰρ εἴδωλον ἐδόκει προηγεῖσθαι βαδίζοντι αὐτῷ, ἐξ ἐναντίας βλέπον πρὸς αὐτόν. τοῦτο δ' ἔπασχε διὰ τὸ τὴν ὄψιν ἀνακλᾶσθαι πρὸς αὐτόν. οὕτω γὰρ ἀσθενὴς ἦν καὶ λεπτὴ πάμπαν ὑπὸ τῆς ἀρρωστίας, ὥστ' ἔνοπτρον ἐγίνετο καὶ ὁ πλησίον ἀήρ, καὶ οὐκ*
4 *ἠδύνατο ἀπωθεῖν ὡς ὁ πόρρω καὶ πυκνός. 4. Διόπερ αἵ τ' ἄκραι ἀνεσπασμέναι φαίνονται ἐν τῇ θαλάττῃ, καὶ μείζω τὰ μεγέθη πάντων, ὅταν εὖροι πνέωσι, καὶ τὰ ἐν τοῖς ἀχλύσιν,*

tamen significant, quoniam concretiones omnino exiguas ac nondum facundas indicent.

Cap. IV. Arcum autem reflexionem quidem esse, antea dictum est. Qualis vero reflexio, et quemadmodum quamve ob causam unumquodque illi accidat, nunc dicamus. 2. Visus igitur ab omnibus laevibus videtur reflecti, quorum in numero aër est et aqua. Et ab aëre quidem reflectitur, quando concrescere eum contingit. Sed tamen ob visus imbecillitatem etiam absque concretione eum reflectit, qualis nonnunquam affectio cuidam accidit, qui remisse, non acriter cernebat. 3. Ipsius enim imago e regione adspiciens, ambulanti ei praeire semper videbatur: quod ei accidebat propterea, quod visus ad ipsum reflectebatur. Nam prae aegritudine adeo imbecillus omnino erat, ut propior aër, perinde ac qui procul densusque erat, speculum fieret, nec eius modi aërem posset repellere. 4. Quocirca et promontoria in mari revulsa et apparent maiora omnia euro spirante. Ea item, quae per caliginem cernuntur, ut sol et astra, cum oriuntur et occidunt

Digitized by Google

οἷον καὶ ἥλιος καὶ ἄστρα· ἀνίσχοντα καὶ δύνοντα μᾶλλον ἢ μεσουρανοῦντα. 5. Ἀπὸ δ' ὕδατος μάλιστα ἀνακλᾶται καὶ 5
ἀπὸ ἀρχομένου γίνεσθαι μᾶλλον ἔτι ἢ ἀπ' ἀέρος. Ἕκαστον γὰρ
τῶν μορίων, ἐξ ὧν γίνεται συνισταμένων ἡ ψακάς, ἔνοπτρον
ἀναγκαῖον εἶναι μᾶλλον τῆς ἀχλύος. 6. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὅῆλον 6
καὶ εἴρηται πρότερον, ὅτι ἐν τοῖς τοιούτοις ἐνόπτροις τὸ χρῶμα
μόνον ἐμφαίνεται, τὸ δὲ σχῆμα ἄδηλον, ἀναγκαῖον, ὅταν ἄρ-
χηται ὕειν καὶ ἤδη μὲν συνίστηται εἰς ψακάδας ὁ ἐν τοῖς νέ-
φεσιν ἀήρ, μήπω δ' ὗῃ, ἐὰν ἐξ ἐναντίας ᾖ ὁ ἥλιος ἢ ἄλλο
τι οὕτω λαμπρόν, ὥστε γίνεσθαι ἔνοπτρον τὸ νέφος, καὶ
τὴν ἀνάκλασιν γίνεσθαι πρὸς τὸ λαμπρὸν ἐξ ἐναντίας, γίνε-
σθαί τε ἔμφασιν χρώματος, οὐ σχήματος. 7. Ἑκάστου δ' 7
ὄντος τῶν ἐνόπτρων μικροῦ καὶ ἀοράτου, τῆς δ' ἐξ ἁπάντων
αὐτῶν συνεχείας τοῦ μεγέθους ὁρωμένης, ἀνάγκη συνεχὲς
μέγεθος τοῦ αὐτοῦ φαίνεσθαι χρώματος. 8. Ἕκαστον γὰρ 8
τῶν ἐνόπτρων τὸ αὐτὸ ἀποδίδωσι χρῶμα τῷ συνεχεῖ. ὥστ'
ἐπεὶ ταῦτ' ἐνδέχεται συμβαίνειν, ὅταν τοῦτον ἔχῃ τὸν τρόπον
ὅ τε ἥλιος καὶ τὸ νέφος καὶ ἡμεῖς ὦμεν μεταξὺ αὐτῶν, ἔσται

magis, quam caeli medium tenentia. 5. Ab aqua autem maxime reflectitur, et ab ea etiam magis, quae fieri incipit, quam ab aëre. Una enim quaeque earum partium, ex quibus concretis gutta oritur, magis, quam nebula, speculum sit necesse est. 6. Quoniam autem perspicuum, anteaque iam dictum est, in eius modi speculis colorem solum apparere, figuram vero non apparere, necesse est, cum pluere incipit, iamque aër, qui nubibus inest, in guttas concrescit, nondum tamen pluit, si sol aut aliud quid splendidum e regione fuerit, ita ut nubes speculum evadat, ac reflexio ad id splendidum, quod e regione est, fiat, colorem non figuram apparere. 7. Cum autem quodvis eorum speculorum exiguum sit visumque effugiat, magnitudinis vero, quae ex omnibus illis constat, continuatio videatur, continuata magnitudo eiusdem coloris appareat necesse est. 8. Unumquodque enim speculum ei, quod cohaeret, suum ipsius colorem impertitur. Quoniam igitur haec possunt evenire, quando sol et nubes hoc modo se habent, nosque inter

Digitized by Google

διὰ την ἀνάκλασιν ἔμφασίς τις. 9. Ἀλλὰ μὴν καὶ φαίνεται τότε καὶ οὐκ ἄλλως ἐχόντων γινομένη ἡ ἶρις. ὅτι μὲν οὖν ἀνάκλασις ἡ ἶρις τῆς ὄψεως πρὸς τὸν ἥλιόν ἐστι, φανερόν· διὸ καὶ ἐξ ἐναντίας ἀεὶ γίνεται, ἡ δ' ἄλως περὶ αὐτόν· καίτοι ἄμφω ἀνακλάσεις, ἀλλ' ἥ γε τῶν χρωμάτων ποικιλία διαφέρει. 10. Ἡ μὲν γὰρ ἀφ' ὕδατος καὶ μέλανος γίνεται ἀνάκλασις καὶ πόρρωθεν, ἡ δ' ἐγγύθεν καὶ ἀπ' ἀέρος λευκοτέρου τὴν φύσιν. φαίνεται δὲ τὸ λαμπρὸν διὰ τοῦ μέλανος ἢ ἐν τῷ μέλανι (διαφέρει γὰρ οὐθέν) φοινικοῦν. 11. Ὁρᾷν δ' ἔξεστι τό γε τῶν χλωρῶν ξύλων πῦρ, ὡς ἐρυθρὰν ἔχει τὴν φλόγα διὰ τὸ τῷ καπνῷ πολλῷ μεμῖχθαι τὸ πῦρ λαμπρὸν ὂν καὶ λευκόν· καὶ δι' ἀχλίος καὶ καπνοῦ ὁ ἥλιος φαίνεται φοινικοῦς. 12. Διὸ ἡ μὲν τῆς ἴριδος ἀνάκλασις, ἡ μὲν πρώτη τοιαύτην ἔχειν φαίνεται τὴν χρόαν (ἀπὸ ῥανίδων γὰρ μικρῶν γίνεται ἡ ἀνάκλασις), ἡ δὲ τῆς ἅλω οὔ. περὶ δὲ τῶν ἄλλων χρωμάτων ὕστερον ἐροῦμεν. 13. Ἔτι δὲ περὶ αὐτὸν μὲν τὸν ἥλιον οὐ γίνεται διατριβὴ τοιαύτης συστάσεως, ἀλλ' ἢ ὗει ἢ

utrumque positi sumus, ob reflexionem aliquid apparebit. 9. Atqui et tum et non aliter his habentibus arcus apparet. Perspicuum igitur est, arcum visus reflexionem solem versus esse. Quocirca et sole adverso semper oritur: corona autem circa ipsum, et quamvis uterque reflexione fiat, arcus tamen colorum varietate differt. 10. Haec enim reflexio ab aqua ac nigro et e longinquo efficitur: illa vero e propinquo et ab aëre, qui naturae est candidioris. Id vero, quod splendidum est, in nigro aut per nigrum (nihil enim interest discriminis) puniceum apparet. 11. Quod in igne ex lignis viridibus accenso videre licet, quemadmodum rubram flammam habet propterea, quod ignis, qui splendidus est et candidus, multo fumo admixtus est. Quin etiam sol per caliginem et fumum visus puniceus apparet. 12. Quapropter iridis reflexio prima talem habere videtur colorem, utpote ab exiguis guttulis facta reflexione: coronae autem reflexio minime. De reliquis vero coloribus postea dicemus. 13. Praeterea circa ipsum solem nulla eius modi concretionis fit mora, sed aut pluit, aut dissolvitur. Dum autem est in contrariis aqua gignitur,

Digitized by Google

διαλύεται. ἐκ δὲ τῶν ἐναντίων ἐν τῷ μεταξὺ τῆς τοῦ ὕδατος γενέσεως γίνεταί τις χρόνος· τούτου γὰρ μὴ συμβαίνοντος ἦσαν ἂν κεχρωματισμέναι αἱ ἅλῳ ὥσπερ ἡ ἶρις. 14. Νῦν δ' 14
ὅλαι μὲν οὐ γίνεται τοιαύτην ἔχουσαι τὴν ἔμφασιν, οὐδὲ πύκλῳ, μικραὶ δὲ καὶ κατὰ μέρος, αἳ καλοῦνται ῥᾶβδοι, ἐπεὶ εἰ συνίστατο τοιαύτη ἀχλὺς οἵα γίνοιτ' ἂν ὕδατος ἢ τινος ἄλλου μέλανος, καθάπερ ἐλέγομεν, ἐφαίνετο ἂν ἡ ἶρις ὅλη, ὥσπερ ἡ περὶ τοὺς λύχνους. 15. Περὶ γὰρ τούτους τὰ πλεῖστα τοιαῦτα 15.
ὄντων ἶρις γίνεται τοῦ χειμῶνος, μάλιστα δὲ δῆλη γίνεται τοῖς ὑγροὺς ἔχουσι τοὺς ὀφθαλμούς· τούτων γὰρ ἡ ὄψις ταχὺ δι' ἀσθένειαν ἀνακλᾶται. 16. Γίνεται δ' ἀπό τε τῆς τοῦ ἀέρος 16
ὑγρότητος καὶ ἀπὸ λιγνύος τῆς ἀπὸ τῆς φλογὸς ἀποῤῥεούσης καὶ μιγνυμένης, τότε γὰρ γίνεται ἔνοπτρον καὶ διὰ τὴν μελανίαν· καπνώδης γὰρ ἡ λιγνύς· τὸ δὲ τοῦ λύχνου φῶς οὐ λευκὸν ἀλλὰ πορφυροῦν φαίνεται κύκλῳ καὶ ἰρώδες, φοινικοῦν δ' οἷόν ἐστι γὰρ ἥ τε ὄψις ὀλίγη ἡ ἀνακλωμένη, καὶ μᾶλλον τὸ ἔνοπτρον. 17. Ἡ δ' ἀπὸ τῶν κωπῶν τῶν ἀναφερομένων ἐκ 17
τῆς θαλάττης ἶρις τῇ μὲν θέσει τὸν αὐτὸν γίνεται τρόπον τῇ

aliquod temporis spatium intercedit. Quod nisi accideret, coronae, quemadmodum et arcus, colore tinctae apparerent. 14. Nunc autem integra quidem nulla, neque in orbem eo modo apparent, sed exiguae quaedam et per partes, quae virgae nominantur. Nam si eius modi nebula, qualis aquae aut alterius cuiuspiam nigri ut diximus, esse solet, cogeretur, iris profecto integra appareret, qualis circa lucernas fieri solet. 15. Circa enim illas hieme, spirantibus austris, ut plurimum iris efficitur, quae iis potissimum apparet, qui humidioribus sunt oculis, quorum videlicet adspectus ob imbecillitatem celeriter reflectitur. 16. Oritur autem et ab aëris humiditate, et a fuligine, quae a flamma defluit eique admiscetur. Tum enim speculum fit idque ob nigrorem: siquidem fumida fuligo est. Ac lucernae lumen non album, sed purpureum circumcirca, iridi simile: nec puniceum apparet. Nam et visus, qui reflectitur, exiguus est, et speculum nigrum. 17. Quae autem a remis, quando e mari extolluntur, iris existit, quod ad situm quidem

Digitized by Google

ἐν τῷ οὐρανῷ, τὸ δὲ χρῶμα ὁμοιότερα τῇ περὶ τοὺς λύχνους· οὐ γὰρ φοινικῆν ἀλλὰ πορφυρᾶν ἔχουσα φαίνεται τὴν χρό-
18σιν. 18. Ἡ δ' ἀνάκλασις ἀπὸ τῶν μικροτάτων μὲν συνεχῶν δὲ γίνεται ῥανίδων. αὗται δ' ὕδωρ ἀποκεκριμένον εἰσὶν ἤδη παντελῶς. γίνεται δὲ κἂν τις λεπταῖς ῥανίσιν ῥαίνῃ εἴς τι τοιοῦτον χω-
ρίον, ᾧ τὴν θέσιν πρὸς τὸν ἥλιον ἐστραμμένον ἐστί, καὶ τῇ
19μὲν ὁ ἥλιος ἀνέχει, τῇ δὲ σκιάζει. 19. Ἐν τῷ τοιούτῳ γάρ, ἐὰν εἴσω τις ῥαίνῃ, τῷ ἑστῶτι ἐκτός, ᾗ ἐπαλλάττουσιν αἱ ἀκτῖνες καὶ ποιοῦσι τὴν σκιάν, φαίνεται ἶρις. ὁ δὲ τρόπος καὶ
ἡ χρόα ὁμοία καὶ τὸ αἴτιον τὸ αὐτὸ τῇ ἀπὸ τῶν κωπῶν, τῇ
20γὰρ χειρὶ κώπῃ χρῆται ὁ ῥαίνων. 20. Ὅτι δὲ τὸ χρῶμα τοιοῦτον, ἅμα δῆλον ἔσται καὶ περὶ τῶν ἄλλων χρωμάτων τῆς φαντασίας, ἐκ τῶνδε. δεῖ γὰρ νοήσαντας, ὥσπερ εἴρηται, καὶ ὑποθεμένους πρῶτον μὲν ὅτι τὸ λαμπρὸν ἐν τῷ μέλανι ἢ διὰ τοῦ μέλανος χρῶμα ποιεῖ φοινικοῦν, δεύτερον δ' ὅτι ἡ ὄψις ἀποτεινομένη ἀσθενεστέρα γίνεται καὶ ἐλάττων, τρίτον δ' ὅτι τὸ μέλαν οἷον ἀπόφασίς ἐστιν· τῷ γὰρ ἐκλιπεῖν τὴν ὄψιν φαίνεται μέλαν, διὸ τὸ πόρρω πάντα μελάντερα φαίνεται, διὰ

Claudian. *de nupt. Honor. et Mar.* v. 169 sqq.:

— — — *vellitque coralia Doto.*
Vimen erat, dum stagna subit. Processerat undis:
Gemma fuit.

Adde Auson. *Mosell.* 69. Sidon. Apollin. *Carm.* XI, 110. Quam famam falsam esse auctore Donati (*Storia dell' Adriatico* p. 46) asserit Sprengel: at corallia cum plantis corallinis (*Corallina Opuntia, rubens, officinalis; Millepora coriacea* et al.) confuderunt veteres, quae sensim sensimque obdurescunt, ut ex parte molles, parte durae appareant. Cfr. Schweigger, *Naturhistorische Bemerkungen auf Reisen* (Berlin 1819, 4.) p. 19 sqq. — Adi praeterea de Curalio Plin. *Histor. nat.* XXXII, 2, 11. Beckmann. *Histor. nat. vet.* III, 3 p. 144, Niclas ad *Geoponic.* XV, 1, 31. p. 1051, Bernhardi ad Dionys. *Perieg.* 1103 p. 815.

*) Ortum debet latino vocabulo *aeneum*.

**) Singularem numerum tuetur Aldus.

***) *Geoponic.* XV, 1, 34: *ὁμοίως δὲ καὶ ἡ σαλάμανδρα τὸ ἐλάχιστον ζῷον ἐκ τοῦ πυρὸς ἔχει τὴν γένεσιν καὶ ἐν τῷ πυρὶ βιοῖ οὐ καιόμενον ὑπὸ τῆς φλογός.* Fabulam de salamandra ignicola exornavit Aristoteles *Hist. animal.* V, 19 p. 552, b: *ὅτι δ' ἐνδέχεται μὴ κάεσθαι συστάσεώς τινὰς ζώων ἡ σαλαμάνδρα ποιεῖ φανερόν· αὕτη γάρ, ὡς*

Digitized by Google

οὐ κάεται ὑπὸ τοῦ πυρός, ἀλλὰ τοὐναντίον σβέννυσι καὶ τὰς καμίνους. ὅθεν πολλὴ φροντὶς παρὰ τοῖς ὑελέψαις *) τοῦ τινάσσειν τὴν πάπυρον, χάριν τοῦ μὴ εὑρεθῆναι ἔνδον σαλαμάνδραν καὶ σβέσαι τὴν κάμινον. ζημιῶδες γὰρ αὐτοῖς τὸ τοιοῦτον καθέστηκεν. ἀλλ' οὐ μόνον τὸ ἔχειν πόρους τοιούτους ἀπόχρη πρὸς τὸ εἶναι καυστόν, ἀλλὰ δεῖ ὑγρότητα ἔχειν παθητικὴν ὑπὸ πυρός, τουτέστιν ἀερώδη καὶ οὐχὶ ὑδατώδη. ἰδοὺ γοῦν τὰ χλωρὰ ξύλα, ἐπειδὴ πολλὴν ἔχουσι τὴν ὑδατώδη ὑγρότητα, οὐ κάονται, ἀλλὰ σβέννυσι τὸ πῦρ, ἐπεὶ οὐχ οἷά τε ἐστὶ κρατηθῆναι ὑπὸ πυρὸς ἡ τοιαύτη. τὰ δὲ ξηρὰ ξύλα, ἐπειδὴ οὐκ ἔχουσι τὴν ὑδατώδη ὑγρότητα, κάονται. καὶ ὅτι ἐν αὐτοῖς ἐστιν ἡ ἀερώδης ὑγρότης δῆλον, ἐπειδὴ μάλιστα ταῦτα ἐπινήχονται τῷ ὕδατι. καὶ ταῦτα περὶ τοῦ καυστοῦ καὶ ἀκαύστου· ἐφ' οἷς λοιπὸν ὁ φιλόσοφος καὶ ἐπὶ τὴν τελευταίαν ἀντίθεσιν μετέρχεται, λέγω δὴ τὴν τοῦ θυμιατοῦ, καί φησιν, ὅτι θυμιατόν ἐστιν ἐξ οὗ ἐκκρίνεται μέρος γῆς καὶ ὕδατος ὑπὸ πυρός. καλῶς δὲ πρόσκειται τὸ ὑπὸ πυρός. ἐπειδὴ γίνεται τούτοις διαφόρησις καὶ ὑπὸ χρόνου, ἅπερ οὐκ ἔτι εἰσὶ θυμιατά, ἀλλὰ κοπρώδη. διαλύονται γὰρ καθάπερ γῇ τὰ χρόνια θυμιάματα, μὴ ἔχοντα θυμίασιν. τὸ δὲ ὑπὸ πυρὸς ἐκκρῖνον μέρος γῆς καὶ ὕδατος, ἐκεῖνό ἐστι θυμιατόν. ὅθεν τὸ ὕδωρ οὐκ ἂν εἴποιμεν θυμιατόν, ἐπειδὴ θερμαινόμενον ἀτμίδα μόνον ὑδατώδη

φασί, διὰ πυρὸς βαδίζουσα καταβέννυσι τὸ πῦρ. Eam traditionem inter posteros fuerunt, qui crediderint v. c. Theophrastus *de igne* p. 736 Schn. Nicander *Theriac.* 819 sq. Galenus *de temperam.* III, 4 p. 674 Kühn (qui tamen ad certum usque terminum tantummodo eam ab igne nihil pati perhibuit, uri autem si longiore spatio igni sit admota), quamvis non defuerint, qui eandem pro iure fabulis adnumerarent, quemadmodum Sextus Niger apud Plinium *Hist. nat.* XXIX, 23, Dioscorides *Mat. med.* II, 67, quem ad l. nonnulla de fabulae origine disputavit Sprengel Tom. II p. 443. Adde Harduin. ad Plin. X, 67, Allatium ad Eustath. *Hexaëm.* p. 193, Niclas ad *Geoponic.* l. l. p. 1055 sq., Beckmann. ad Antigon. Caryst. c. 91 p. 140 sq.

*) Ald. *ἐαλλέψαις.* Hesychius: *ἐαλλέψεις· ἐλοτέχναι. ἐαλέψεή ἐστιν ἡ περὶ τὸν ὕαλον καταγινομένη* [*τέχνη*]. Philopon. in Porphyr. *Isagog.* p. 11, *a* Brand. Cfr. Plin. *Hist. nat.* XXXVI, 26.

Digitized by Google

ἐκκρίνει, οὐ μὴν καὶ γεώδη οὐσίαν. καὶ ὅτι γεώδη οὐσίαν ἐκκρίνει τὸ θυμιώμενον ὄῆλον, ἐπειδὴ τὰ παρακείμενα οὐ διαίνει, τουτέστιν οὐχ ὑγραίνει, ἀλλὰ μόνον χρωματίζει. μελαίνει γὰρ αὐτά. ἡ γὰρ ὑγρότης ἐξικμαζομένη ἀναλίσκεται ὑπὸ τοῦ πυρός. εἶτα, ὥσπερ ἑαυτοῦ ἐπιλανθανόμενος ὁ φιλόσοφός φησιν, ὅτι τὰ θυμιατὰ διαίνει. καὶ ἄπορος ὁ λόγος. δοκεῖ γὰρ ἀντιφάσει περιπεπτωκέναι ὁ φιλόσοφος, ποτὲ μὲν λέγων αὐτὸ διαίνειν *). ἢ ῥητέον, ὡς ἐπιλύσατο ὁ μέγας φιλόσοφος, ὅτι οὐκ ἀντιφάσει περιπέπτωκεν ὁ Ἀριστοτέλης. τὰ γὰρ θυμιάματα καὶ διαίνει καὶ οὐ διαίνει· διαίνει μὲν τὴν οἰκείαν ἐπιφάνειαν ἐξατμιζομένου τοῦ ἐν αὐτοῖς ὑγροῦ, καθάπερ οἱ κέραμοι τὴν ἀρχὴν ἐμβληθέντες ἐν τῇ καμίνῳ. ὅθεν ἐλέγομεν αὐτοὺς καὶ διαστρέφεσθαι **). οὐ διαίνει δὲ τὰ παρακείμενα, ἀλλὰ μόνον μελαίνει. οὕτω τοίνυν ἐπιλύονται τὴν ἀπορίαν. ταῦτα δὲ τὰ θυμιάματα τριττά εἰσιν· ἢ γὰρ ἐκ ξυλώδεσι γίνεται ἡ θυμίασις καὶ καλεῖται καπνός, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ξύλων, ἢ ἐν λιπαροῖς καὶ γίνεται κνίσσα, ὥσπερ ἐπὶ ἐλαίου ἢ στέατος ἢ λίπους, ἢ ἄλλου τινὸς τοιούτου, ἢ ἐν πίοσι καὶ λέγεται λιγνύς ***), ὥσπερ ἐπὶ σαρκὸς λῖπος ἐχούσης, ἢ λιβάνου, ἢ γλυκέος οἴνου. καὶ γὰρ οὗτος πίων ἐστὶ καὶ λιπαρός †), καθάπερ τὸ μέλι, διὰ τὸ γεώδη πολλὴν ἔχειν οὐσίαν, ὅθεν οὔτε μεθύσκει διὰ τὸ ἀπολωλέναι αὐτὸν τὴν οἰνώδη ποιότητα. ἀλλὰ ζητητέον, τί διαφέρει τὸ λιπαρὸν ††). ἐνεργείᾳ ἔχει τὴν ὑγρότητα καὶ προφανῶς, ὥσπερ τοὔλαιον καὶ ὥσπερ τὸ λῖπος †††). τὸ δὲ πῖον οὐκ ἐνεργείᾳ οὔτε προφανῶς, ἀλλὰ μίγμα ἐστὶ στερεωτέρου σώματος καὶ ὑγροῦ, ὥσπερ ἐπὶ τῆς σαρκὸς τῆς λῖπος ἐχούσης. ἀλλὰ καὶ ὁ ποιητὴς οἶδε τὴν τούτου διαφοράν. περὶ γὰρ τοῦ

---

*) Videtur scribendum esse *ποτὲ μὲν λέγων αὐτὰ μὴ διαίνειν, ποτὲ δὲ αὐτὰ διαίνειν.*

**) Vide Exc. IV, 1, 4, p. 171. Comment. ad IV, 6, 7.

***) Ald. *λίπος.* †) Ald. *λίπος.*

††) Scribendum est: *ζητητέον, τί διαφέρει τὸ λιπαρὸν τοῦ πίονος. καὶ τὸ μὲν λιπαρὸν ἐνεργείᾳ* et q. s. Decepit scribam duplex *λιπαρόν.*

†††) De accentu vocabuli adi Hermannum *de emendand. Gr. gr. rat.* p. 429 et Passov. *Lex. s. v.*

Digitized by Google

λεπαροῦ φησι· χρῖσε δὲ λίπ' ἐλαίῳ *), περὶ δὲ τοῦ πίονός φησιν ὁ αὐτὸς ποιητὴς πίονα πενταέτηρον **). καὶ ταῦτα μὲν περὶ θυμιατοῦ. εἶτα πάλιν ἀνακεφαλαιοῦται τὸν περὶ τοῦ καυστοῦ λόγον. τρία περὶ τούτου παραδίδωσι, τὸν ὁρισμόν, τὴν διαίρεσιν, τὴν πρὸς τὸ τηκτὸν σύγκρισιν. καί φησιν, ὅτι καυστόν ἐστι τὸ εἰς τέφραν διαλυόμενον. τί φῄς Ἀριστότελες, πᾶν καυστὸν εἰς τέφραν διαλύεται; οὐκοῦν κατὰ σὲ οὐκ ἐστι τὸ ἄχυρον καυστόν, ἐπειδὴ καιόμενον οὐκ εἰς τέφραν διαλύεται, ἀλλ' εἰς λιγνύν. εἴρηται, ὅτι ἡ τοιαύτη λιγνὺς οὐ κυρίως ἐστὶ λιγνύς, ἐπειδὴ οὐκ ἀπὸ πίονός ἐστιν, ἀλλὰ μετρίᾳ τέφρα πρὸς τὴν τοῦ ἀχύρου σύστασιν. ἀλλὰ πάλιν καὶ ἡ ἄσβεστος οὐ καυστή, ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ εἰς τέφραν διαλύεται, ἀλλ' οὐχ ὁμοίαν τῇ τῶν ξύλων, ἀλλ' ἑτέρᾳ τινί. καὶ γὰρ ἡ κονία οἷον τέφρα τίς ἐστιν. ἀλλὰ πάλιν καὶ ὁ πυρίμαχος λίθος οὐ καυστός, ἐπειδὴ οὐ διαλύεται εἰς τέφραν. τοὐναντίον δὲ πήγνυται τὸ ἀποστάζον. ῥητέον δὲ καὶ πρὸς τοῦτο, ὅτι τῷ ὄντι οὐ καυστός ἐστιν οὗτος, ὅθεν πυρίμαχος λέγεται. ὁ μέντοι μυλίας καυστός ἐστιν, ἐπειδὴ τὸ ἀποστάζον εἰς κόνιν διαλύεται, καθάπερ ἡ τίτανος. καὶ θρύπτεται γάρ. ταῦτα μὲν οὖν περὶ τοῦ ὁρισμοῦ τοῦ καυστοῦ. λοιπὸν εἴπωμεν καὶ τὴν τούτου διαίρεσιν. τῶν γὰρ καυστῶν τὰ μὲν φλογιστά εἰσι, τὰ δὲ ἀφλόγιστα. καὶ τῶν φλογιστῶν τὰ μὲν καθ' ἑαυτά εἰσι φλογιστά, τὰ δ' οὐ καθ' αὑτά, ἀλλὰ μετ' ἄλλων. καὶ τῶν καθ' αὑτὰ φλογιστῶν τὰ μὲν ἀνθρακευτά εἰσι, τὰ δ' οὐκ ἀνθρακευτά. αὕτη μὲν ἡ διαίρεσις. λοιπὸν εἴπωμεν παραδείγματα. καυστὰ μὲν γὰρ ἀφλόγιστά εἰσι, τουτέστι μὴ ποιοῦντα φλόγα, ὅσα μὴ ἔχει ἀερώδη ὑγρότητα, ὥσπερ τὰ ξύλα. τούτων δὲ τῶν φλογιστῶν, ὅσα ἐνεργείᾳ ἔχουσι τὴν ὑγρότητα, οὐ κάονται καθ' αὑτά, ἀλλὰ μετ' ἄλλου σώματος, ὥσπερ τὸ ἔλαιον καὶ ἡ πίττα. ταῦτα γὰρ χωρὶς τοῦ συνεκφλογωθῆναι ἑτέροις οὐ κάονται καθ' αὑτά, ἀλλὰ μετ' ἄλλου σώματος, ὥσπερ ἔλαιον μετὰ τοῦ στυπείου ἢ ἐν ταπινῷ. καὶ αὐτὰ γὰρ οὐκ ἐκφλογοῦται. ὅσα δὲ μηδ' ἐνεργείᾳ ἔχουσι

*) Cfr. *Il.* κ', 577. ξ', 174. σ', 350. *Odyss.* γ', 466. ζ', 96. 227. κ', 364. 450. τ', 505.

**) *Il.* β', 403. *Od.* ξ', 419.

Digitized by Google

τὴν ὑγρότητα, ταῦτα κάονται καὶ φλογοῦνται, ὥσπερ τὰ ξύλα. πάλιν δὲ τούτων τῶν καθ' αὑτὰ ἐκφλογουμένων, ὅσα μὲν μᾶλλον γεώδους οὐσίας μετέχουσι, ταῦτα καὶ ἄνθρακας ποιοῦσι καὶ ἀνθρακευτὰ λέγονται, ὥσπερ τὰ στερεώτερα ξύλα· ὅσα δὲ μᾶλλον ἀερώδους, ταῦτα οὐκ ἀνθρακεύεται, ὥσπερ πάππυρος, χόρτος καὶ ὅσα τοιαῦτα. οὐ ποιοῦσι γὰρ ἄνθρακας κυρίως, ἀλλὰ τάχιον διαλύονται. εἶτα καὶ ἐπὶ τὴν σύγκρισιν τοῦ φλογιστοῦ καὶ τοῦ τηκτοῦ μετέρχεται ὁ φιλόσοφος. τῶν γὰρ ὑπὸ πυρὸς πασχόντων τὰ μὲν φλογιστά εἰσι μόνως, οἷον τὰ ξύλα, τὰ δὲ τηκτὰ μόνως, ὥσπερ ὁ χαλκός. τὰ δὲ καὶ φλογιστὰ καὶ τηκτά, ὥσπερ ὁ λιβανωτός· οὗτος γὰρ καὶ τήκεται καὶ ἐκφλογοῦται. τὰ δὲ οὔτε φλογιστὰ οὔτε τηκτά, ὥσπερ κέραμος, σίδηρος καὶ ὅσα τοιαῦτα. ὅσα μὲν γὰρ ἀερώδη πολλὴν ἔχει οὐσίαν καὶ ἀθρόων, τουτέστιν ὑγρότητα, ἐκεῖνα φλογιστά εἰσιν. ὅσα δὲ ἢ πολλὴν ἢ μὴ ἀθρόαν, ἀλλὰ διεσπαρμένην, ἐκεῖνα ἄμφω καὶ τήκονται καὶ φλογοῦνται, ὥσπερ ὁ λιβανωτός. ἐκ τούτων οὖν πάντων ἀναφαίνεται, ὅτι καυστόν ἐστι τὸ θυμιατόν. καὶ ταῦτα μὲν ῥητέον περὶ τῶν ιή ἀντιθέσεων. ἀλλ' ἐπειδὴ ταῦτα ἐξ ὕλης καὶ εἴδους γίνονται, ὕλης μὲν ξηροῦ καὶ ὑγροῦ, εἴδους δὲ τῶν ποιητικῶν αἰτίων θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, αὖται δὲ γίνονται ἐν τοῖς ὁμοιομερέσι, διττὰ δὲ τὰ ὁμοιομερῆ, ἢ γὰρ ἀπὸ τῶν στοιχείων γίνονται, ἢ ἀπὸ τῆς διττῆς ἀναθυμιάσεως, ὥσπερ χαλκὸς καὶ τὰ λοιπὰ μέταλλα, διττὰ δὲ καὶ τὰ ἀπὸ τῶν στοιχείων ὁμοιομερῆ, ἢ γὰρ ἐν ζῴοις ἐστίν, ὥσπερ νεῦρα, ὀστᾶ σάρκες καὶ τὰ ὅμοια, ἢ ἐν φυτοῖς, ὥσπερ φλοιόν, ξύλα, ῥίζα, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἐφεξῆς ὁ φιλόσοφος τὴν τούτων διάγνωσιν ἡμᾶς διδάσκει, τίνα μὲν ὑπὸ θερμοῦ πάσχει, τίνα δὲ ὑπὸ ψυχροῦ. ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ διάγνωσις ἢ ἀπὸ τῶν ποιητικῶν αἰτίων ἐστί, τουτέστι τοῦ εἴδους, ἢ ἀπὸ τῶν ὑλικῶν (ἐστὶ δ' ἡ μὲν ἀπὸ τοῦ εἴδους διάγνωσις, ἀπόδειξις· ἡ δ' ἀπὸ τῆς ὕλης, τεκμήριον *). ἀπὸ γὰρ τοῦ πάθους τοῦ ποιοῦντος τεκμαιρόμεθα· κυριωτέρα δ' ἐστὶν ἡ ἀπόδειξις τοῦ τεκμηρίου,

*) De significatione vocabuli ἀπόδειξις apud Aristotelem cfr. Trendelenburg ad *de anim.* I, 1, 2 p. 195 sqq.: de τεκμήριον vide Comment. nostr. ad III, 4, 25.

Digitized by Google

δσον καὶ τὸ ποιητικὸν τοῦ παθητικοῦ), τούτου χάριν ὁ φιλόσοφος προτάττει τὴν ἀπὸ τοῦ ποιοῦντος διάγνωσιν, εἶθ' οὕτως ἐπάγει καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ὕλης. τί δ' ἐστὶν αὕτη, ἡ ἐφεξῆς ἡμῖν θεωρία παραστήσει. — Olympiodorus fol. 73, b — 74, b.

IX, 33. Ἔστι δὲ πνεῦμα φύσις συνεχὴς ἐπὶ μῆκος ἀέρος] Πνεῦμα νῦν λέγει οὐ τὸν ἄνεμον. ἀνωτέρω γὰρ κατέτρεχεν Ἱπποκράτους ὡς λέγοντος τὸν ἄνεμον, ἀέρος εἶναι ῥεῦμα καὶ χεῦμα *). ἀλλὰ πνεῦμα νῦν λέγει τὴν λιγνὺν τὴν ἐκ τῶν θυμιωμένων ἐκκρινομένην ἐκ τῆς γεώδους καὶ ἀερώδους οὐσίας τῆς ἐν αὐτοῖς. περὶ γὰρ τούτων ἦν καὶ ὁ λόγος. — Olympiodorus fol. 74, b.

IX, 34. Ἔστι δ' ἡ μὲν ξυλώδους σώματος θυμίασις καπνός] Ἐντεῦθεν τὴν διαφορὰν παραδίδωσι τῶν θυμιαμάτων, ὅτι τὰ μὲν ξυλώδη ὄντα καὶ καπνώδη ἔχει τὴν θυμίασιν, ὥσπερ ὁστᾶ, τρίχες, ὄνυχες καὶ τὰ τοιαῦτα. ταῦτα γὰρ ἀναλογεῖ τοῖς ξύλοις, ὡς γεώδους ὄντα καὶ ἀερώδους οὐσίας. ὅθεν καὶ Ἐμπεδοκλῆς μετὰ τῶν ξύλων τὰ τοιαῦτα λέγων· ταῦτα δέ ἐστι τρίχες καὶ φύλλα καὶ οἰωνῶν πτερὰ πυκνὰ καὶ φολιδονίδες **) γίνονται ἐπὶ στιβαροῖς μελέεσσιν. ὅσα δέ εἰσι λιπαρὰ τῶν θυμιαμάτων, κνισσώδη ἔχουσι τὴν θυμίασιν, ὡς λίπος, ἔλαιον, καὶ τὰ τοιαῦτα. ὅσα δὲ πιονά εἰσι, ταῦτα λιγνώδη, ὥσπερ σάρκες, γλεῦκος, μέλι, καὶ τὰ τοιαῦτα. — Olympiodorus fol. 74, b.

X, 1. Τούτοις δὲ τοῖς παθήμασι ..... χρώμασιν] Ποίοις παθήμασι; τῷ ψύχεσθαι, τῷ παχύνεσθαι καὶ μὴ παχύνεσθαι, τῷ κάεσθαι ἢ θυμιᾶσθαι. ἅπερ εἰσὶν ἁπτικὰ πάθη. τούτοις τοῖς πάθεσι διαφέρουσι τὰ ὁμοιομερῆ. ποῖα;

*) Vide ad Exc. I, 13, 1. II, 4, 23. Vol. I p. 241. 293.

**) Ita Aldus. Fortasse scribendum φολίδες pro λεπίδες. Aristot. de part. animal. IV, 11 p. 691, a: ἔστι δ' ἡ φολὶς ὅμοιον χώρᾳ λεπίδος, φύσει δὲ σκληρότερον. Cfr. Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 441 p. 183. Beckmann. ad Aristot. de mirabil. auscultat. 178 p. 351. Schneider. Cur. post. ad Arist. Hist. animal. I, 6, 2. Vol. IV p. 284.

Digitized by Google

τά τε ὑπὸ τῶν τεσσάρων στοιχείων γεγενημένα, οἷα τὰ ἐν τοῖς ζῴοις καὶ τοῖς φυτοῖς, τά τε ἐκ τῆς διττῆς ἀναθυμιάσεως, οἷον τὰ μέταλλα. οὐ μόνον δὲ τούτοις διαφέρουσιν ἀλλήλων, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς γευστὰς καὶ ὀσφραντὰς ποιότητας. περὶ ὧν οὐ νῦν καιρὸς λέγειν. εἴρηται γὰρ ἐν τῷ περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητικοῦ, ἀλλὰ περὶ μόνων τῶν ἁπτικῶν παθῶν. ἀλλὰ τὴν διάγνωσιν ποιησόμεθα ἔκ τε τῶν ποιούντων, ἔκ τε τῶν πασχόντων, ὡς εἴρηται, ποῖα μὲν τῶν ὁμοιομερῶν τῆς γῆς μόνον, ποῖα δὲ ὕδατος μόνον, ποῖα δὲ γῆς καὶ ὕδατος *). — Olympiodorus fol. 75, a.

Εἰπὼν περὶ πασῶν τῶν ἀντιθέσεων τῶν κατὰ δύναμιν ἢ ἀδυναμίαν λεγομένων, καθ' ἃ τὰ ὁμοιομερῆ σώματα διαφέρειν εἶπεν ἀλλήλων, τούτοις τέ φησι τοῖς πάθεσι διαφέρειν ἀλλήλων [τὰ ὁμοιομερῆ σώματα διαφέρειν εἶπεν ἀλλήλων] καὶ ταύταις ταῖς ἁπταῖς διαφοραῖς. πᾶσαι γὰρ αἱ εἰρημέναι ἀντιθέσεις ἁπταί. καὶ πρὸς τούτοις εἰπὼν χυμοῖς τε καὶ ὀσμοῖς, οὐκέτι προσέθηκε καὶ τὸ τὰ μὲν ψοφητικὰ αὐτὰ εἶναι, τὰ δὲ ἄψοφα, ἃ τῆς ἀκοῆς κρίνειν. τοῦτο δὲ ἢ ὅτι μὴ προηγουμένως ἐστὶν αὐτῷ ὁ λόγος τὴν διαφορὰν τῶν αἰσθητῶν εἰπεῖν, ἢ ὅτι ἐναργὲς καὶ τῶν ψόφων αἰσθητικὸν κριτήριον. εἶπε δὲ καὶ περὶ τούτων πρὸ ὀλίγου. καταριθμεῖται δὲ καὶ τίνα ἐστὶν ὁμοιομερῆ τῶν σωμάτων, τά τε γὰρ μεταλλευόμενα καὶ ὅσα ἐκ τούτων τῇ ἐκκρίσει γίνεται. τὰ μὲν γὰρ ἐκ μολίβδου γίνεται, τὰ δὲ ἐξ ἄλλου τῶν ὀρυκτῶν. ἔτι δὲ τὰ ἐν τοῖς φυτοῖς τε καὶ ζῴοις, ἐξ ὧν ἡ σύστασις τῶν ἀνομοιομερῶν. καὶ τὰς ἴνας δὲ τὰς ἐν τοῖς φυτοῖς ἐν τοῖς ὁμοιομερέσιν ἔθηκεν. — Alexander fol. 138, b.

XII, 1. Εἰπὼν τί ἐστι τὸ ὑποκείμενον τοῖς ὁμοιομερέσι σώμασι καὶ τίνος ἕκαστον αὐτῶν μᾶλλόν ἐστιν, ἐφεξῆς, ἐπεὶ ἐν τοῖς ὁμοιομερέσι σὰρξ τε καὶ ὀστοῦν καὶ νεῦρον καὶ τὰ τοιαῦτα (ἐκ γὰρ τούτων τὰ ἀνομοιομερῆ τοῦ ζῴου, ἐξ ὧν τὸ ζῷον), περὶ

*) Desinit his verbis Olympiodori commentarius. Plurima tamen deesse, uti etiam monuit Aldus, δοκεῖ ἐλλείπειν ἡ τελευταία πρᾶξις καὶ θεωρία, tum ex his ipsis verbis patet, tum ex iis, quae adscripsimus ad Exc. IV, 9, 30: τί δ' ἐστὶν αὕτη, ἡ ἐφεξῆς θεωρία παραστήσει.

Digitized by Google

τούτων εἰπεῖν προτίθενται, τί ἐστιν ἕκαστον αὐτῶν, οὐ κατὰ τὸ ὑποκείμενον (τοῦτο μὲν γὰρ εἴρηται), ἀλλὰ κατὰ τὸν λόγον. ἔχειν γάρ φησιν ἤδη τὰ γένη τῶν ὁμοιομερῶν, οἷον ἐκ τίνος ἕκαστον αὐτῶν ἐστι, γῆς ἢ ὕδατος, ἢ ἐξ ἀμφοῖν. λαβόντες τοῦτο διὰ τῆς γενέσεως αὐτῶν, ἐξ οὗ ὑποκειμένου γίνεται, ἐκ τούτου καὶ ἔστι γινόμενον, ἐξ ὧν ἡ τῶν ἀνομοιομερῶν φύσις. ἐκ γὰρ τῶν ὁμοιομερῶν τὰ ἀνομοιομερῆ, ἐκ δὲ τούτων ὡς ὑποκειμένων τε καὶ ὕλης τὰ ὅλα τῆς φύσεως ἔργα, οἷον φυτά, ζῷα. ὡς ὕλης δὲ ἐκ τούτων εἶπε. τὸ γὰρ εἶδος αὐτῶν, καθ' ὃ μάλιστά ἐστιν, ἃ ἐστιν, οὐ τοιοῦτον. εἶναι δέ φησι πάντα τὰ ὁμοιομερῆ, ὡς μὲν ἐξ ὕλης, ἐκ τῶν εἰρημένων, ὕδατός τε καὶ γῆς, ὡς δὲ κατὰ τὴν οὐσίαν καὶ τὸ εἶναι, ὃ ἐστιν ἕκαστον αὐτῶν, τῷ λόγῳ. τουτέστι τῷ λόγῳ καὶ τῷ εἴδει ἕκαστον αὐτῶν ἐστιν, ὃ ἐστιν. ὅτε δὲ κατὰ τὸν λόγον ἐστὶν αὐτοῖς τὸ εἶναι, ἃ ἐστι, δῆλον εἶναί φησιν ἐπὶ τῶν ὑστέρων μᾶλλον, ὕστερα λέγων τὰ ἀνομοιομερῆ· ὕστερα γὰρ ταῦτα τῶν ὁμοιομερῶν, εἴγε ἐξ ἐκείνων σύγκειται. καὶ ὅλως φησὶν ἐπὶ τούτων, ἃ οἷον ὄργανά ἐστι τῶν σωμάτων, καὶ ἕνεκά τινος χρείας ἡμῖν δοκεῖ δεδόσθαι. τούτοις γὰρ προφανῶς τὸ εἶναι ἐστὶν ἐν τῷ λόγῳ. ἐν γὰρ τῷ δύνασθαι τὸ εἶναι τούτοις ἐστίν· ὅτι δὲ μᾶλλον δῆλον κατὰ τὸν λόγον καὶ τοῖς ὁμοιομερέσι τὸ εἶναι ἔδειξε λαβὼν τὸν νεκρὸν ἄνθρωπον. γνωριμώτερον γάρ, ὅτι ὁ νεκρὸς ἄνθρωπος λέγεται ὁμωνύμως καὶ οὐ κυρίως ἄνθρωπος· οὗτος δέ ἐστιν, ᾧ ὁ λόγος ἐφαρμόζει. οὐκ ἐφαρμόζει δὲ ὁ λόγος ὁ τοῦ ἀνθρώπου τῷ νεκρῷ. οὐδεὶς γὰρ ὁρίζεται τὸν νεκρὸν ἄνθρωπον, ζῷον λογικὸν θνητόν. ἐπὶ δὴ τούτου γνωριμώτερον ἢ ἐπὶ αἵματος καὶ ἑκάστου τῶν ὁμοιομερῶν. ἐστὶ μὲν γὰρ καὶ ἐπ' ἐκείνων τὰ τῶν νεκρῶν ὁμωνύμως τοῖς τῶν ζώντων λεγόμενα. πλὴν οὐ φανερὸν ὁμοίως ἐπ' ἐκείνων. ὡς δὲ ὁ νεκρὸς ἄνθρωπος ὁμωνύμως ἄνθρωπος, οὕτω καὶ ἡ χεὶρ τοῦ νεκροῦ ὁμωνύμως χείρ· ἤρξατο δὲ ἀπὸ τοῦ ἐσχάτου. τοῦτο δ' ἦν τὸ τέλειον ζῷον. εἶτ' ἐπάνεισιν ἐπὶ τὰ πρὸ αὐτοῦ, ὧν προσεχῆ μὲν τοῖς τελείοις ἐστὶ τὰ ἀνομοιομερῆ. πρὸ δὲ τούτων τὰ ὁμοιομερῆ. ὅτι δὲ τὰ τίνος ἕνεκεν ὄντα, ὅταν μηκέτι δύνηται τοῦτο ποιεῖν, μόνον δὲ φυλάσσῃ τὸ σχῆμα, ὁμωνύμως λέγεται, ἔδειξεν ἀπὸ τῶν λιθινῶν αὐλῶν· ὡς γὰρ οἱ αὐλοὶ ὄργανα, οὕτω καὶ χεὶρ

Digitized by Google

καὶ πάντα τὰ μόρια τοῦ ζώου ὄργανά τινά ἐστιν ὑπὸ τῆς φύσεως, χρείας τινὸς χάριν γεγονότα. ἧττον δέ φησι δῆλον εἶναι ἐπὶ σαρκὸς καὶ ὀστοῦ καὶ τῶν ὁμοιομερῶν, ὅτι καὶ ταῦτα ὄργανα καὶ ἐπί τινα χρείαν τὴν ἀναφορὰν ἔχει, ἢ ἐπὶ χειρὸς καὶ προσώπου καὶ ποδὸς καὶ τῶν ἀνομοιομερῶν μερῶν· ἔτι δὲ ἧττον ἐπὶ τῶν ἁπλῶν σωμάτων, ἃ καὶ στοιχεῖα λέγομεν, οἷον πυρός, ὕδατος, τῶν λοιπῶν. ἐλάχιστα γὰρ ἐπὶ τούτων δῆλον, τὸ τίνος χάριν ἕκαστόν ἐστιν αὐτῶν, ἐν οἷς πλεῖστον τὸ τῆς ὕλης ἐστί, τουτέστιν ἐν τοῖς ἐγγυτέρω τῆς ὕλης. ἐγγυτάτω δὲ τῆς ὕλης ἐστὶ τὰ πρῶτα ἐκ τῆς ὕλης γινόμενα, ἅπερ ἐστὶ καὶ στοιχεῖα. διὸ καὶ ὕλης ταῦτα λόγον ἐν τοῖς συνθέτοις ἔχει. ὥστε εἰ τὰ ἔσχατα ἐξ ὧν τὸ συναμφότερον κατ' ἰδίαν ληφθείη, ταῦτα δ' ἐστὶν ἥτε ὕλη καὶ τὸ εἶδος, οὔτε ἡ ὕλη ἄλλο τί ἐστι παρ' αὐτήν· αὐτὴ γὰρ ἡ ἐσχάτη ὕλη, ἥτις ἐστὶ τὸ πρῶτον ὑποκείμενον τοῖς σώμασιν· ἁπλῆ γάρ τις φύσις ἡ τοιαύτη, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ εἶδός τε καὶ ἡ οὐσία. τὸ γὰρ εἶδος οὐσίαν λέγει, ἐπεὶ κατὰ τοῦτο τὸ εἶναι ἑκάστῳ τῶν συνθέτων. καὶ τοῦτο δὴ οὐδὲν ἄλλο παρὰ τὸν λόγον, καθ' ὃν ἡ ὕλη εἰδοποιεῖται. τὰ δὲ μεταξύ τε εἴδη καὶ ἐκ τούτων ἀνάλογον τούτων ἐστὶ μᾶλλον, οἷς ἐστι μᾶλλον. ὧν τὰ μὲν τῆς ὕλης ἐγγυτέρω, ὑλικώτερα, τὰ δὲ τῆς οὐσίας τε καὶ τοῦ λόγου, εἰδικώτερα *). ἔστι δὲ τοῦ λόγου μὲν καὶ τοῦ εἴδους ἐγγυτέρω, ὅσα ἐξ εἰδοποιημένων ἤδη σύγκειται, καθ' ὅσον εἰδοποιεῖται. οἷον τὸ πρόσωπον ἐξ ὁμοιομερῶν τινων σύγκειται, καθόσον ἐστὶν εἰδοποιημένα. ἐκ γὰρ ὀφθαλμῶν, καθ' ὅσον εἰσὶν ὀφθαλμοί. καὶ ὁμοίως ἐκ τῶν ἄλλων. τῆς δὲ ὕλης τὸ ὑποκείμενον ὕλην ἔχει χωρὶς εἴδους. τοιοῦτον γὰρ τὸ τοῖς στοιχείοις ὑποκείμενον, ἐπεὶ καὶ τῶν ἁπλῶν τε καὶ πρώτων σωμάτων ἕκαστόν φησιν ἕνεκά του καὶ οὐχ ὁπωσοῦν ἔχον ἕκαστον αὐτῶν, τὸ μὲν ὕδωρ ἐστί, τὸ δὲ γῆ, τὸ δὲ ἄλλο τι, ὥσπερ οὐδὲ σάρξ, ἢ ἧπαρ. ἀλλ' ὡς ταῦτα, ὅταν τὸ αὐτῶν παρέχηται, οὕτω κἀκεῖνα, ὅταν ἕκαστον αὐτῶν σώζῃ τὴν οἰκείαν φύσιν καὶ τὸ ἴδιον ἔργον. τούτων δέ φησιν ἔτι μᾶλλον σαρκός τε λέγων καὶ ἑκάστου τῶν σπλάγχνων καὶ ὅλως τῶν ὁμοιομερῶν, τὸ ἕνεκά του ἔχειν φανερώτερον, πρόσω-

*) Ald. εἰλικώτερα.

Digitized by Google

πον καὶ χεῖρα καὶ ἕκαστον τῶν ἀνομοιομερῶν. — Alexander fol. 140, a.

XII, 13. *Δηλωθέντων δὲ τούτων ..... τὰ τοιαῦτα*] *Ἐκ τούτων δῆλον, ὅτι τῷ βιβλίῳ τούτῳ ἕπεσθαι δοκεῖ τὰ περὶ τῶν ζῴων μορίων. ἐν γὰρ τῷ δευτέρῳ περὶ ζῴων μορίων, περὶ ὧν ἐνταῦθα ἔφη δεῖν εἰπεῖν, εἶπε. λέγει γὰρ ἐν αὐτῷ πρῶτον μὲν περὶ τῶν ὁμοιομερῶν μορίων, ἔπειτα περὶ τῶν ἀνομοιομερῶν, ἃ ἐστιν ἐκ τούτων* *). — Alexander fol. 141, a.

---

*) Uti poterat hisce verbis Titze in iis, quae de ordine physicorum Aristotelis operum, prorsus ex mente Alexandri disputavit.

Digitized by Google

COMMENTARIUS

IN

ARISTOTELIS METEOROLOGICORUM

LIBRUM TERTIUM.

ACCEDIT

EXPLICATIO LOCORUM HUIUS LIBRI MATHEMATICORUM

AUCTORE

IOSEPHO BLANCANO.

Digitized by Google

Digitized by Google

COMMENTARIUS IN METEOROLOGICORUM LIBRUM TERTIUM.

CAPUT PRIMUM.

Quae in hoc capite continentur, arctissime cohaerent cum iis, quae in ultimo antegressi libri exposuerat, ita ut melius fecisse videretur qui primus totam hanc φυσικῆς πραγματείας partem, quae Meteorologica inscribitur, in libros et capita divisit, si tertium librum ab initio cap. II exorsus esset. Nos non cunctaremur decimum statuere libri secundi caput, quod et initium capitis noni: περὶ δὲ ἀστραπῆς καὶ βροντῆς, ἔτι δὲ περὶ τυφῶνος καὶ πρηστῆρος καὶ κεραυνῶν λέγωμεν et finis nostri: περὶ μὲν οὖν βροντῆς καὶ ἀστραπῆς καὶ ἐκνεφίου, ἔτι δὲ πρηστήρων τε καὶ τυφώνων καὶ κεραυνῶν εἴρηται, καὶ ὅτι ταὐτὸ πάντα, καὶ τίς ἡ διαφορὰ αὐτῶν, expostulare videntur, nisi religio quaedam et confusionis timor vetarent, quamvis Schneideri exemplum nos videatur exhortari, ut pristinum ordinem restituamus et quamvis minime dubitemus, quin a sciolo quodam scriba, qui novi quiddam afferre volebat, genuinus ordo sit immutatus, veluti Diodori Siculi aetate, ut priorum saeculorum fraudes seriorumque Peripateticorum ineptias taceam, adeo mos ille invalnit libros aliorum aliter, quam ab auctore ipso factum

Digitized by Google

erat, in partes dividendi, pro libera cuiuscunque voluntate immutandi, quae inutilia videbantur resecandi, quae utilia, si Dis placebat, futura addendi idque saepenumero ineptis locis, ut is quem diximus scriptor, quae sua in bibliotheca esset dicturus, in fronte totius operis exposuerit, ne quis, ut ipse addidit (I, 5) non advocatus scioli ingenii homunculus illud aut truncaret aut ineptiis augeret aut in lacinias discerperet. Caeterum, uti nos, sensit iam Vicomercatus, qui tamen ultimum caput superioris libri ad tertium librum trahere maluit. Alia quae veteribus de electricis in atmosphaera nostra phaenomenis innotuere, iam supra monuimus, cum ad interpretationem capitis noni libri superioris nos accingeremus, alia monebimus, ubi ipsa Aristotelis verba occasionem nobis praebebunt. Pauca tamen, quae exponendi in ipsis commentariis nullus erit locus, hic adferemus pro consilio nostro omnia, quaecunque novimus, in hoc opere colligendi, quae ad Meteorologiam veterum spectant. Quae etsi iam in *Meteorol. veter. Graec. et Roman.* VII, 35 — 38 fere omnia a nobis collecta sunt et illustrata, duplex tamen causa est, cur eadem, quamvis alio ordine hic repetamus; altera, quia opusculum illud nimis mature compositum prorsus superfluum reddere optamus, altera idcirco, quod nonnulla eaque non exigui momenti et exempla et argumenta pluresque scriptorum locos additurі sumus. Itaque a gravissima quaestione ordiamur, num veteres fulminum noxas averruncandi methodum quandam norint, quod quamvis alii affirmare sint ausi, prorsus negamus. Atque inter argumenta quidem, quae aut prolata sunt, aut possunt proferri, primum obtinet locum cultus Iovis Elicii, quem spectavit Manilius *Astronom.* I, 104, ubi de humana solertia loquitur:

Eripuit... Iovi fulmen viresque tonandi

et Ovidius *Fast.* III, 327:

Eliciunt caelo te Iuppiter, unde minores
Nunc quoque te celebrant Eliciumque vocant.

Quid tamen de conatibus fulmina et eliciendi et avertendi sit cogitandum, satis elucet ex verbis Plinii *Hist. natur.* II, 54: *Exstat Annalium memoria, sacris quibusdam et precationi-*

Digitized by Google

bus vel cogi fulmina vel impetrari. Vetus fama Etruriae est, impetratum, Volsinios urbem agris depopulatis subeunte monstro, quod vocavere Voltam. Evocatum et a Porsenna suo rege. Et ante eum a Numa saepius id factitatum, in primo Annalium suorum tradit L. Piso, gravis auctor, quod imitatum parum rite Tullum Hostilium ictum fulmine (cfr. Liv. I, 31). Tali arte fulmina avertendi imprimis Etruscos polluisse notum est, quorum in ritualibus libris — de quibus cfr. Ammian. Marcellin. XXIII, 5 ibiq. Lindenbrog. p. 393 (ed. Gronov. Lugd. Batav. 1693, 4.), cuius etiam collige notam ad Censorin. *de die natali* c. 11, p. 60 — expositum fuisse dicitur, quae in talibus rebus fuerint agenda. — Aliud argumentum pro sententia eorum, qui methodi cuiusdam fulmina averruncandi notitiam veteribus tribuunt, repeti potest, quod equidem antea factum esse non scio, ex loco *Geoponic.* ex Zoroastr. VII, 11 p. 482, ubi haec leguntur: *Σίδηρος τοῖς πώμασι τῶν πίθων ἐπιτιθέμενος ἀπερύκει τὴν ἀπὸ τῶν βροντῶν καὶ ἀστραπῶν βλάβην*, cui alius adiungi potest locus *Geoponic.* ex Leontin. XIV, 11, 5, p. 1004: *Ἀλλὰ μὴν καὶ σιδήρου ἔλασμά τι ἐντιθέασιν ἢ κεφαλὰς ἥλων. — δοκεῖ γὰρ ἀλεξιφάρμακον εἶναι πρὸς τὰς Διοσημείας.* Si quis autem his ex verbis colligere velit, veteribus cognitum fuisse modum, fulminum noxas vi conductrice metallorum avertendi, is conferat verba Columellae *de re rust.* VIII, 5, 12 Schn. Plinii *Histor. natur.* XXXIV, 15 et ipsa *Geoponic.* VII, 27. XIV, 7, 11, unde elucet, plerosque veterum censuisse, ferro vim quandam inesse, omnia mala, ut venena, ita fulminum noxas avertendi. At veteribus re vera rationem, qua nunc utimur, fulgura averruncandi, cognitam non fuisse probari potest tum exinde, quod ineptiora remedia quam plurima pro superstitione sua conquisiverunt, velati tutelam arborum quarundam, quas nunquam a fulmine laedi opinabantur, ex. gr. lauros cfr. Plin. *Hist. natur.* XIV, 30: *Manu satarum receptarumque in domos, fulmine sola non icitur* [laurus]. Adde *Geoponic.* VII, 11, p. 482. XI, 2, 7, p. 792. XIV, 11, 51, p. 1005. Plutarch. *Quaest. Symposiac.* IV, 2.

Digitized by Google

p. 664 C. VI, 9, p. 684. Isidor. *Origg.* XVII, 7, p. 1243. Nonn. de *morbor. curat.* c. 259, p. 294, ubi dicit: *τὰ δὲ φυλάσσοντα ἀπὸ κεραυνῶν εἰσὶ ταῦτα· ἐν μὲν τοῖς φυτοῖς δάφνη καὶ συκῆ* et q. s. Quam opinionem minime veram esse, exemplis allatis docuerunt Harduinus ad Plin. l. l. Tom. I. p. 210 et Krafft *Praelect. physic.* Vol. III p. 310, quamvis adeo apud veteres, praesertim Romanos, divulgata fuerit, ut Tiberius coelo nubibus tecto caput laurea corona involverit, timens, ne Tulli Hostilii sorte afficeretur. (Sueton. *Tiber.* c. 69. Plin. *Histor. natur.* II, 55.) *) Potest tamen surgere aliquis, qui hoc argumentum nullius ponderis esse censeat idcirco, quia in ipsa Franklini patria, America septentrionali, fagus ab incolis tamquam certissimum refugium, ubi tonitrua audiunt, petitur (cfr. *Edinburgh new philosophic. Journal* Vol. II, Octobr. 1826 — Apr. 1827, p. 392. Rüder *Allg. landwirthschaftl. Zeit.* 1830, Febr. p. 64). Aliis eius modi superstitiosis remediis usos esse veteres, minoris etiam momenti est, veluti phocarum pellibus (cfr. Sueton. *August.* c. 90: *Tonitrua et fulmina paullo infirmius expavescens, semper et ubique pellem vituli marini circumferebat pro remedio.* Plin. *Histor. nat.* II, 55), suffitu Achatarum (cfr. Plin. *Hist. natur.* XVII, 10. *Persis vero suffitu*

---

*) Orta videtur tota haec de lauro, fulmina, ut ita dicam, respuente fabula, ex detestatione illa, qua manifesto crepitu ignes abdicat. Verbis usus sum Plinii *Histor. natur.* XV, 40. Noti sunt versus Lucretii VI, 153 sq.:

Nec res ulla magis, quam Phoebi Delphica laurus
Terribili sonitu, flamma crepitante, crematur.

Cfr. Theocrit. *Idyll.* II, 23 sqq.:

— — — *ἐγὼ ἐπὶ Δέλφιδι δάφναν*
αἴθω· χ' ὡς αὐτὰ λακεῖ μέγα καππυρίσασα
κἠξαπίνης ἄφθη κοὐδὲ σποδὸν εἴδομες αὐτᾶς.

Theophr. *de igne* 68, p. 729: *καὶ τὰ φύλλα δὲ τὰ τῆς δάφνης καὶ τοῦ κιττοῦ καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα πηδᾷ διὰ πυκνότητα καὶ διὰ τὸ ἔχειν πολὺ τὸ ὑγρόν· οὔτε γὰρ ἐξάγει πολύ, καὶ οὐ δίεισι τῇ πυκνότητι· διὸ καὶ ὁ ψόφος.* Ovid. *Fast.* IV, 742:

Et crepet in mediis laurus adusta focis.

Digitized by Google

Achatarum tempestates avertit et praeterea fulmina. Adde Ctes. apud Phot. *Bibl.* p. 67 ed. Hoeschel), aliisque. cfr. Columell. *de re rust.* X, 346:

Utque Iovis magni prohiberet fulmina Tarchon,
Sepe suas sedes praecinxit, vitibus albis. —

Omissis vero omnibus hisce, non desunt argumenta, ex quibus certissime potest evinci nullam fulgura averruncandi methodum veteribus cognitam fuisse, qualia praebent locus Senecae *Quaest. natur.* VI, 1, 6, ubi remedia malorum ex aëre in nos irruentium recenset: *adversus tonitrua et minas caeli subterraneae domus et defossi in altum specus remedia sunt,* — Lucretii *de rer. natur.* VI, 405 sqq.:

Praeterea si vult cavcamus fulminis ictum,
Cur dubitat facere, ut possimus cernere missum?
Si nec opinantes autem vult opprimere igni,
Cur tonat ex illa parte, ut vitare queamus?
Cur tenebras ante, et fremitus et murmura concit?

Plinii *Histor. nat.* II, 54: *Imperari naturae audacis est credere* — proverbium denique illud notissimum, quod inter alios reperitur apud Macrobium *Saturnal.* V, 3, p. 315: *Impossibile vel Iovi fulmen, vel Herculi clavam, vel Homero versum subtrahere* *). —

Hac igitur disquisitione absoluta transeamus ad phaenomena quaedam atmosphaerica electricae originis, quorum apud Aristotelem quidem nulla fit mentio, quae tamen apud alios scriptores saepenumero commemorantur. Quorum primum

*) Huc etiam pertinet quaestio, utrum acumina quae in tectis templi a Salomone Hierosolymis constructi erecta erant, fulminibus averruncandis inservierint, ut complures docti viri voluerunt (vide Michaëlis in *Götting. Magazin Jahrg.* III *St.* 5 et Bendavid in *Berlinisches Archiv der Zeit und ihres Geschmackes* 1797. Vol. II p. 328 — 342, 525 — 529, qui paulo etiam ultra progressus est), an avibus detinendis ac propellendis, uti alii maluerunt cum Iosepho. Quodsi enim Hebraei noverunt modum fulmina ad terram absque damno deducendi, vix dubitare licet, quin et Graecis et Romanis aeque notus fuerit.

Digitized by Google

est, quod si aëre satis humido lucidae reddantur pluviae omnes, quae destillant, guttae, quocum cohaeret alterum illud, quod nos ignem St. Elmi appellamus, veteres Διὸς κούρους vocare solebant, quando singulae res, praesertim acumine quodam praeditae, in quas materies electrica subducitur, claro lumine splendent *). Cuius phaenomeni exempla plura apud veteres commemorantur, veluti apud Plinium *Histor. natur.* II, 37: *Vidi nocturnis militum vigiliis inhaerere pilis pro vallo fulgorem effigie ea: et antennis navigantium, aliisque navium partibus, ceu vocali quodam sono insistunt, ut volucres sedem ex sede mutantes: graves, quum solitariae venere, mergentesque navigia: et, si in carinae ima deciderint, exurentes: geminae autem salutares et prosperi cursus praenuntiae: quarum adventu fugari diram illam ac minacem adpellatamque Helenam ferunt. Et ob id Polluci et Castori**) id numen adsignant: eosque in mari deos invocant. Hominum quoque capita vespertinis horis magno praesagio circumfulgent. Omnia incerta ratione et in naturae maiestate abdita.* Audiatur etiam Seneca *Quaest. nat.* I, 1: *In magna tempestate apparent lumina, quasi stellae velo insidentes. Adiuvari se tunc periclitantes existimant Pollucis et Castoris numine. Causa autem melioris spei est, quod iam apparet frangi tempestatem et desinere ventos. Aliquando feruntur ignes, non sedent. Cylippo Syracusas petenti visa sunt*

---

*) Exemplorum copiae, quam attuli in *Meteorol. veter. Graec. et Roman.* VII, 35. not. 12. p. 164 adde *Revue encyclopédique* Tom. XIII p. 484 sqq.

**) — *Quorum simul alba nautis*
Stella refulsit,
Defluit saxis agitatus humor
Concidunt venti, fugiuntque nubes,
Et minax (quod sic voluere) ponti
Unda recumbit.

Horat. Carm. I, 12, 27 sqq. Adde Mitscherlich ad Horat. Carm. I, 3, 2. Hemsterhus. ad Lucian. II p. 331 ed. Bipont.

Digitized by Google

ardere pila, ignibus scilicet in illa delapsis *), *qui saepe, fulminum more, animalia ferire solent et arbusta. Sed si minore vi mittuntur, defluunt tantum et insident, non feriunt nec vulnerant.* — Qua in re errasse arbitror Senecam. Quantum equidem novi, nunquam phaenomeno tali suborto, neque arbusta neque animalia interiere. Confudit procul dubio Seneca plura phaenomena more eorum, quibus explicandi deest ratio. Certum est fulmina interdum prodire ex humo, et loco insidentia animalia eorum vi interfici ac nonnunquam statim post mortem electrica luce suffusa lucere, quod nescio an huc spectet. cfr. Plin. *Histor. natur.* II, 53 **). Quod factum est interdum, ut hominum viventium capita electrica luce suffusa splenderent, non tam ad electricitatem atmosphaericam, quam ad electricitatem animalem spontaneam pertinet. Ita Ascanii capillos innoxiam flammam fudisse refert Virgil. *Aen.* II, 682 sqq.:

Ecce levis summo de vertice visus Iuli
Fundere lumen apex, tactuque innoxia molli
Lambere flamma comas, et circum tempora pasci.
Nos pavidi trepidare metu, crinemque flagrantem
Excutere et sanctos restinguere fontibus ignes.

Quod non narravisset Virgilius, nisi phaenomeni aut ipse exemplum vidisset, aut a fide dignis viris narratum audivisset. Repetit etiam similem narrationem de Lavinia *Aen.* VII, 73 sqq., ubi addit flammam

— — *totis Vulcanum spargere tectis.*

Quod an unquam factum sit, nescio; an fieri possit, dubito. Ita notum est, a comis Servii Tullii, Romanorum regis, ignem emicuisse, cum puer dormiret (Liv. I, 39). Exemplorum tam veterum quam recentiorum copiam attulit Hemmer in *Act. Academ. Theodoro-Palatin.* Tom. VI. *Part. phys.* p. 120 sqq. ***)

*) Cfr. Dionys. Halicarnass. *Antiq. Rom.* V, 46.

**) Exempla reperies in *Annales générales des sciences naturelles* Vol. VII p. 398. Gilb. *Annal.* LXIX p. 109.

***) Adde Damasc. *vit. Isidori* apud Phot. *Bibl.* cod. 242 p. 1039:

Digitized by Google

Vicomercatus Comment. ad Meteorolog. p. 294 sit: „*Fama stabilisque apud vulgares opinio recepta est, aliquorumque etiam eapientum sententia comprobata, fulmen lapidem esse, quo turres interdum ictae disiiciuntur, arboresque finduntur: quam opinionem acceperunt, cum lapides quosdam veluti adustos iis in locis, ubi fulmine aliquid ictum est, inveniissent, ab aliis lapidibus prorsus dissimiles, et, quemadmodum testatur Avicenna, ferro et igni similes* (cfr. Fromondi *Meteorol.* II, 7 p. 83). Huiusce opinionis satis tritae nostra etiam aetate inter rusticos agrestesque homines, certa vestigia apud veteres scriptores nulla reperiuntur non magis, quam alterius illius, fulmina nihil esse aliud, nisi sulphur in nubibus colliquatum, quamvis odorem et lucem cum sulphureo comparare non dubitaverit Plinius *Hist. nat.* XXXV, 15. Ad priorem tamen sententiam possit aliquis trahere Caecinae *abterranea fulmina*, quorum mentio fit apud Senecam *Quaest. natur.* II, 49, verba Scholiastae ad Persii *Satir.* II, 27: *Haruspices fulmina transfigurata in lapides infra terram abscondunt*, praeunte Salmasio *Exercitat. Plinian.* p. 803 F, et versus Lucani *Pharsal.* I, 606:

— — *Arruns dispersos fulminis ictus*
Colligit et terrae moesto cum murmure condit.

At, ut Ruhkopfii (*Seneca's physikalische Untersuchungen*, Lips. 1794, p. 88; ad Senec. Tom. V p. 134) interpretatio-

---

ὁ Σεβήρου ἵππος ψηχόμενος σπινθῆρας ἀπὸ τοῦ σώματος πολλούς τε καὶ μεγάλους ἠφίει, ἕως αὐτῷ τὸ τέρας εἰς τὴν ὑπατικὴν ἀρχὴν ἐν Ῥώμῃ κατηνύσθη. Ἀλλὰ καὶ Τιβερίῳ ὄνος, ὡς Πλούταρχος ὁ Χαιρωνεύς φησιν, ἔτι μειρακίῳ ὄντι καὶ ἐν Ῥόδῳ ἐπὶ λόγοις ῥητορικοῖς διατρίβοντι τὴν βασιλείαν διὰ τοῦ αὐτοῦ παθήματος προεμήνυσεν. Ἀλλὰ καὶ τῶν περὶ Ἀτήλλαν εἷς ὢν ὁ Βαλέμερις ἀπὸ τοῦ οἰκείου σώματος ἀπέπαλλε σπινθῆρας. λέγει δὲ καὶ περὶ ἑαυτοῦ ὁ συγγραφεύς, ὡς καὶ ἐμοὶ ἐνδυομένῳ τε καὶ ἐκδυομένῳ, εἰ καὶ σπάνιον τοῦτο, συμβαίνει δ' οὖν, σπινθῆρας ἀποκηδᾶν ἐξαίσιους, ἐφ' ὅτε καὶ πτύσον παρέχοντας, ἐνίοτε δὲ καὶ φλόγας ὅλας καταλάμπειν τὸ ἱμάτιον μὴ μέντοι καίουσας· καὶ τὸ τέρας ἀγνοεῖν, εἰς ὃ τελευτήσει. ἰδεῖν δὲ λέγει καὶ ἄνθρωπόν τινα ἀπὸ τῆς ἀφαλῆς ἀφιέντα σπινθῆρας, ἀλλὰ καὶ φλόγα ἀνάπτοντα, ὅτε βούλοιτο ἱματίῳ τινὶ τραχεῖ παρατριβομένης.

Digitized by Google

nem taceamus, qui de fulminibus cogitavit, quae ex terrae sinu prodierint (exemplis paulo ante laudatis adde, quae Maffei disseruit in *Journal des savans d'Italie* Tom. I p. 188 cfr. Ideler *Ueber den Hagel.* Lips. 1833. 8. p. 23), facere malumus cum Böttigero (Gilb. *Annal.* LXXII p. 317 sq. cfr. quem laudat Micali *l'Italia avanti il dominio dei Romani* sec. ed. Tom. II p. 73), qui locos laudatos et verba Lucretii *de rer. nat.* VI, 384:

— — — *ignis, qui per loca septa*
Insinuavit — —

de canalibus, vi fulminum sub terra effossis, explicuit. Vis enim fulminum corpora, in quae delabuntur ac penetrant, calefaciendi, bene iam nota Manilio dicenti (*Astronom.* I, 853):

Et calidas reddunt ipsis in fontibus undas

saepenumero tanta est, ut materiae, quae alioquin difficillime liquefiunt, fundantur (cfr. Gilb. *Annal.* I p. 87. *Annales de Chim. et de Physiq.* Vol. XXXVII p. 319. Poggend. *Annal.* XIII p. 117). Unde fit, ut non solum in rupibus altorum montium vestigia deprehendantur fusionis vi fulminum patratae, qualia observaverunt Saussure (*Voyages dans les Alpes* § 1153. 1994), Ramond, Alex. ab Humboldt (Gilb. *Annal.* LXXI p. 340 sqq.) aliique, sed canales effodiantur a fulminibus in ipsis illis locis, in quae decidere (cfr. *Transactions of the geological society* Vol. II p. 328. Gilb. *Annal.* LXXII p. 111. LXXIV p. 325. *Philos. Transact.* LXXX p. 294. Schweigg. *Journ.* LVI p 481). — Sed haec hactenus.

1. τὸν ὑφηγημένον ἤδη τρόπον illustravimus ad I, 1, 3. Vol. I p. 324. — Pro διαχεόμενον E. praebet μαχόμενον, Ol. fol. 45, b διερχόμενον, omissis deinde verbis καὶ πολλάκις γινόμενον et ὄν post λεπτομερέστερον, cuius in locum λεπτότερον exhibent A. Vic. B. Verba κατὰ μικρὰ μὲν καὶ σποράδην διαχεόμενον dicta sunt, ut supra I, 4, 6: κατὰ μικρά τε καὶ πολλαχῇ διεσπαρμένα *). — Ad verba βροντὰς ποιεῖ καὶ ἀστρα-

*) Quo loco διεσπασμένα poterat defendi verbis fragmenti περὶ

Digitized by Google

πάς, de quibus conferatur Commentar. ad II, 9. Vol. I p. 613 sq., adeas etiam Laurent. Lyd. *de mens.* III p. 54: *βροντὴ γίνεται εἰληθέντος πνεύματος ἐν νέφει παχεῖ τε καὶ νοτιωτέρῳ καὶ ἐξωσθέντος βιαίως δι' αὐτοῦ, ὅθεν ῥήγνυται τὰ συνεχῆ πιλήματα τοῦ νέφους, καὶ βρόμον (ἦγουν ἦχον) καὶ πάταγον μέγαν ἀπεργάζονται, ὅπερ βροντὴ λέγεται, ὥσπερ ἐν ὕδατι πνεῦμα σφοδρῶς ἐλαυνόμενον· κατὰ δὲ τὴν τοῦ νέφους ἔκρηξιν πυρωθὲν τὸ πνεῦμα λάμψιν ἀστραπὴ λέγεται.* — *γίνεται ἄνεμος* inverso ordine F. — *βιαίως* pro *βίαιος* Alex. fol. 113, a. A. *διὸ καὶ βίαιος.* Cfr. Theophrast. *de igne* §. 1, p. 705: *ἔτι δὲ αἱ γενέσεις τοῦ πυρὸς αἱ πλεῖσται οἷον μετὰ βίας· καὶ γὰρ ἡ πληγῇ τῶν στερεῶν, ὥσπερ λίθων· ἢ θλίψει καὶ πιέσει, καθάπερ τῶν πυρείων, καὶ ὅσα ἔχει φορᾶς, ὥσπερ τῶν πυρουμένων καὶ τηκομένων· ἐκ δ' αὖ τοῦ ἀέρος καὶ τοῖς νέφεσι συστροφαὶ καὶ θλίψεις· βίαιοι γὰρ δὴ αἱ φοραί, δι' ὧν δὴ οἱ πρηστῆρες καὶ κεραυνοὶ γίνονται.*

2. Paulo difficilior est intellectu haec paragraphus, in qua iterum, ut saepenumero antea factum est, provocat ad theoriam, quam supra exposuimus (cfr. ad I, 12. Vol. I, p. 435. 440 sq.), *ἀντιπεριστάσεως* oppositorum. Vult enim demonstratum ire eadem ratione fieri ventorum turbines, qua pluvias copiosiores. Quando enim vi (*ἰσχύι*), quae ex celeritate (*τάχει*) nascitur, accedunt copia secretionis et continuitas, id quod ex siccis vaporibus secernitur *ἐκνεφίας* vocatur, quod ex humidis *ὄμβρος*. Vides iam ad *ὁρμήσῃ* supplendum esse *ἡ ἔκκρισις* ac deinde, uti fecimus, pro vulgato *ταῦτα* esse scribendum *ταὐτά*. Utraque enim secretio ait, pro facultate eadem est, secundum materiem i. e. prout alterutra materies (*ἀναθυμίασις* aut *ἀτμίς*) sit substrata. Quodsi igitur vis illius, quae secretionem provocat, qualecunque principium reperitur (sive solis motus, sive aliud quidpiam eius modi), aut pluvia progenitur, aut turbo pro vaporis alteriusutrius, quae nubibus inest, quantitate. Hinc satis perspicitur male a me explicata esse haec verba in

---

ἀκουστῶν p. 803, b: *τραχύνεσθαι δὲ συμβαίνει τὰς φωνάς, ὅταν ἡ πληγὴ μὴ μία γίνηται, ἀλλὰ πολλαχῇ κατὰ μικρὰ διεσπασμένη.*

Digitized by Google

Meteorol. vet. Graec. et Roman. VI, 31 p. 153 sq. Nobiscum facit Alexander fol. 113, a: at perquam inepte Olympiodorus fol. 45, b: *ὅταν μὲν οὖν ἐκκριθῇ ἡ καινώδης ἀναθυμίασις ἀμετάβλητος, ἀθρόος γίνεται ὁ ἐκνεφίας· διὰ γὰρ τοῦ ἀκολουθῆσαι τὴν συνέχειαν ἐσήμανε τοῦ πνεύματος. ὅταν δ' ἐκκριθῇ ἐκ τοῦ νέφους ἀμετάβλητος, ἀλλὰ φθάσῃ κατενεχθῆναι ἔτι οὖσα ἐν τῷ νέφει (τοῦτο γὰρ λέγει τὸ ἐκ τοῦ ἐναντίου ὁρμῆσαι), τότε γίνεται ὁ ὑετὸς καὶ ὕδατος τὸ πλῆθος.* Probat tamen hanc explicationem Vicomercatus, cuius haec verba adscribo: His verbis, quae obscure prolata sunt, Olympiodorus hoc tradi putat. Cum nubes vi et potestate et ventum et pluviam in se continent, utrius illorum principium fiat, quia plus humidae exhalationis contineatur, siccam quoque mutari, et una cum imbre excerni: itaque totam nubem in pluviam converti: contrarioque modo, si ventus coeperit excerni. Quae expositio probabilis quidem est: et ortui cenephiae et imbris consentanea, sed non facile verbis accommodatur, quoniam id aiunt excretum consequi, cuius maior exhalationis copia fuerit. Nec miretur aliquis, maiorem siccae exhalationis copiam in nube esse, quae ex vapore humido constat. Aut enim eum humida illa, quae nondum in nubem concrevit, sicca exhalatio confertur, aut cum ea quae in aquam verti parata est. — *μέν* ab initio prim. man. omitt. E. Alexander fol. 113, a. A. Vic. B. — *τὸν αὐτόν* om. pr. E. ante *τρόπον* ponit N. *τρόπον γίνεται* inverso ordine F. — Verba *καὶ ὕδατος* omittit Olympiodor. fol. 45, b. — *ταῦτα ἄμφω δυνάμει* mutato verborum ordine F. H. N. Mox post *κατὰ τὴν ὕλην* Ol. addit *ἐκνεφίας καὶ ὑετός*, ac deinde *γένηται* collocat post *ὁποτεροσοῦν*. — *συγκρινόμενον* pro *συνεκκρινόμενον* E. F. — *ὁποτέρου δ' ἂν* H. E. *ἂν ᾖ πλῆθος ἐνυπάρχον* F. P. *ἐνυπάρχει* E. *ὑπάρχῃ* A. Vic. Alex. fol. 113, a. B. — *πλέον* pro *πλεῖον* E. cfr. ad I, 4. 6. Vol. I, p. 368. — *καί* ante *γίνεται* omittit F. — *τῆς ἑτέρας ἀναθυμιάσεως* dixit, cum *ἀναθυμίασις* vocabulum sit generale (cfr. I, 4, 2: *ἀναθυμίασιν ἀναγκαῖον γενέσθαι μὴ ἁπλῆν, ἀλλὰ διπλῆν*), quamvis deinde ab Aristotele arctiore significatione fere

Digitized by Google

ubivis sit positum, ut siccum vaporem significet. — Seneca *Quaest. nat.* V, 12 disputat de ecnephia, in quo explicando non consentit cum Aristotele. Ait enim, ut potissima adscribam: *Quum magna inaequalitas ac dissimilitudo corporum, quae vapor terrenus emittit, in sublime eat, ut alia ex his corporibus sicca sint, alia humida: ex tanta discordia corporum inter se pugnantium, quum in unum conglobata sunt, verisimile est, quasdam cavas effici nubes, et intervalla inter illas relinqui fistulosa, et in modum tibiae angusta. His intervallis tenuis includitur spiritus, qui maius desiderat spatium, quum everberatus cursu parum libero incaluit: et ob hoc amplior fit, scinditque cingentia, et erumpit in ventum, qui fere procellosus est, quia superne demittitur, et in nos cadit vehemens et acer: quod non fusus, nec per apertum venit, sed laborat, et iter sibi vi ac pugna parat. Hic fere brevis flatus est. Quia receptacula nubium, per quae ferebatur, ac munimenta perrumpit; ideo tumultuosus venit aliquando non sine igne ac sono caeli.* Quibuscum consentit stoicus libri *de mundo* auctor c. 4. p. 394, b: οἱ δὲ κατὰ ῥῆξιν νέφους γινόμενοι καὶ ἀνάλυσιν τοῦ πάχους πρὸς ἑαυτοὺς ποιούμενοι ἐκπνοίαι καλοῦνται. Plin. *Hist. nat.* II, 48: *Repentini flatus — exhalante terra (ut dictum est) coorti rursusque deiecti, interim obducta nubium cute multiformes existunt. Vagi quippe et ruentes torrentium modo (ut aliquibus placere ostendimus) tonitrua et fulgura edunt. Maiore vero illati pondere incursuque, si late siccam ruperint nubem, procellam gignunt, quae a Graecis vocatur Ecnephias. Sin vero depresso sinu arctius rotati effregerint, sine igne, hoc est sine fulmine, vorticem faciunt, qui Typhon vocatur, id est vibratus Ecnephias.* — Praeterea cfr. quae de ecnephiis ipse dixerat Aristoteles supra II, 6, 22.

3. Inde a § 3 ad § 8 de typhone agit, de quo multus est Seneca *Quaest. nat.* V, 13. Aristotelem, uti in omnibus fere, quae de meteoricis phaenomenis proposuit (cf. Comment. ad I, 6, p. 381), ante oculos habuit Arrianus Stoicus, cuius apud Stobaeum *Eclog.* I, 30 p. 604 sqq. haec sunt

Digitized by Google

verba: Ἐκνεφίας δὲ ἄνεμος, ἐπὰν δινούμενος ἐκπέσῃ, νέφους ῥαγέντος, τυφὼν κληΐζεται. Γίνεται δ' ἡ δίνη ὧδε. ἐπειδὰν κοίλωμα ἐν τῷ νέφει ἐκτριφθῇ, τῷ μὴ οὐκ ἐπ' εὐθὺ ἐκπεσεῖν τὴν πνοήν, ἀναστρέφεταί τε καὶ ἀνειλεῖται εἰς αὐτήν. Εἴργεται δὲ ὑπὸ πάχους νεφέλης ἐπ' εὐθὺ ἐκπεσεῖν, ἢ κρύους ἀποστρέψαντος, ἢ ἀντιπεσούσης ἄλλης πνοῆς. Οὕτω τοι καὶ πρὸς ἄλλοτε ἄλλῃ αἱ θύελλαι ἀναστρέφονταί τε καὶ ἀνειλούμεναι αὖθις ἄνω ἀναφέρονται, ἐπειδάν γε ἐκρίψας τόπος τις γῆς ἀνακύψῃ τῆς πνοῆς τὴν ἐπ' εὐθὺ ὁρμήν. Καὶ αἱ δῖναι ἐν τοῖς ποταμοῖς ταὐτὸ τοῦτό εἰσι. φερόμενον γὰρ εὐθείᾳ τὸ ὕδωρ, οὔποτ' ἂν δινηθείη· ἀντιπεσόντος δὲ ἄλλοτε ἄλλου πρὸς τὴν φοράν, ἀναστρέφει ἡ ῥοή, ἀναστραφεῖσα δὲ ἐς κύκλον ἐπικάμπτει ἐπὶ τῇ ῥύμῃ, ὅτι μὴ οἷά τε ἐπὶ τὸ εὐθὺ ἐς τὸ ἔμπαλιν ἐκφέρεσθαι. Οἱ δὲ τυφῶνες καὶ τῆς νεφέλης τὸ πολὺ ἐς τὸ κάτω σὺν ἕλικι ἐπάγουσιν ἅμα σφισί. καὶ προσπεσόντες τῇ γῇ ἀναρπάζουσιν ὅτῳ ἂν ἐντύχωσιν, ἀντικοπτομένης τῆς ῥύμης, ὡς ξὺν τῇ αὐτῇ ἕλικι ἀναστρέφεσθαι. ὥστε καὶ ναῦς ἤδη ἅμα τῷ φόρτῳ ἐκπεσόντες ἐξῆραν ἐπὶ μέγα ἔξω τῆς θαλάσσης. — Quae Aristoteles hac paragrapho ac sequentibus disseruit, succincte exposita reperiuntur apud eos, qui philosophorum placita composuerunt, veluti apud Stobaeum *Eclog.* I, 30 p. 596 sqq., cuius haec adscribimus verba: Ἀριστοτέλης ἐξ ἀναθυμιάσεως καὶ τὰ τοιαῦτα γίγνεσθαι τῆς ξηρᾶς. Ὅταν οὖν ἐντύχῃ μὲν τῇ ὑγρᾷ, παραβιάζηται δὲ τὴν ἔξοδον, τῇ μὲν παρατρίψει καὶ τῇ ῥήξει τὸν ψόφον, τῇ δ' ἐξάψει τῆς ξηρότητος τὴν ἀστραπὴν παρίστησι. —— Ἀριστοτέλης τυφῶνα μέν, ὅταν ἐκνεφίας δινούμενος καταφέρηται. Τὸ γὰρ πνεῦμα κωλυόμενον μὲν εἰς ὀρθὸν ἰέναι παρ' ἀντίπνοιαν, ἢ ψῦχος, ἢ πάχος, ἤ τινα ἄλλην αἰτίαν, ἑλαυνόμενον δὲ ὑπὸ τοῦ κατόπιν ἐπεισιόντος, ἀναστρέφει εἰλούμενον ἐν τῷ νέφει κύκλῳ καὶ συγκατάγει ἐπὶ γῆν ἑαυτῷ τὸ νέφος· εἶθ' ὅτῳ ἂν ἐντύχῃ, φερόμενον σφοδρῶς ἀναρπάζειν, καὶ πάλιν ἀπορρίπτειν· τοῦτο γὰρ εἶναι τὸ πάθος, οἷον ἐκνεφίας, ἄπεπτον. Πρηστῆρας δέ, ὅταν βιαίως κατιὸν ἐκπυρωθῇ τὸ πνεῦμα κατὰ τὴν φοράν, συνεμπίπρασθαι γὰρ τὸν ἀέρα πυρώσει χρωματιζόμενον, διὸ καὶ νυκτὸς ἐκλάμπειν. Ἀναρπάζειν τε καὶ περιτρέπειν ὁμοίως καὶ τούτους,

Digitized by Google

ὥσπερ πυρώδεις ὄντας τυφῶνας. Κερανὸν δέ, ὅταν πολὺ καὶ λεπτὸν περιληφθὲν ἐν τοῖς νέφεσι πνεῦμα πυρωθὲν ἐκθλιφθῇ, καὶ μετ' ἰσχυρᾶς ἐπὶ γῆν κατασκήψῃ φορᾶς, ἐὰν μὲν ᾖ πάνυ λεπτόν, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐπικαῖον, ἀργῆτα λέγεσθαι κατὰ τοὺς ποιητάς, ἐὰν δ' ἧττον ἐπικαῖον ψολοέντα. Τὸ μὲν γὰρ διὰ τὴν λεπτότητα', καὶ πρὶν ἐκπυρῶσαι φερόμενον οἴχεσθαι διὰ τάχους· ὡς μηδ' ἐπιμελᾶναί τι τῶν ὑποκειμένων· τὸν δέ, οἷον καὶ βραδύτερον ἐπιχρῶσαι μὲν ὥστ' ἐπ' αἰθάλου παρενεχθῆναι δὲ μηδὲν ἀφανίσαντα. Διὸ καὶτὰ μὲν ἀντιτυπήσαντα φλέγεσθαι, τὰ δ' εἰς τὰς ἑαυτῶν ἀραιότητας ὑποδεξάμενα μηδὲν πάσχειν. Ἤδη γοῦν ἀσπίδος πληγείσης τακῆναι μὲν τὸ χάλκωμα, τὸ δὲ ξύλον μηδὲν παθεῖν, φθάσαντος διὰ τὴν τῆς ὕλης μανότητα πρὸ τῆς καύσεως, ἀλλ' οἷον τρῦχος ἐποίησε. — στενήν pro στενόν Olymp. Aldi fol. 45, b. — ἦν ἐν πύλαις ἢ ὁδοῖς F. P. — Apodosis periodi inchoatae verbis ὅταν δὲ..... ἀντιτυπήσῃ non incipit a verbis ἐπί τε τῆς γῆς...., sed desideratur, uti monuit etiam Vicomercatus, et post ἐν πύλαις ἢ ὁδοῖς supplendum πνεύματος δίνη γίνεται. At ipse procul dubio Aristoteles, uti saepenumero fecit, periodum inceptam non absolvit. De usu particulae οὖν post parenthesin adi Matth. *Gr. gr.* p. 1274. 1298. Omittunt autem, quod F. H. N. Bekk. praebent, τε post ἐπί, E. A. Vic. Alex. fol. 113, a. P. B. — Post ῥέοντος A. Vic. B. addunt οὕτω. — δι' ἃ ὑπείκει pro διὰ τὸ μὴ ὑπείκειν Olymp. fol. 46, a. — Pro ἀντιπνεῖν exhibent ἀντιτυπεῖν E. F. posterior supra posito πνεῖν. — Articulum ante πλάγιον omittit F. — ἢ οὐ pro ἧ οὐ N. — Pro ἕως ἂν ἓν γένηται E. exhibet ἐὰν γένηται, Ol. fol. 46, a: ἕως ἓν γένηται omisso ἄν. — τοῦτο ἐστὶ κ. omisso δέ A. Vic. P. τοῦτ' ἐστὶ κύκλος B. — Quod ait οὗ γὰρ μία φορὰ σχήματος ..... κύκλον εἶναι elucet ex iis, quae disserit *de caelo* I, 2. *Mechanic. Probl.* c. 1: ὁ δὲ κύκλος συνέστηκεν ἐκ τοιούτων· εὐθὺς γὰρ ἐκ κινουμένου τε γεγένηται καὶ μένοντος ὧν ἡ φύσις ἐστὶν ὑπεναντία ἀλλήλοις. *de anim.* III, 10, 8. — Caeterum de totius loci nexu et explicatione optime disseruit Vicomercatus, cuius verba huc pertinentia adscribenda censemus: Eadem ob causas fieri ait

Digitized by Google

vortices in nubibus, quibus in terra fieri dictum est, nempe ob spiritum prima sui parte repercussum, aliarumque sequentium illius partium cum ea collationem, et in latus delationem, donec pars illa prima, principio, unde excerni incepit, incurrens, unum cum ea fiat, orbisque unus efficiatur. Atque hoc videtur esse, quod ait κατὰ τὴν ἀρχήν quod nos vertimus principii ratione. Quasi diceret: vortices hi qui in terra fiunt, similes sunt inter se, quia cum principio coniunguntur, quemadmodum in circulo principio finis coniungitur, vel κατὰ τὴν ἀρχήν, quoniam vortices eius modi similiter in principio, ob eam, quae dicta est, causam efficiuntur. Differunt tamen in fine, quoniam qui in nubibus fit, tandem in gyrum ad terram defertur, quia calore deficiente nubes densetur, unde vorticis in terram delatio consequitur: quod quidem in vortice, qui in terra in portis aut viis fiat, minime evenit. Atque hanc vorticum horum differentiam tradere videtur, cum ait πλὴν ὅτι ὥσπερ. Quamquam Olympiodorus et alii permulti censent, eo in loco inter ecnephiam et typhonem discrimen tradi, quia videlicet ecnephias nubem, ex qua excernitur, secum non trahat, typho trahat et in se absumat. Quae expositio ab Aristotelis et verborum eius sensu palam aberrare perspicitur: siquidem discrimen, quod ponit, ad ea pertinere luce clarius est, quae κατὰ τὴν ἀρχήν similiter se habere tradidit. Inquit enim eodem modo et in nubibus principii ratione habita, sed differunt quae etc. Tantum vero abest, ut inter ecnephiam et typhonem in hisce verbis discrimen ponatur, ut etiam similitudinem, quae inter ea est, attingat, et ex eius modi similitudine et convenientia inter vorticem, qui in nubibus fit, et eum, qui in terra, discrimen ponat. Similitudo autem ecnephiae et vorticis est, quod, quemadmodum cum ecnephias oritur, spiritus est, nube secretio continuata continuatum illum facit, ita in orta typhonis, primae spiritus secretioni nubes, ex qua excernitur, continenter consequitur, cum ob nubis densitatem non queat spiritus ipse per se ab ea liberatus excerni. Hanc igitur inter ecnephiam et typhonem similitudinem Aristoteles tradit, seu discriminis

Digitized by Google

inter vortices illos, qui dicti sunt, ponendi gratia, quemadmodum hactenus exposuimus, seu (*si* fortasse expositio haec, quia de vortice, qui in terra fit, nihil ultra subiiciatur, minus placeat) propter se: ut, cum discrimen inter ecnephiam et typhonem tradiderit, differreque ea docuerit, quia ecnephias recte excernatur, nullo spiritus facto repercussu, vortex autem in gyrum, ob spiritus a nube repercussum, subiicere deinde voluerit, quamquam inter se eo modo differant, convenire tamen, quia in utroque continuata sit secretio, uterque enim tandem ad terram e nube mittatur, quamvis vortex, quia ob nubis densitatem excerni spiritus ab ea non potest, in orbem primum contorqueatur. Aut hoc igitur, aut eo, qui dictus est, modo locus hic exponendus: minime autem, ut Olymp. et alii exposuerunt. Haec Vicomercatus. — *τοῦτο ἀνάγκη* omissis *καὶ τὸτό* F. — *ἀνάγκη ἓν εἶναι.* E. N. — *αἱ δῖναι* H. N. ut in Arriani l. l. *δίνοι* B. — Verba *ὅτι ὥσπερ* om F. *ὅταν ὥσπερ* inverso ordine N. *γίγνεται* P. — *τοῦ νέφους* pro *τὸ νέφος* H. — *συνεχὴς ὁ ἄνεμος* addito articulo H. N. — *ἀεὶ ἐνταῦθα* mutato verborum ordine F. *καὶ ἐνταῦθα ἀεί* H. N. —

4. Verba *διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν* apte explicat Olymp. fol. 46, b: *τοῦ προσπταλεῖν μορίοις πλείοσι τοῦ νέφους ἀντιτύποις, ἔτι ἐντὸς αὐτοῦ οὖσα. — κάτω δὲ φέρεται* inverso ordine F. H. N. Alex. fol. 113, b, Ol. fol. 46, a. A. Vic. B. P.

5. Typhonis prima mentio apud Hesiodum *Theogon.* 869—882:

Ἐκ δὲ Τυφωέος ἔστ' Ἀνέμων μένος ὑγρὸν ἀέντων
νόσφι Νότου, Βορέω τε καὶ ἀργέστεω Ζεφύροιο·
αἳ γε μὲν ἐκ θεόφιν γενεῇ, θνητοῖς μέγ' ὄνειαρ·
αἱ δ' ἄλλαι μαψαῦραι ἐπιπνέουσι θάλασσαν,
αἳ δή τοι πίπτουσαι ἐς ἠεροειδέα πόντον,
πῆμα μέγα θνητοῖσι, κακῇ θύουσιν ἀέλλῃ·
ἄλλοτε δ' ἄλλαι ἄεισι διασκιδᾶσί τε νῆας,
ναύτας τε φθείρουσι, κακοῦ δ' οὐ γίγνεται ἀλκὴ
ἀνδράσιν, οἳ κείνῃσι συναντῶσιν κατὰ πόντον·
αἱ δ' αὖ καὶ κατὰ γαῖαν ἀπείριτον ἀνθεμόεσσαν

Digitized by Google

ἔργ' ἐρατὰ φθείρουσι χαμαιγενέων ἀνθρώπων,
πιμπλεῦσαι κόνιός τε καὶ ἀργαλέου πολεμοιο.

Apud Sophoclem *Antigon.* 418 legitur *τυφώς* et additur *οὐράνιον ἄχος*. Cfr. *de mundo* c. 4 p. 395, a: *τὸ δὲ ἀστράψαν ἀναπυρωθέν, βιαίως ἄχρι τῆς γῆς διεκθέον, κεραυνὸς καλεῖται· ἐὰν δὲ ἡμίπυρον ᾖ, σφοδρὸν δὲ ἄλλως καὶ ἀθρόον, πρηστήρ· ἐὰν δὲ ἄπυρον ᾖ παντελῶς, τυφών.* Lucian. Tom. IV p. 227: *ὁ λεγόμενος τυφὼν ἀνεμώδης, ὃν τινες στρόβιλον ὀνομάζουσιν.* Gellius *Noct. Attic.* XIX, 1 parum accurate *τυφῶνας* vocat *figuras quasdam nubium metuendas.* Apud sequioris aevi scriptores *τυφὼν fulmen* significat. cfr. Heliodor. *Aethiop.* p. 22. Achill. Tat. I, 12. — Quid sit *πέψις* et *ἀπεψία* explicatur IV, 2, 3. 8. *ἀπεψία δ' ἐστὶν ἀτέλεια δι' ἔνδειαν τῆς οἰκείας ὑγρότητος.* Quomodo autem *τυφῶν* vocari possit *ἐκνεφίας ἄπεπτος* explicat deinde § 7 verbis: *γίνεται μὲν οὖν τυφών, ὅταν ἐκνεφίας γινόμενος μὴ δύνηται ἐκκριθῆναι τοῦ νέφους* et iis, quae deinceps sequuntur. — *ἂν ᾖ ἀχρωμάτιστον* inverso ordine Olymp. fol. 46, a. — *βορίοις* E. *ωριοις* N. *βόρειος* Olymp. — Verba *βορείοις* (verte *aquilonia tempora*) *.....ἐκνεφίας* bene interpretatur Alexander fol. 113, b: *τουτέστιν, ὅταν ψύχος ᾖ καὶ χιόνες, οὐ γίνεται τυφών, οὔτε ἐκνεφίας.* Fortasse apud Aristotelem ante verbum *ἐκνεφίας* excidit *οὔτε*, suspicante iam Vicomercato p. 288. — Aëris tempestates ipsosque maris aestus superveniente nivis atque grandinis lapsu cessare docuit Leopoldus a Buch *Reise durch Norwegen und Lappland* Vol. I p. 268. cfr. *Meteorol. veter. Graecor. et Roman.* III, 13. p. 86. not. 56. Ceterum vertit haec verba Plinius *Hist. nat.* II, 49: *Non fit autem aquilonius* (legit *βόρειος*, ut Olympiodorus) *typhon nec nivalis, aut nive iacente Ecnephias.* — *εἶναι ταῦτα* F. H. N. quorum codicum prior pro *πνεύματα* exhibet *ὑγρὰ καὶ ψυχρά*, posterius *θερμὴν εἶναι καὶ ξηράν* transpositis vocabulis. — *ψόφος* pro *ψῦχος* mendo typographico Alex. Aldi fol. 113, b. *εὐθύς* omittit E. *καί* ante *εὐθύς* addit Alex.

6. *ὅτι γὲρ κρατεῖ* E. F. — *οὐδὲ γάρ* pro *οὐ γάρ* H. — *ἄν* post *νιφετός* ponit F. qui deinceps transponit verba *εἶναι κρατούσης*.

Digitized by Google

7. Describit phaenomenon, quod nos *Waserhose* dicere solemus, quodque apud Gallos audit *trombe*. Vide Lucret. VI, 425 sqq.:

Nam fit, ut interdum tanquam demissa columna
In mare de caelo descendat, quam freta circum
Ferviscunt graviter spirantibus incita flabris:
Et quascunque in eo tum sunt deprensa tumultu
Navigia, in summum veniunt vexata periclum.
Hoc fit, ubi interdum non quit vis incita venti
Rumpere, quam coepit, nubem; sed deprimit, ut sit
In mare de caelo tanquam demissa columna
Paulatim; quasi quid pugno brachiique superne
Conjectu trudatur et extendatur in undas:
Quam cur discidit, hinc prorumpitur in mare venti
Vis, et fervorem mirum concinnat in undis.
Vorcabundus enim turbo descendit, et illam
Deduxit pariter lento cum corpore nubem:
Quam simul ac gravidam detrudit ad aequora ponti,
Ille in aquam subito totum se immittit, et omne
Excitat ingenti sonitu mare, fervere cogens.
Fit quoque, ut involvat venti se nubibus ipse
Vortex, corradens ex aëre setmina nubis;
Et quasi demissum caelo praeterea imitetur.
Hic ubi se in terras demisit dissoluitque,
Turbinis immanem vim provomit atque procellat.
Sed quia fit rare omnino, montesque necesse est
Obficere in terris, adparet crebrius idem
Prospectu maris in magno, caeloque patenti.

Plin. *Histor. nat.* II, 48 sq., ubi de typhone haec leguntur: *Defert secum aliquid e nube gelida, convolvens versansque, et ruinam suam illo pondere aggravans, et locum ex loco mutans rapida vertigine: praecipua navigantium pestis, non antennas modo, verum ipsa navigia contorta frangens; tenui remedio aceti in adventantem effusi, cui frigidissima est natura* (cfr. Macrob. *Saturnal.* VII, 12, *). — *Fit et*

*) Fabella ad instar narrationis conficta, qua oleo, cui calidis-

Digitized by Google

caligo belluae similis, nube dira navigantibus. Vocatur et columna, cum spissatus humor rigenque ipse se sustinet. Ex eodem genere, et in longum, veluti fistula nubes aquam trahit. Schol. Arati *Diosem.* 785, Tom. I p. 184 ed. Buhle: *τὰ γὰρ πνεύματα, ἃ σίφωνας καλοῦσιν οἱ ναῦται, συστρεφόμενα ἐν τῇ θαλάσσῃ ἀνιμῶνται τὸ ὕδωρ. καὶ συνιστάμενα παχέα καὶ ζοφώδη γίνεται καὶ ἀποτελοῦσι πιλώσεις νεφελώδεις, ἐξ ὧν φέρεται καὶ ὁ ὑετός. σίφωνας δὲ αὐτοὺς λέγουσιν οἱ ναῦται, ἐπειδὴ πολλάκις καὶ αὔτανδρον τὸ σκάφος μετὰ τοῦ ὕδατος ἀνιμῶνται εἰς ὕψος. καὶ πάλιν ἐξασθενοῦντος ἀφιᾶσι κάτωθεν. ἐκ γῆς τοίνυν πολλαὶ ἀναθυμιάσεις γίνονται, αἳ τὸν ἀέρα μεταβάλλουσι.*— Articulum ante *τυφών* addunt F. H. P. — *ἐπὶ τῆς γῆς* H. N. cfr. not. ad Exc. I, 6, 1. Vol. I. p. 182. *ἐπὶ γῆν* F. B. Alex. fol. 43, b et in textu et in paraphrasi, P. *ἐπὶ τὴν γῆν* Ol. fol. 46, b.— *εὐθυθεωρίαν* E. *εὐθυωρία*, ut *εὐθυπορία* de visu sonoque rectis meatibus incedere solitis praeprimis frequenter occurrunt apud Aristotelem. Cfr. Schneider. ad *Eclog. phys.* Tom. II p. 177. Vide de vocabulo, quod ex ionica dialecto fluxit, Bake ad Cleomed. II, 1 p. 391 sq. — *πνεῖ* pro *ἐκπνεῖ* F. *ἐκτείνει* A. Vic. B. et ita etiam Alex. in textus repetitione, qui tamen in paraphrasi vulgatam tuetur.

8. *τοῦτο δ' ἐστίν, ἄν* omittit E. — *γίνηται* pro *γένηται* N. — *ἐμπίμπρησι* pro *συνεκπίμπρησι* E. *συνεμπίμπρησι* F. — *πυκνώσει* pro *πυρώσει* F.— Totam deductionem Aristotelis secutus est Seneca *Quaest. natur.* V, 13, cuius haec verba adscribenda sunt: *Hoc loco, si tibi videatur, quaeri potest, quare turbo fiat, qui in flatibus evenire solet, ut quamdiu sine impedimento feruntur, simplex et rectum illis iter sit: ubi incurrere in aliquod saxum ad latus ripae prominens, retorqueantur, et in orbem aquas sine excitu flectant, ita ut circumlatae in se sorbeantur, et vorticem efficiant. Sic ventus, quamquam nihil obsistit, vires suas effundit. Ubi aliquo promontorio repercussus est, aut vi locorum coëuntium in canalem convexum tenuemque collectus, saepius in se volutatur, similemque illis, quas diximus converti, aquis facit*

Digitized by Google

vorticem. Hic ventus circumactus, et eundem ambiens locum, et se in ipsa vertigine concitans, turbo est. Qui si pugnacior est, ac diutius volutatur, inflammatur et efficit, quem πρηστῆρα Graeci vocant. Hic est igneus turbo. Hi fere omnia pericula venti erupti de nubibus produnt, quibus armamenta rapiantur et totae naves in sublime tollantur. — πηστῆρες igitur sunt fulmina cum ingenti procella coniuncta, quae eas, in quas incidunt res comburant. Vide Xenoph. *Hellenic.* I, 3, 1: ὁ νεὼς ἐνεπρήσθη πρηστῆρος ἐμπεσόντος. Herodot. VII, 42: *βρονταί τε καὶ πρηστῆρες ἐπεισπίπτουσι καί τινα αὐτοῦ ταύτῃ συχνὸν ὅμιλον διέφθειραν.* Lucret. *de rer. natur.* VI, 423 sqq.:

Quod super est, facul est ex his cognoscere rebus,
Πρηστῆρας Graeci quos abs re nominitarunt,
In mare qua missi veniant ratione superne.

Hinc metaphorice dicebatur *πρηστὴρ ὄψεως*, veluti apud Heliodorum *Aethiop.* I, 2, p. 4 Cor., quamvis, ubi res quaedam *fulguris* instar lucere tradebatur, alias Graeci aut *ἀστραπή* aut verbum inde derivatum *ἀστράπτειν* usurpare solerent. Cf. Porson. ad Eurip. *Phoenist.* 108. Interpp. ad Xenophont. *Cyropaed.* VI, 4, 1. *Anabas.* I, 8, 8.

9. *αὐτῷ τῷ νέφει* omisso *ἐν* E. — *ἐκληφθῇ* pro *ἐνθλιβῇ* pr. manu F. — *ἄν* pro *ἐάν* F. H. N. — *ἐπικᾶον* ad *πνεῦμα* relatum hic et paulo deinceps F. H. N. Alex. fol. 114, a, qui hanc lectionem in verborum etiam explicatione ante oculos habuit, A. Vic. B. P. At *ἐπικάων*, uti nos dedimus cum E., quem secutus est Bekkerus, correxit iam Koenigmann. *Geogr. Aristotel.* p. 58, qui etiam sequentia coniectura feliciter sanavit, probata deinde ex MSS. *ἀργῆτα κεραυνόν* explicuimus in not. ad Exc. I, 3, 21. Vol. I. p. 165. *Clara fulmina* vocarunt Romani. Cfr. Wakefield. ad Lucret. I, 1002. Tom. I p. 169, ubi adde locum Plinii *Hist. nat.* II, 55 ad § 11 laudandum. — *ἂν δέ* F. *ψολοεὶς κεραυνός* plus semel apud Homerum occurrit, sed tantum in extremis Odysseae libris (cfr. Spohn. *de extr. Odyss. parte* p. 158) et apud Hesiodum. Cf. Stanley ad Aeschyli *Prometh.* 359.

Digitized by Google

p. 82 ed. Schütz. Adde *Auctor. Priap.* LXVIII, 5 apud Weber. *Corp. poët. latin.* p. 1402, b. — De re cfr. Arrian. Stoic. apud Stob. *Eclog.* I, 30, p. 604: *κεραυνὸς δὲ καθότι πνεῦμά ἐστι, ἀπὸ τῶνδε τεκμηριῶσαι παρέχει· ῥήγνυσί τε ἔστι τινὰ τῶν ἐντυχόντων καὶ περιδινηθῆναι οἷά τε καὶ διοχετεῦσαι, ὅθεν οὐκ ἄν τι ἄλλο, ὅτι μὴ πνεῦμα, διέλθοι. Ὡς δὲ ἔμπυρον πνεῦμά ἐστι, δηλοῖ μὲν τοῦτό γε καὶ ἡ ὄψις, ὅτῳ ἐγγὺς κατέσκηψε· πῦρ γὰρ φαίνεται. Ἤδη δὲ καὶ ἀφ' ὧν ἐργάζεται ἐδήλωσε. περιφλέγει γὰρ ἔστι τινὰ τῶν πελασάντων, τὰ δὲ καὶ ἐξάπτει πάντη καὶ ἀπολείπεται ἀπ' αὐτοῦ ἴχνη, οἷον δὴ ἐπὶ πυρὶ ἐκκαύσαντι ἐσβεσμένῳ* et p. 608: *Κεραυνῶν δὲ πολλαὶ ἰδέαι τε καὶ ὀνόματά εἰσιν. Οἱ μὲν αὐτῶν ψολόεντες, οἱ δὲ ἀργῆτες καλοῦνται, σκηπτοί τε ὅσοι κατασκήπτουσι, καὶ αἰγίδες ὅσοι ἐν συστροφῇ πυρὸς καταφέρονται, ἕλικες δέ, ὅσοι εἰς ἑλικοειδῆ γραμμὴν διάστουσι. — — τούτων ξυμπάντων οἱ μὲν λαμπροὶ ἀργῆτες· ὅσοι δὲ καταιθαλώσαντες τὰ πελάσαντί σφισιν ἐπαύσαντο, οὗτοι δὲ ψολόεντες ἐπὶ τῷ ἔργῳ ἐκλήθησαν. καὶ οἱ μὲν εὐθεῖα κατασκήψαντες ἐς τὸ ἔμπαλιν τῇ αὐτῇ εὐθείᾳ ἀνῆξαν. οἱ δὲ ἐκ πλαγίου ἐκπεσόντες πρὸς ἴσον γωνίαν ἄνω ἀναφέρονται. καὶ οἱ μὲν ἁπλοὶ οἱ δὲ διπλοὶ κατέσκηψαν.* Chrysippus apud Stob. l. l. p. 591: *ὅταν ἡ τοῦ πνεύματος φορὰ σφοδροτέρα γένηται καὶ πυρώδης κεραυνὸν ἀποτελεῖσθαι. ὅταν δὲ ἄθρουν ἐκπέσῃ τὸ πνεῦμα καὶ ἧττον πεπυρωμένον, πρηστῆρα γίνεσθαι· ὅταν δέ τι ἧττον ἢ *) πεπυρωμένον τὸ πνεῦμα τυφῶνα,* qua in re non secutus est Zenonem magistrum, qui *τυφῶνα* dixit *κεραυνὸν πολύν, βίαιον καὶ πνευματώδη, ἢ πνεῦμα καπνώδες ἐρρωγότος νέφους* secundum Diogen. Laërt. VII, 153. Seneca *Quaest. nat.* II, 40 tria fulminum genera distinguit, primum quod terebrat, alterum quod discutit, tertium quod urit. Primum prorsus congruit cum eo, quod Aristoteles h.l. *ἀργῆτα κεραυνόν* vocat. Ait enim Seneca: *Quod terebrat subtile est et flammeum, cui per angustissimum fuga est, ob sinceram et puram flammae tenuitatem ..... per id foramen, quod ingressum est,*

*) Ita Heeren. Sed cum codices omnes habeant ἤ, vide ne scribendum sit: *ἰὸν δ' ὃν ἧττον ἢ πεπυρωμένον* et q. s.

Digitized by Google

redit et evadit. Quem *ψολόεντα* vocat Aristoteles est is, quem Seneca sit res, quibus incidit, discutere, cuius vis late sparsa sit, ut icta rumpat, non perforet. Fulminum hoc genus dicit esse conglobatum et admixtam habere vim spiritus coacti et procellosi. Laurent. Lyd. *de mens.* III, 15 p. 53 sq.: *Ὅτι τοὺς κεραυνούς φασι γίνεσθαι, ὅταν ῥῆξις νεφῶν γένηται* (Epicur. apud Diogen. Laërt. X, 103: *πυρὸς ῥήξαντος τὸ νέφος.* Lucret. VI, 282: *fulmen perscindit nubem.* cfr. v. 292. Ovid. *Met.* XV, 70: *Iupiter an venti discussa nube tonarent.*) *τῆς γὰρ παραχειμένης αὐτοῖς γεώδους οὐσίας ἐξαφθείσης, τὸ ἐξαφθὲν ὑπὸ τῆς ῥιπῆς ἐπὶ τὴν γῆν μετὰ ῥοίζου φέρεται. καὶ ἐὰν μὲν ὑγρότερα τυγχάνει τὰ νέφη, ἅμα τῇ καταφορᾷ σβέννυται· εἰ δὲ γεωδέστερα, πυρώδεις ἐκθλίβονται. δύο δὲ εἴδη κεραυνῶν εἶναί φασι, ὧν ὁ μὲν ὀξὺς καὶ μανὸς καὶ διάπυρος ἀργὴς ὀνομάζεται, ὁ δὲ βραδὺς καὶ καπνώδης ψολόεις· καὶ ὁ μὲν διὰ τὴν λεπτότητα (καὶ πρὶν ἐκπυρῶσαι) φερόμενος οἴχεται διὰ τάχους, ὡς μηδὲ ἐπιφλέξαι τι τῶν ἀραιοτέρων· ὁ δὲ βραδύτερος ἱκανὸς μὲν ἐπιχρῶσαι ὡς ἀπ' αἰθάλου, καὶ καῦσαι δέ τινα τῶν ὑποπεσόντων, βολβῶν καὶ συκῆς καὶ φώλης καὶ ὑαίνης μενόντων ἀβλαβῶν, ὧν καὶ ταῖς δοραῖς περιδιφθεροῦσθαι τὰ ἱστία τῶν νηῶν διὰ τοὺς κεραυνούς.* Eadem, iisdem verbis repetuntur IV. *Dec.* 2. p. 127. — Aristoteles, qua fiat ratione, ut fulmina non solum comburant, sed etiam percutiant, ita explicare conatur, ut flatus (*πνεῦμα*) singula fulmina praecedat et comitetur, qui percussionis sit causa. Hinc Euripides in fragm. apud Plutarch. *Quaest. Symp.* IV, 2, 4 p. 721 ed. Wyttenb. dixit *βροντῆς πνεῦμα:* inde Virgilius *Aen.* II, 649: *fulminis afflavit ventis,* quae verba minime intellexerunt interpretes, inter quos etiam Meierotto (*de rebus quibusdam ad auctores classicos pertinentibus dubia.* Berol. 1783, 8. p. 56). Hinc etiam explicatur, quid sibi velint *vapores* in versibus Claudiani *de VI. cons. Honor.* 344:

> — — *hic tabescente solutus*
> *Subsistit galea, liquefactaque fulgure cuspis*
> *Canduit, et subitis fluxere vaporibus enses.*

Digitized by Google

Sed tota ista de spiritu, fulgurum origine, theoria Aristotele longe antiquior. Ita de Anaximandro Stob. l. l. p. 590: *Ἀναξίμανδρος ἐκ τοῦ πνεύματος ταῦτ' εἶπε συμβαίνειν· ὅταν γὰρ περιληφθὲν νέφει παχεῖ βιασάμενον ἐκπέσῃ τῇ λεπτομερείᾳ καὶ κουφότητι, τότ' ἡ μὲν ῥῆξις τὸν ψόφον, ἡ δὲ διαστολὴ παρὰ τὴν μελανίαν τοῦ νέφους τὸν διαυγασμὸν ἀποτελεῖ.* Non absimilis fuit Metrodori sententia, quam his verbis commemorat Stobaeus p. 591: *Μητρόδωρος, ὅταν εἰς νέφος πεπηγὸς ὑπὸ πυκνότητος ἐμπέσῃ πνεῦμα, τῇ μὲν συνθραύσει τὸν κτύπον ἀποτελεῖ, τῇ δὲ πληγῇ καὶ τῷ σχισμῷ διαυγάζει, τῇ δ'· ὀξύτητι τῆς φορᾶς, προσλαμβάνον τὴν ἀπὸ τοῦ ἡλίου θερμότητα, κεραυνοβολεῖ. τοῦ δὲ κεραυνοῦ τὴν ἀσθένειαν εἰς πρηστῆρα περίστησιν.* Etiam Diogenem Apolloniatam dixit Stob. l. l. p. 594 spiritum inter causas fulminum recensuisse. Addi possunt verba, quae in cod. Reg. 1603 adduntur in fine libri *de mundo* p. 401 Bekk.: *ὅρα γὰρ τὸ ἐναπολαμβανόμενον πνεῦμα, ὡς εἴρηται, νέφους παχύτητα καὶ μὴ ἔχον διέξοδον θλίβεται, θλιβόμενον δὲ ἐκπυροῦται καὶ βιαίως ῥήγνυσι τὸ νέφος, καὶ τὸ μὲν ἐκπυρώμενον ἐξιὸν ἐξάπτει, τὸ δὲ νέφος ῥηγνύμενον ἠχεῖ ἤτοι βροντᾷ.*

10. Mirandum est, ait Vicomercatus p. 291 sqq., cuius verba adscribenda censemus, secundum fulgurum genus nigrore quidem id, in quod incidit, inficere, non tamen incendere, statim subiici. Inquit enim, fulmen illud, quod tenuissimo constat spiritu, ob tenuitatem ferri, hoc est, sese insinuare, et transire, et prae celeritate maxima, qua fertur, antea rem illam, in quam incidit, penetrare, quam ut mora aliqua facta adurere, aut etiam nigrore possit inficere: id vero, quod e crassiori est spiritu, colore quidem inficere, antea tamen transire, quam adurat. Ita manifeste secum pugnare Aristoteles videtur, qui secundum fulminum genus et incendere et non incendere pronuntiat. Hac difficultate interpretes atque expositores nonnulli fortasse ducti (neque enim id per incuriam iis accidisse arbitror, nempe perspectu facillimam) locum illum, in quo dicitur, fulmen minus tenui spiritu constans incendere, ita verterunt et exposuerunt, quasi dixerit

Digitized by Google

Aristoteles, illud non incendere. Cum enim dicitur ἐὰν δ' ἧττον, ἐπικάων, ὃν ψολόεντα καλοῦσιν, ita reddiderunt: sin minus adurit, quod psoloenta vocant. In qua versione cum nulla sit sententia, ita tamen ab illis posita est, quasi Aristoteles dixerit, sin spiritus ille non adurat, fulmen id esse, quod Psoloenta nominant. Sed perspicuum est, aliam esse verborum illorum sententiam, superioribus correspondentem, nempe hanc, si spiritus minus tenuis fuerit, cum adurere, esseque id fulminis genus, quod poëtae psoloënta vocant. Seu igitur per incuriam locum hunc ita exposuerint, seu etiam cum eo, quod sequitur, quod illi ex diametro adversatur, conciliare volentes, foede admodum lapsi sunt, eoque magis, quod Alexandrum habuerunt, quem ducem, ut nos sequi poterant: nec Alexandrum solum, sed etiam Olympiodorum, ambos Graecos interpretes, Graecae locutionis peritos. Quid igitur in locis hisce pugnantibus, quae Alexander non animadvertit, dicendum est? An fulmen illud minus tenue, quod primum adurere Aristoteles protulit, non adurere deinde adiecit, quoniam interdum non adurat, cum videlicet in ea incidit, quae, cum rara sint, non reluctantur, sed transitum facilem praebent? Quasi dixerit, fulmen illud, quamquam ex materia non admodum tenui constet, ita ut ex se posset adurere, non tamen semper comburere, sed tantum, si corpore, in quod incidit, reluctante, aliquantulum temporis in eo inhaereat. Atque hoc ab altero genere differre, quod in quamcumque materiam incidat, adeo tenue est, ut celerrime transeat, non solum non adurens, sed nec etiam calore ullo inficiens. Porro adurere, si in materiam reluctantem fulmen illud crassius inciderit, Aristoteles quoque subiicit, cum ait, quae reluctantur, aliquid perpeti, quae non reluctantur, non perpeti. Quod etiam exemplo scuti declarat, quod cum fulmine ictum quondam fuisset, ita perpessum est, ut eius aes, quia materia solida et compacta constans, reluctatum sit, liquatum fuerit: lignum vero, quia rarum et spiritui transitum praebens, nihil perpessum. Vestium etiam fulmine protritarum quidem, non tamen exustarum exemplum aliud adiicit,

Digitized by Google

quoniam spiritus transeundo in pilas redigere eas potuerit: non tamen immoratus sit, ut aduserit. Quamquam hoc exemplum ad exustionem probandam accommodatum non sit: sed ad id tantum, quod, quae reluctantur, aliquid perpetiuntur. Liquatio autem aeris, adustioni proportione respondet: perspicue etiam in verbis, quae sequuntur, fulmen adurere docebit, ut negare non possimus, fulmen aliquid esse, ex Aristotelis sententia, quod adurat: quod aliud esse non potest, nisi id, quod minus tenui constat spiritu, cum in materiam obluctantem, aduri idoneam inciderit. Nec enim iis assentio, qui aiunt, fulminis hoc genus, quod adurit, tertium genus esse, quod Aristoteles in generibus illis commemorandis, ut manifestum, et ex duobus aliis consequens praeterierit, sed postea exemplo de scuto declaraverit. Perspicuum namque est, exemplum ad illud secundum genus pertinere: quod *si* materiam invenit, quae transitum illi praebeat, illam non ferit: si reluctantem, percutit et adurit, *si* aduri sit apta. Itaque Olympiodorus aberrat, qui Aristotelem ait tradere, fulmen non habere τὸ καῖον, hoc est, non adurere, quoniam tenui constat exhalatione incensa, ob eamque causam esse κεραυνός, παρὰ τὸ εὐκραὴς εἶναι καὶ μὴ φλόγειν. Perspicue enim fulmen aliquod adurere, Aristoteles tradit, quod etiam ipse deinde fatetur. Utrum autem illa sit vocabuli κεραυνός etymologia, dictum inquam esse, quia recte sit temperatum, nec adurat, nolim contendere: cum praesertim temperatum esse fulmen possit, ac interdum non adurere, si videlicet materiam reluctantem non inveniat. Atque haec mihi in hac verborum Aristotelis pugnantia videntur dicenda. — γάρ ab initio omittit N. — τήν deest in H. N. — διϊών pro διεξιών F. P. — ἐπιτρίψας pro ἐπιδιατρίψας N. — μέλαναι A. μελάναι V. B. P. — διὰ τὴν βραδύτητα pro βραδύτερος F. — ἔφθανε διελθεῖν N. — διϊών omittunt F. H.

11. Pertinent huc exempla allata a Seneca *Quaest. nat.* II, 31: *Caeterum mira fulminis opera sunt. — Loculis integris ac illaesis conflatur argentum. Manente vagina, gladius liquescit. Et inviolato ligno, circa pila omne ferrum destillat. — Stat fracto dolio vinum, nec ultra triduum rigor*

Digitized by Google

iste durat; ubi vide notam Mureti *). Plinius *Hist. nat.* II, 52: *Tertium* [genus fulminum] *est, quod clarum vocant, mirificae maxime naturae, quo dolia exhauriuntur intactis operimentis, nulloque alio vestigio relicto. Aurum et aes et argentum liquatur intus, sacculis ipsis nullo modo ambustis, ac ne confuso quidem signo cerae. Marcia princeps Romanarum icta gravida, partu exanimato; ipsa citra ullum aliud incommodum vixit. In Catilinariis prodigiis Pompeiano ex municipio M. Herennius decurio sereno die fulmine ictus est* — et alio loco addit (II, 55): *Unum animal hominem non semper extinguit, caetera illico: hunc videlicet natura tribuente honorem, cum tot belluae viribus praestent. Omnia contrarias incubant in partes: homo, nisi convertatur in percussas, non exspirat. Superne icti considunt. Vigilans ictus conniventibus oculis, dormiens patentibus reperitur. Hominem ita exanimatum cremari fas non est* **): *condi terra religio tradidit. Nullum animal, nisi exanimatum, fulmine accenditur. Vulnera fulminatorum frigidiora sunt reliquo corpore.* Arrian. apud Stob. *Eclog.* I, 30, p. 608: Ὅσοι μὲν καὶ πάντῃ ὀξέως ἐκπεσόντες ὕλῃ ἐνέτυχον καυσίμῳ, ἔκαυσάν τε αὐτὴν ὑπὸ τῇ διατριβῇ καὶ αὐτῷ κατεσχέθησαν τῷ ἔργῳ. Ὅσοι δὲ ξὺν πολλῷ τῷ τάχει κατέσκηψαν, οὗτοι πρὶν ἐκκαῦσαι διῆξαν, ὥστε ἡμίπυρά ἐστιν ἃ ὑπελείφθη. οἱ δὲ καὶ

*) P. 764 ed. Iust. Lips. ubi sequentia leguntur: *Mihi hoc contigit, ut paucis mensibus antequam Hippolytus, Cardinalis Ferrariensis, qui ita de me meritus est, ut eius perpetuo animae ipsius bene precari debeam, ex hac vita discederet, fulmen, in palatium ipsius decidens, ad mea usque cubicula pervenerit. Ibi gladii qui ad lectum unius e famulis meis pendebat, mucronem ipsum ita colliquefecit, ut in globulum converterit, vagina prorsus illaesa.*

**) *Qui de caelo tangitur, salvus est, ut nullo igne decinerescat,* ait Tertullianus *Apolog.* c. 48, p 39. Laurent. Lyd. *de mens.* l. ad § 9 l. p. 54: τῶν μέντοι ἀραννοβλήτων τὰ σώματα ἄταφα κατελίμπανον οἱ πάλαι ἀδιάφθορα μένοντα· τῆς γὰρ ἐν αὐτοῖς ὑγρότητος ἀναρπαζομένης ὑπὸ τοῦ πυρός, ὥσπερ ἀποκηφθέντα διαμένειν πέφυκε. Eurip. *Suppl.* v. 936 sqq. Adde Zoëg. *de origine et usu obeliscor.* IV, 1, 15, p. 294.

Digitized by Google

ἀλθαλώσαντες μόνον διῆλθον. Οἱ δὲ ἔτι καὶ τῶνδε ὀξύτεροι εὐδὲ ἓν ἐξεργάσασθαι ἔφθασαν, ἀλλ' ἀραιᾷ μὲν ὕλῃ, εἰ καὶ πάνυ καυσίμῳ ἐντυχόντες, διεχώρησαν μόνον. ἀντιτύπῳ δέ, εἰ πελάσειαν ἐνεχθέντες, κατειργάσαντό τε αὐτὴν καὶ διέφθειραν· ὥστε κυτίδος μὲν ξύλου μαλθακοῦ ἁψάμενοι διῆξαν, ἀπαθῆ ἀπολιπόντες, τὸ δὲ χρυσίον ἔτηξαν τὸ ἐνόν, ὅτι ἐσχέθησαν ἐν τῷ χρυσίῳ. Καὶ χιτῶνα ἤδη οὐκ ἔκαυσαν (quibus verbis firmatur lectio οὐκ ἔκαυσεν), ἀλλὰ ἐτρύχωσαν μόνον. καὶ διὰ μὲν κεράμου διῆλθον, τὸ δὲ ἐνὸν ἐν αὐτῷ διεφόρησαν. Plutarch. *Quaest. Sympos.* IV, 2, 3 p. 716 ed. Wytt.: Ἐγὼ γοῦν οἶδα κεραυνοῦ παρ' ἡμῖν ἐς οἰκίαν ἐμπεσόντος, καὶ πολλὰ θαυμαστὰ δράσαντος (οἶνόν τε γὰρ ἐκ πίθου διεφόρησε, τοῦ κεράμου μηθὲν παθόντος, ἀνθρώπου τε καθεύδοντος διαπτόμενος οὔτε αὐτὸν ἠδίκησεν, οὔτε τῆς ἐσθῆτος ἔθιγε, ζώνην δὲ χαλκοῦς ἔχουσαν ὑπεζωσμένου διέτηξε τὸ νόμισμα πᾶν καὶ συνέχεεν) — — Ἀκούω δὲ καὶ στρατιώτου φυλάττοντος ἱερὸν ἐν Ῥώμῃ κεραυνὸν ἐγγὺς πεσόντα διακαῦσαι τῶν ὑποδημάτων τοὺς ἱμάντας, ἄλλο δὲ μηθὲν κακὸν ἐργάσασθαι. καὶ λυχνίων ἀργυρῶν ξυλινοῖς ἐγκειμένων ἑλύτροις τὸν μὲν ἄργυρον συνιζῆσαι τακέντα, τὸ δὲ ξύλον ἄθικτον καὶ ἀπαθὲς εὑρεθῆναι — — πάντων δὲ θαυμασιώτατον, ὃ πάντες ὡς ἔπος εἰπεῖν ἴσμεν, ὅτι τῶν ὑπὸ κεραυνῶν διαφθαρέντων ἄσηπτα τὰ σώματα διαμένει. Imprimis huc pertinent, quae ibid. § 4 p. 720 leguntur: τὰ μὲν οὖν πυκνὰ τῶν σωμάτων, χαλκός, ἄργυρος [χρυσός, quemadmodum vero similiter lacunam explevit Amyot] ἀποστέγει καὶ φθείρεται καὶ τήκεται πάσχοντα τῷ περιμάχεσθαι καὶ ἀντερείδειν. τῶν δὲ ἀραιῶν καὶ πολυπόρων καὶ χαλώντων ὑπὸ μανότητος, ἀψαυστὶ διεκθεῖ, καθάπερ ἱματίων καὶ ξύλων αὖων. τὰ δὲ χλωρὰ καίει, τῆς ὑγρότητος ἀντιλαμβανομένης καὶ συνεξαπτομένης. Recentiores physici, etsi idem proponere solent, differunt tamen ab antiquis in eo, quod hi densiores materias fulmini plus impedimenti obstruere dicunt, quam eas, quae minorem densitatem habeant; nos vero non a densitate et raritate, sed a varia vi singulorum corporum electricum fluidum conducendi pendere dicamus, quae quum in metallis maxima sit, fere ad contrariam propositionem

Digitized by Google

pervenimus, densiora corpora minus laedi, quam rariora. — ἤδη omittit F. — ἐτέλει pro ἐτύπη Alex. — οὐκ ἔκαυσεν pro εο, quod P. Bekk. praebent οὐ κατέκαυσεν, exhibuimus auctoribus Arriano (l. l.) E. H. N. Alex. A. Vic. B. Cfr. similem lectionis varietatem IV, 7, 5. — πάντα omittunt H. N. — καὶ post δῆλον deest in F. — Post τοιούτων N. addit ἐστὶν servato tamen, quod sequitur initio sequentis paragraphi ἔστι.

12. ἐν τοῖς ὄμμασι E. — Templi Dianae Ephesiae descriptio servata est apud Dionysium Halicarnassensem *Antiq. Roman.* IV, 25, p. 702. Cfr. Sainte-Croix *Sur les gouvernemens fédératifs* p. 152. Poleni *Dissertazione sopra il tempio di Diana d'Efeso* in *Memorie dell' Academia di Cortona* Vol. I Part. II. Hirt *Vorlesung über den Tempel der Diana zu Ephesus* (Berl. 1809, 4.) et in libri: *Geschichte der Baukunst der Alten* inscripti Vol. II (Berlin 1822, 4.) p. 60 sqq. et quos laudat Jacobs *Vermischte Schriften* Part. III (*Leben und Kunst der Alten* P. II) p. 475 sq. De Alexandri voluntate post Herostrati flagitium vide Strabon. XIV p. 949 D; de ipso flagitio adi Interpp. ad Gell. *Noct. Attic.* II, 6. — Notum est accidisse templi Ephesii conflagrationem circa idem tempus, quo Alexander natus est i. e. circa Ol. 106, 1 (cfr. Ideler *Handbuch der Chronolog.* I p. 406 *)). Quamvis autem non ante Ol. 108, 1 Aristoteles Athenas reliquerit secundum Apollodorum (cfr. Stahr *Aristotelia* I p. 73) inque Asiam ad Hermiam se transtulerit, non dubitavimus tamen pro συνέβαινε, quod praebent F. Alex. Ol. P. Bekk., cum E. H. N. A. Vic. B. restituere ἐθεωροῦμεν, ex quo non necessario concludendum, adfuisse ipsum Aristotelem, etsi accurata descriptio incendii talem suspicionem admittit. Quod paulo ante praecesserit θεωρεῖν, nullius est ponderis. cfr. Commentar. ad I, 3, 16, Vol. I p. 352. — περὶ

*) Ubi loco ex Arriani *Exp. Al.* VII, 28 laudato addi poterant verba Ciceronis *Philipp.* V, 17: *Macedo Alexander, cum ab ineunte aetate res maximas gerere coepisset, nonne tertio et tricesimo mortem obiit? quae est aetas nostris legibus decem annis minor, quam consularis.*

Digitized by Google

ναὸν τὸν ἐν Ἐφέσῳ transpositis verbis P. — πολλαχοῦ pro πολλαχῇ N. — ἐφέρετο ἡ φλόξ inverso ordine F. ἐφαίνετο N. — ὅτι μέν γε pro ὅτι μὲν γάρ Alex. omisso deinde τε, et ita etiam A. Vic. B. τε deest etiam apud P. — πνεύματα pro singulari numero F. — Ad verba ὅτι γὰρ ὁ καπνὸς πνεῦμα et q. s. cfr. IV, 9, 41: διὰ τοῦτο ἡ φλὸξ πνεῦμα ἢ καπνός ἐστι καόμενος. de generat. et intar. II, 4 p. 331, b: μάλιστα μὲν γὰρ πῦρ ἡ φλόξ, αὕτη δ' ἐστὶ καπνὸς καόμενος (ubi Bekkeri inconstantia καιόμενος exhibuit), ὁ δὲ καπνὸς ἐξ ἀέρος καὶ γῆς, quod ad idem redit; nam secundum IV, 9, 38: ἔστι πνεῦμα ῥύσις συνεχὴς ἐπὶ μῆκος ἀέρος. Fumum incendi dixerat etiam I, 4, 4 ubi vid. Commentar. Vol. I p. 367. — καίεται ut solent, F. H. N. vide Comm. ad I, 4, 1 Vol. I p. 362. — ἐν ἄλλοις pro ἐν ἑτέροις H. N. πρότερον ἐν ἑτέροις mutato verborum ordine F. Respicit autem ad locos paulo ante laudatos. —

13. καιομένης F. H. N., quorum duo posteriores exhibent ἐγένετο pro ἐγίνετο. — καὶ ἐξάπτει pro ἢ ἐξάπτει N., qui mox ἐφαίνετο exhibet pro ἐφέρετο, ut § 12. — ἄν pro ἄνω pr. manu E. — πυρούμενον pro πεπυρωμένον F. — εἰσπίπτειν pro εἰσπίπτειν E. N. — εἰς omisit F.

14. ἐπακολουθεῖν pro συνακολουθεῖν F. — εἶναι omittit N. — ἅ exhibuimus ex coniectura Koenigmanni *Geogr. Aristot.* p. 58, accedente B., ita ut post παράξεων supplendum sit ὁ κεραυνός, et κινεῖται coniungendum cum illo ἅ. Omnes reliqui cum Bekkero exhibent ἥ.

15. βρονταί τε καὶ ἀστραπαί scripsimus, cum omnes pro τε exhibeant δέ; quia unum tantum phaenomenon significatur. Ita Latini fluxus maris et refluxus, ubi nullum vocabulum habent, quod utrumque comprehendat. Vertendum: die Gewitter. Verba καὶ ἀστραπαί omiserunt Olymp. F. N. bene animadvertentes de uno tantummodo agi phaenomeno. καὶ αἱ ἀστραπαί margo codicis H. — καὶ τὸν ψόφον deest apud Olympiodor. fol. 46, b. — παρατάξῃ pro παράξῃ E. — ἔπαυσε pro ἐπέπαυσε H. N.

16. ἔτι δὲ περὶ προηγησάντων H. P. De formula ἔτι δέ,

Digitized by Google

quae utuntur Graeci, quando a priore argumento ad aliud oratio transducitur, adi Hemsterhus. ad Lucian. Tom. I p. 198. cfr. IV, 1, 3.[9] Imprimis frequens est apud Aristotelem. — *πάντων αὐτῶν* dedimus cum E. F. Alex. fol. 114, a. A. Vic. P. Omisit Bekkerus cum reliquis.

CAPUT SECUNDUM.

Excerpta ex capitibus II — V reperiuntur apud Stobaeum *Eclog.* I, 31, 2, p. 616 — 632, nullo tamen in iis exscribendis a scriptore certo ordine observato. De halonibus disputavimus *Meteorol. vet. Gr. et Roman.* IX, 46 p. 194 — 197. Cfr. imprimis Schol. Arati *Diosem.* 79 p. 180 Buhle, qui sua fortasse ex Posidonio depromsit, ex quo plurima hausit, quae aliis in locis de aëriis phaenomenis disserit: *τῶν γινομένων καὶ ἐν τῷ μετεώρῳ συνιστωμένων, μεταξὺ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, τὰ μὲν κατ' ἔμφασιν μέν, οἷον Ἶρις· μικτὰ δέ, παρήλιος· κατ' ὑπόστασιν δέ, κομῆται, πωγωνίαι, δοκίδες, λαμπάδες, διάττοντες* (B. *ἄττοντες*. Caeterum cfr. Comment. ad I, 1, 2. Vol. I p. 321). *τὰς δὲ ἁλωὰς τῷ σχήματι κυκλοτερεῖς διαγράφουσι, καὶ ἔστιν ἄλλος περὶ τὴν σελήνην κύκλος, καὶ αὐτὴ ἐν μέσῳ ἀμυδροτέρα φαίνεται. ἡ τοίνυν ὄψις κατὰ τὴν ἔνστασιν τοῦ ἀέρος, τραχέσι μὲν προσπεσοῦσα, αὐτοῦ που καταπαύεται, μηκέτι λαμβάνουσα ἑτέρας φορᾶς ἀρχήν. λείοις δὲ καὶ ὁμαλοῖς προσφερομένη, οἷά ἐστι τὰ ἔσοπτρα καὶ ὕδατα, ἤτοι ἐνδοτέρω διαδύεται, οἱονεὶ ἐγκατακλωμένη· ἢ εἴπερ τοῦτο ἀδυνατεῖ ποιεῖν δι' ἀντιτυπίαν τῶν σωμάτων, ἀνακλᾶται, ἐμφανίζουσα τὰ κατ' ἐκεῖνον τὸν τόπον ὁρώμενα, ἀφ' οὗ καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς ἀνακλάσεως ποιεῖται. ὅταν τοίνυν περί τι ἄστρον νέφη συστῇ συνεχῆ καὶ κοῖλα, ἐνταθῇ δὲ ὁ ἀὴρ περὶ ταῦτα, εἶτα κατάκλασιν σχῇ εἰς αὐτὸ τὸ ἄστρον, ἐμφαίνεται τοῦτο καθ' ἑκάστην ἀνάκλασιν· καὶ οὕτως ἢ ἅλως ἀποτελεῖται· καὶ τὸ μὲν πλησίον τοῦ ἄστρου φαίνεται λευκόν, διὰ τὴν τοῦ φωτὸς ἐπικράτειαν· τὸ δὲ ἔξω τούτου, μέλαν, διὰ τὴν πρὸς τὰ νέφη παράθεσιν. —— ὁρίζεται δὲ οὕτως ἅλως· ἔστιν ὑγροῦ τοῦ ἀέρος ἐπικειμένου καὶ παχέος ὄντος φαντασία φωτὸς*

Digitized by Google

κυκλοειδοῦς, περὶ τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην συνισταμένη. Senecam *Quaest. natur.* I, 2 sqq., qui nominis causam hunc in modum reddit: *Ob hoc* [quia rotundi sunt] *tales splendores Graeci areas vocavere, quia fere terendis frugibus loca destinata sunt rotunda.* Qui usus notissimus est ex Homeri carminibus. cfr. *Iliad.* XX, 495 sqq.:

Ὡς δ' ὅτε τις ζεύξῃ βόας ἄρσενας εὐρυμετώπους,
τριβέμεναι κρῖ λευκὸν ἐϋκτιμένῃ ἐν ἀλωῇ·
ῥίμφα τε λέπτ' ἐγένοντο βοῶν ὑπὸ πόσσ' ἠμύχων·
ὣς ὑπ' Ἀχιλλῆος μεγαθύμου μώνυχες ἵπποι
στεῖβον ὁμοῦ νέκυάς τε καὶ ἀσπίδας. — —

Il. XXI, 346 sqq.:

Ὡς δ' ὅτ' ὀπωρινὸς Βορέης νεοαρδέ' ἀλωὴν
αἶψ' ἀναξηράνῃ· χαίρει δέ μιν ὅστις ἐθείρῃ·
ὣς ἐξηράνθη πεδίον πᾶν — — — —

Saepe deinde occurrit apud Scriptores R. R. veluti apud Catonem c. 91. 129. Varronem I, 51 sq. Columellam II, 20. Palladium I, 36, 1. Iun. 1. Cfr. Virg. *Georg.* I, 178 ibique Heyne et Voss. Eundem morem nunc quoque servant Europae meridionalis incolae. Cfr. Carter *Itinerar.* Tom. II p. 227, Dodwell *Classical and topographical tour through Greece* Vol. II p. 10.

1. Post ῥάβδων Alex. fol. 114, b. A. Vic. B. addunt καὶ τῶν ἄλλων τῶν συμβαινόντων. — καὶ γὰρ ταῦτα πάντα γίνεται inverso ordine Olympiodorus fol. 50, b. — τὰς προειρημένας αἰτίας pr. m. F. — λαβεῖν δεῖ mutato ordine F. δεῖ λαμβάνειν E.

2. οὖν omittit N. — Quod ait περὶ τὰ λαμπρὰ τῶν ἄστρων apparere saepenumero coronas, id et alii veterum testantur. cfr. Ptolemaei *Tetrabibl.* ex paraphr. Proeli II, 14 p. 146: οἱ συνιστάμενοι ἅλως περί τε τοὺς πλανωμένους ἀστέρας καὶ τοὺς τῶν ἀπλανῶν λαμπρούς. Arati *Diosem.* v. 209:

ἢ καί πού τις ἅλωα μελαινομένην ἔχει ἀστήρ.

Plin. *Hist. nat.* II, 28: *Existunt eaedem coronae circa lunam et circa nobilia astra, caelo quoque inhaerentia.* XVIII, 35, 80: *Circuli novi circa sidera aliqua*

Digitized by Google

pluviam [nuntiant]. Senec. *Quaest. nat.* I, 2, 10: *Has coronae noctibus fere circa lunam et alias stellas notantur.* Schol. Arati *Diosem.* 79, p. 182: οὐ μόνον δὲ περὶ σελήνην, ἀλλὰ καὶ ἥλιον γίνεται καὶ ἀστέρας. Apud nos rarissime circa alia sidera, quam solem lunamque apparent, quamvis et ipse circa Iovem serena nuper nocte viderim. Saepenumero circa Venerem aliasque maiores stellas, eius modi coronas observavit in America meridionali Alexander ab Humboldt (v. Zach *Monatl. Correspondens* I p. 410. Gilb. *Annal.* VI p. 190. *Voyage aux régions équinox.* Tom. II p. 308), at nusquam circa fixa sidera. — εἴωθεν pro ἔωθεν E. — ἔλαττον pro ἐλαττονάκις F.

3. Cum non praecesserit ἥλιος vide ne ad δύνοντος μὲν καὶ ἀνατέλλοντος Aristoteles addiderit ἡλίου, quod deinde ex textu excidit, qua re nihil facilius, cum notum sit in codicibus MSS. hoc vocabulum compendio indicari, qua de re illiusque signi sensu multiplici post Gaisfordum ad *Poët. minor. Graec.* Vol. I p. 113 egit Bake ad Cleomed. II, 4 p. 455. — μεγίστη ἡ ἀψίς..... ἐλάττων ἡ ἀψίς omissa utroque in loco particula δέ H. N. ἀψίς h. l. et sqq. A. Vic. — αἰρουμένου pro αἰρομένου E., qui mox praebet περὶ μὲν τὴν ὀπ. — μετοπωρινήν F. Alex. fol. 114, b. A. Vic. B. P. — ἐν μὲν ταῖς addito μέν F. — βραχυτάταις H. — ἐν δὲ ταῖς θερινοῖς δείλης μόνον, οὐκέτι δὲ καὶ περὶ μεσημβρίαν Ol. fol. 50, a. — Quod ait, aestate numquam fieri circa meridiem arcum caelestem, recte se quidem habere potest, cum, sole admodum elevato, exiguam tantum iris supra horizontem altitudinem sub Graeciae climate habere queat: attamen fieri potest, quod non nisi idcirco raro tantummodo accidit, quia vix unquam in tanta terrae vicinia nubes deprehendantur imbrem demittentes. Quod addit deinceps: οὐδὲ δυοῖν πλείους γίνονται ἴριδες aperte falsum esse, elucet ex iis, quae adnotavimus ad Exc. III, 4, 9, p. 129. — οὐ δὴ δυοῖν N. οὐδὲ δὴ δυεῖν H. δέ et δή coniunctae stare possunt. cfr. Comment. ad I, 4, 9. Vol. I p. 371. Herod. II, 33. δυεῖν praebent etiam Alex. A. Vic. P. Quae forma secundum Eustathium ad

Digitized by Google

Iliad. κ' p. 802, 26 ed. Rom. recentior est. Cfr. quos laudat Matthiaeus *Gr. gr.* § 138, p. 262.

4. τρίχως pro τρίχρως E. — τὰ δὲ χρώματα pro καὶ τὰ χρ. F. qui deinde τῆς ἐκτός exhibet pro ἐν τῇ ἐκτός, καὶ ἀπεναντία pro καὶ ἐξ ἐναντίας, et φοινικείαν pro φοινικίαν. — ἀνὰ λόγον exhibuimus pro eo, quod omnes praebent, ἀνάλογον. Cfr. ad I, 14, 5, Vol. I p. 477. cum Add. p. 659. Vide III, 3, 32: ἡ δ' ἐχομένη καὶ ἡ τρίτη κατὰ λόγον.

5. ταῦτα post χρώματα omittit Olympiodorus fol. 50, b. — γραφεῖς pro γραφῆς F. H. N. corr. E. Alex. A. Vic. B. P. Vide interpp. ad Sophocl. *Aiac.* v. 186, ad Thuc. I, 67. Olymp. exhibet καταγραφεῖς. Γραφεῖς omnium codicum consensu editum est *Ethic. Nicomach.* X, 10 p. 1180, b. — ἀλόϋργον pro ἁλουργόν E. — κεραννυμένων pro κεραννύμενον N. — Ad verba οὐ γίνεται κεραννύμενον supplendum est ὑπὸ τῶν γραφέων. Temperatione enim revera fiunt. Cfr. *de color.* c. 2 p. 792, a. b., ubi tamen res longe aliter explicatur, quam *de sens. et sensili* c. 3 p. 439, b sq. — Cum offenderet scribas omissio articuli in altera enuntiationis parte, alii etiam priorem omiserunt, veluti E., alii alterum addiderunt, ut H. N. At cfr. ad I, 3, 5, Vol. I p. 338.

6. ῥάβδοι Alex. Olymp. hic et in sqq. ubique. — οὐδέ pro οὔτε H. cfr. ad I, 8, 8, Vol. I p. 416. — πρὸς τῆς γῆς E. — οὐδὲ ἐξ ἐναντίας H. N. — Pro οὐδὲ δὴ νύκτωρ F. exhibet νύκτωρ ὁμοίως οὐδαμῶς, quae paraphrasin sapiunt. — ἔτι δ' ἐπαιρομένου ἀεὶ ἤ et q. s. F. — τὰ δὲ πλεῖστα mutato verborum ordine H. N. — μεσουρανοῦντος i. q. μεσημβριάζοντος. Grammaticorum est commentum, cum vocabulum Alexandrinae esse dialecti tradunt, cuius opinionis patrocinium suscepit Bake ad Cleom. I, 10, p. 365. Adde Kuhn. ad Polluc. IV, 157. Sturz. *de dial. Alex.* p. 45. — σπάνιον εἰ γέγονεν H. N. σπάνιον γέγονεν omisso τι F. — Ad verba οἷον ἐν Βοσπόρῳ ποτὲ συνέπεσεν cfr. *Plac. Phil.* ap. Plut. III, 5 p. 83 ed. Cors. παραπλησίως δὲ φυσιολογεῖται (Anaxagoras) τὰ καλούμενα παρήλια, γινόμενα δὲ κατὰ τὸν Πόντον. Adde locos ex Cleomede et Schol. ad Arat. laudatos ad III, 6. Obiter

Digitized by Google

monere volumus, uti Graeci dicebant, si quid mirum et praeter vulgi accidit opinionem, id in Bosporo aut Ponto vel in Africa accidisse, ita medii aevi scriptores de patria nostra loqui fuisse solitos. Hodie in America talia accidisse vulgo perhibentur aut in Siberia. — *δι' ὅλης ἡμέρας* omisso articulo Alex. fol. 115, a. A. Vic. *δι' ὅλης γὰρ ἡμέρας* B.

7. *τάδ' ἐστίν* E. — *ταὐτόν* pro *ταὐτό* N. quod fere praetulissem. cfr. Elmsl. ad Eurip. *Med.* 550. — *πάντα γὰρ ταῦτα ἀνάκλ. ἐστιν* Olymp. fol. 50, b. — *γίνεσθαι τὴν ἀνάκλασιν* transposito verbo F. H. Olymp.

8. *ὡς οἱ μὲν ἀρχαῖοι* transposito *μέν* N. *οἴονται* pro *ᾤοντο* F., qui hanc ob causam exhibet deinde *οὐ γίγνεται* pro *οὐκ ἐγίνετο*. — *οὐκ ἐγίνετο Ἶρις* margo codicis H. — *ἐλάνθανε δ' αὐτούς* E. — De re cfr. Senec. *Quaest. nat.* I, 3, 1: *Arcus in nocte non fit, nisi admodum raro, quia luna non habet virium tantum, ut nubes transeat, et illis colorem suffundat, qualem accipiunt sole perstrictae.* Fit tamen: atque immerito Gassendus ad Diogen. Laërt. X p. 1127 Aristotelem iridem lunarem cum halone lunari confudisse iudicavit. Exemplorum copiam composui in *Meteorolog. veter. Graec. et Roman.* IX, §5 not. 4 p. 194. Peculiarem *de iride lunari* libellum composuit Alfeldius. Giessae 1750. Vicomercatus p. 305: *Non ita tamen raro, ut ex hisce verbis colligi potest, arcum hunc apparere Albertus affirmat. A se enim et multis aliis arcum lunae in aquilone, cum luna esset ad meridiem, visum esse testatur, idque non plenilunio, sed cum luna esset ἀμφίκυρτος, hoc est, utrinque gibba. Rursus eodem anno bis visum fuisse. Sunt etiam qui ferunt in Germania bis una aetate apparuisse.* Eu ablegatos nos ad Germaniae nostrae portenta (cfr. § 6)!

9. *τε* et articulum ante *σκότει* omittit F. — *ἄλλη* pro *ἄλλα* inepte B. — *ἐν τοῖς πανσελήνοις* Olymp. fol. 50, b. — *ἀνάγκη γενέσθαι* inverso ordine Alex. A. Vic. B. P. — *γίνεσθαι* pro *γενέσθαι* ac deinceps *εἰ μέλλει ἔσεσθαι* pro *τὸ μέλλον ἔσεσθαι* F. qui etiam verba *ὑπὲρ τά* in margine posuit. — Idem *ἔτυχε* pro *ἐνετύχομεν*.

Digitized by Google

10. In primis praetereundum non est, Aristotelem de aspectus repercussu et in speculis res videndi ratione sic loqui, quasi cum quid cernimus, aspectus ab oculis prodeat, seu ad rem, quam recta conspicimus, proficiscens, seu ad corpus, quod speculi habet rationem, a quo ad rem, quae cernitur, reflectatur. Quae opinio sui temporis Mathematicorum erat, quam aliqua ex parte Plato quoque amplectebatur *). Ipse autem in libro de sensu et sensili eam damnavit, et tam in eo, quam in libris de anima (II, 7), colores et omnino omne spectabile videri tradidit, quia medium, quod actu (ἐνεργείᾳ)

*) Erat autem haec sententia Democriti et Epicuri, a Plutarcho *Plac. phil.* IV, 13 hunc in modum exposita: *Δημόκριτος, Ἐπίκουρος κατὰ εἰδώλων εἰσκρίσεις φάντο τὸ ὁρατικὸν συμβαίνειν* (cfr. Diogen. Laërt. IX, 44. Plutarch. *Quaest. Sympos.* VIII, 10). Eandem amplexus est etiam Plato totamque in *Menone* expressit ac probavit, aliis tamen in locis paulo aliter explicuit. Cfr. Plutarchi *Pl. phil.* l. l.: *Πλάτων κατὰ συναύγειαν τοῦ μὲν ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν φωτὸς ἐπὶ πόσον ἀπορρέοντος εἰς τὸν ὁμογενῆ ἀέρα, τοῦ δὲ ἀπὸ τῶν σωμάτων φερομένου ἀπορρεῖν· τὸν δὲ μεταξὺ ἀέρα εὐδιάχυτον ὄντα καὶ εὔτρεπτον, συνεπιλάμποντος τῷ πυρώδει τῆς ὄψεως. αὕτη λέγεται Πλατωνικὴ συναύγεια. Quaest. Symp.* I, 8: *πνεῦμα τῶν ὀμμάτων αὐγοειδὲς ἐκπῖπτον ἀποκιρνᾶται τῷ περὶ τὰ σώματα φωτί, καὶ λαμβάνει σύμπηξιν, ὥστε ἓν ἐξ ἀμφοῖν σῶμα διόλου συμπαθὲς γενέσθαι. Κεράννυται δὲ ἕτερον ἑτέρῳ συμμετρίας λόγῳ τε καὶ ποσότητος. οὐ γὰρ ἀναριθμῆναι δεῖ θάτερον ὑπὸ θατέρου κρατηθέν, ἀλλ' ἀπ' ἀμφοῖν ἔς τι μέσον ἁρμονίᾳ καὶ ποιωνίᾳ συναχθέντων μίαν δύναμιν ἀποτελεσθῆναι.* Etiam Empedocles eandem opinionem habuit, quamvis visum non hac tantummodo ratione, sed etiam radiis ex oculis ad corpora transeuntibus indeque ad oculos redeuntibus fieri arbitraretur. Cfr. Aristotel. *de sens. et sensili* c. 2, p. 437, b: *Ἐμπεδοκλῆς δ' ἴσως νομίζοντι ὁτὲ μὲν ἐξιόντος τοῦ φωτὸς — — βλάπτειν* (sequuntur versus Empedoclei) ..... *ὁτὲ δὲ ταῖς ἀπορροίαις ταῖς ἀπὸ τῶν ὁρωμένων*, quam priorem sententiam probaverunt deinde Hipparchus aliique complures. Fuere etiam inter Peripateticos, qui magistri sententia derelicta ad veterem opinionem confugerunt, inter quos Hieronymus Rhodius, auctore Plutarcho *Quaest. symp.* I, 8. Visus theorias Platonis et Aristotelis exponit Galenus *de plac. Hippocrat. et Platon.* VIII, p. 630. 643. *de usu part. corp. humani* X, p. 815 sqq. Cfr. Vol. I, p. 384.

Digitized by Google

perspicuum est, moveant et illud aspectum. Illorum itaque speciem ad aspectum potius perduci, quam vim adspiciendi ad illa. Sed quamquam a se damnatam sententiam illam et opinionem, perinde tamen ac verum hoc in loco ponit, iridisque et coronae rationem ea posita et constituta reddit, quoniam (ut Alexander ait) ad reflexionis, ex qua haec ortum habent, rationem nihil interest, utro modo fiat aspectus, siquidem utroque a speculis reflexio aliqua efficitur: aspectus quidem seu radiorum eius, si radius ab oculis ad rem, quae cernitur, exeuntibus videamus: speciei autem rei visae ad aspectum, si altero modo. Utravis autem re a speculo reflexa, seu videlicet ratio aspectus seu rei, quae cernitur, specie, rem in speculo cernere contingit. Itaque cum nihil interesset, utro modo aspectum fieri poneret, Mathematicorum, quae tunc celebris erat et apud omnes fere in pretio habebatur, opinionem sequi maluit, ne sua, quam nondum demonstraverat, quaeque fortasse non ita probabatur, posita, tota haec disputatio infirmo ac debili argumento niti videretur *). Nemo igitur existimet, quia eam hoc in loco statuat, ab ipso probari, eumque de adspiciendi ratione pugnantia docere, aut opinionis suae absurditatem, quemadmodum septimo de placitis censet Galenus, animadvertisse. Non enim, quia aliorum sententiam sua veriorem esse cognoverit, sed quia tunc in hominum animis magis imbibitam, magisque (ut dictum est) celebrem videbat, ea est usus: nullumque propterea periculum imminet, ut suarum quaestionum libri omnes (quod ille obiicit) fidem amittant. Vicomercatus. — Nos ea de re disseruimus in Commentar. ad I, 6, 3, Vol. I p. 385. — ἀπὸ τοῦ ὕδατος N. ἀπὸ ὕδατος A. Vic. P. — τε post περί addit F post ἐκ ponunt Alex. fol. 115, a. A. Vic. P. — ὅτι pro διότε N. — ἐν ante ἐνίοις μέν omittunt H. N. ἐν οἷς μὲν Ol. fol. 51, a. —

*) Exemplis a nobis in Comment. ad I, 6, l. l. laudatis adde, quam *Ethic. Nicomach.* I, 13, p. 1102 proposuit animae divisionem, *de anim.* III, 9, 2 sqq. aperte refutatam, ubi nulla alia fuit causa, cur opinione a se ipso damnata uteretur, nisi ut in re longe diversa disertae expositioni supersedere posset.

Digitized by Google

Pro καὶ τὰ σχήματα H. N. Alex. A. Vic. B. exhibent οὐ μόνον τὰ χρώματα, ἀλλὰ καὶ τὰ σχήματα.

11. αἰσθητὴν διαίρεσιν dixit, cum omne corpus undequaque sit divisibile. cfr. *de caelo* I, 1, p. 268, a: συνεχὲς μὲν οὖν ἐστι τὸ διαιρετὸν εἰς ἀεὶ διαιρετά, σῶμα δὲ τὸ πάντῃ διαιρετόν. Similis autem illi, quae h. l. de speculis, argumentatio de stellis deprehenditur *Meteorol.* I, 6, 12, ubi addendum erat in Commentario Vol. I p. 396, fuisse Epherum Cumaeum, qui contenderet *comctam in plures stellas discessisse, antea in unum stellis multiplicibus congregatum.* Verba sunt Senecae *Quaest. nat.* VII, 16 et Ammiani Marcellini XXV, 10, ubi cfr. Vales. et Lindenbrog. Tom. III p. 121 sq. ed. Erfurdt. Adde Marx *Ephori fragm.* p. 250. Caeterum, cur color solus reddi queat a speculis, quae nullam sensibus perspicuam divisionem admittant, elucet ex iis, quae disputata sunt de *sens. ac sensili* c. 6, p. 445, b sqq., quae confer. Adde *Problem.* I, 51 p. 865, b: ἔνιοτε γίνεται ἅπαν μᾶλλον ὑγρὸν χρόας ὀλίγον ἢ πολὺ ὄν· ἐν μὲν γὰρ τῷ πολλῷ ὑγρῷ τὰ σχήματα ἐνορᾶται, ἐν δὲ τῷ ὀλίγῳ τὰ χρώματα. οἷον καὶ ἐπὶ τῆς ῥόσου καὶ τῶν ἰανθίνων. Plut. *Plac. phil.* III, 5 p. 82 Cora.: εἰσὶ δὲ αἱ ἰανθίδες οὐ σχήματος μορφαί, ἀλλὰ χρώματος. — δόξει γὰρ ἂν εἶναι addito ἄν F. — ἅμα τε δοκεῖ omisso deinde τε F. — Post ἔχειν H. N. addunt πάντα, Alex. A. Vic. B. πάντῃ. — Verba τοῦτο δ' ἀδύνατον λείπεται coniunxit B.

12. Hyperbaton in verbis τὸ δὲ χρῶμα ὅτε μὲν λαμπρὸν φαίνεται τῶν λαμπρῶν bene iam animadvertit Olympiodor. fol. 51, a. cfr. ad III, 6, 7. — φαίνεται λαμπρόν inverso ordine P. qui mox praebet τῷ μίγνυσθαι τὸ νοῦ ἐνόπτρου. Ol. 51, a: ὅτε δὲ ἧττον τῷ μίγνυσθαι et q. s. — ἔστι pro ἔσται F. — περὶ τοῦτο E. — διότι pro διό Olymp. Aldi. — λέγομεν H. Olymp., qui deinde cum N. exhibent χρησόμεθα. F. λέγωμεν. —

CAPUT TERTIUM.

Quomodo halo circularem formam induere possit, demonstrare aggreditur mathematicis usus rationibus. Aristote-

Digitized by Google

les enim, si quis alius veterum philosophorum, quam arcte optica cohaereat cum geometria intellexerat, quod patet tum ex aliis locis, tum ex verbis *Analyt. post.* I, 7, p. 75, b, ubi opticam affinem geometriae, sicuti harmonicem arithmetices diserte praedicavit. Huc etiam pertinent verba *Anal. post.* I, 13, p. 79, a: *ἔχει δὲ καὶ πρὸς τὴν ὀπτικήν, ὡς αὕτη πρὸς τὴν γεωμετρίαν, ἄλλη πρὸς ταύτην· οἷον τὸ περὶ τῆς ἴριδος. τὸ μὲν γὰρ ὅτι φυσικοῦ εἰδέναι· τὸ δὲ διότι ὀπτικοῦ, ἢ ἁπλῶς ἢ τοῦ κατὰ τὸ μάθημα. Phys.* II, 2, p. 194, a: *δηλοῖ δὲ καὶ τὰ φυσικώτερα τῶν μαθημάτων, οἷον ὀπτικὴ καὶ ἁρμονικὴ καὶ ἀστρολογία· ἀνάπαλιν γὰρ τρόπον τιν' ἔχουσι τῇ γεωμετρίᾳ.* — In ed. B. inscriptio reperitur *Ὅτι ἡ ἅλως κύκλος ἐστὶ καὶ τί σημαίνει.*

1. *τε* post *διότι* omittunt E. F. in lacuna N. — *διὰ πάντων* pro *ἐπὶ πάντων* F.

2. *ὁμαλός* pro *ὁμαλής* F. N. Alex. fol. 115, b. A. Vic. B. P. Aequaliter densata, quia si inaequali modo densata esset nubes (quod Theophrastus *de caus. plant.* V, 1, 12, p. 538 ita exprimit: *μέχρις οὗ ἂν ὁ ἀὴρ ὁμαλίζῃ*), varii colores redderentur, quemadmodum in iride, aut in omne parte sidus ambiens, quae melior videtur interpretatio, cum III, 4, 22 sqq. alio modo colorem iridis explicet. *μικρομερής* quia, nisi talis esset, non solum sideris splendor ac color, sed etiam figura appareret. Caeterum cum adderet vocabulum *ὁμαλής*, simul intelligi voluit, nubem non nimis posse densari, ne in nigro puniceus color appareat, aut totum sidus penitus occultetur. Isque est genuinus vocabuli usus. Cf. Theophrast. *de vent.* § 40, p. 773: *ὁ ζεφυρός.... ὁμαλος διὰ τοῦτό ἐστι* (*διὰ τὸ ἐφ' ὑγροῦ βεβηκέναι*) i. e. quamvis sit frigidus, calorem tamen secum fert tantum, ut calidioribus aliquo modo accenseri possit. Theocrit. *Idyll.* XIV, 56. — Idem vocabulum *ὁμαλής* exprimere procul dubio voluit Seneca *Quaest. natur.* I, 2, 11, cum diceret: *Debet aër nec tam spissus esse, ut excludat ac summoveat a se lumen immissum, nec tam tenuis et solutus, ut nullam venientibus*

Digitized by Google

radiis moram praebeat *). — συνισταμένης pro συνισταμένη H.

3. Cfr. Theophrast. *de sign.* II, 6: *αἱ ἅλωνες περὶ τὴν σελήνην πνευματώδεις μᾶλλον ἢ περὶ τὸν ἥλιον· σημαίνουσι δὲ πνεῦμα ῥαγεῖσαι περὶ ἄμφω, καὶ ᾗ ἂν ῥαγῇ, ταύτῃ πνεῦμα.* Arat. *Diosem.* v. 79 sqq.:

εἰ δέ κέ μιν περὶ πᾶσαν ἁλωαὶ κυκλώσονται
ἢ τρεῖς, ἠὲ δύω περικείμεναι, ἠὲ μί' οἴῃ,
τῇ μὲν ἰῇ ἀνέμοιο γαληναίης τε δοκεύειν·
ῥηγνυμένῃ ἀνέμοιο· μαραινομένῃ δὲ γαλήνης.
ταὶ δύο δ' ἂν χειμῶνι περιτροχάοιτο σελήνῃ·
μείζονα δ' ἂν χειμῶνα φέροι τριέλικτος ἁλωή.
καὶ μᾶλλον μελανεῖσα· καὶ εἰ ῥηγνύατο, μᾶλλον.

Geoponic. I, 3, p. 16 ex Arato: *ἐὰν δὲ περὶ πᾶσαν τὴν σελήνην ἅλωνες δύο ἢ τρεῖς ὦσι, μέγιστον χειμῶνα ἔσεσθαι δηλοῦσι καὶ μάλιστα εἰ μελαινότεραι ὑπάρχουσι.* Plin. *Hist. nat.* XVIII, 35. Procli *paraphr. in tetrabibl. Ptolem.* II, 14: *ἔτι δὲ παρατηρητέον καὶ τὰς καλουμένας ἅλως, ὅταν περὶ αὐτὴν γένωνται. τούτων γὰρ εἰ μὲν μία γένηται καὶ αὐτὴ καθαρὰ καὶ ὀλίγον ὑπομαραινομένη, εὐδίαν σημαίνει. εἰ δὲ δύο ἢ τρεῖς, χειμῶνας δηλοῦσιν. ἀλλ' ἐὰν μὲν ὑπόπυρροι φαίνωνται καὶ διασχιζόμεναι, μετὰ σφοδρῶν ἀνέμων, δηλοῦσι χειμῶνας. εἰ δὲ ζοφώδεις καὶ παχεῖαι, τοὺς μετὰ χιόνος δηλοῦσι χειμῶνας. εἰ δὲ ὑπόχλωροι ἢ μέλαιναι ἢ περισχιζόμεναι, ἀμφοτέρους σημαίνουσι τοὺς χειμῶνας, τούς τε μετὰ ἀνέμων καὶ χιόνος. ὅσον δὲ πλείονες ἅλως συνιστάμεναι φαίνονται, τοσοῦτον καὶ μείζονες προδηλοῦνται χειμῶνες.* Senec. *Quaest. nat.* I, 2, 8: *— Coronae quum dilapsae sunt aequaliter, et in semet ipsis evanuerint, significatur aëris quies: est omnium tranquillitas et tunc aquam expecta. Quum ab una parte cesserunt, illinc ventus est, unde finduntur. Si ruptae pluribus locis sunt, tempestas fit. Quare id accidat, ex his quae iam*

*) Videtur etiam alia subesse causa, cur aërem *ὁμαλῇ* tamquam coronae conditionem requirat Aristoteles, quippe cum bonae areae prima sit conditio *ὁμαλότης*. Inde Theophrastus *Histor. plant.* IX, 3, 1, p. 287: *ὅταν κατασκευάσωσιν ὁμαλῇ τόπον, ὥσπερ ἅλω ποιήσαντες .....*

Digitized by Google

cupiens, intelligi potest. Nam si facies universa subsedit, apparet temperatum esse aëra, et sic placidum. Si ab una parte intercisa est, apparet inde aëra incumbere, et ideo illa regio ventum dabit. At cum undique et concerpta et lacerata est, manifestum est a pluribus partibus in illam impetum fieri, et inquietum aërem hinc atque illinc adsilire. Itaque ex hac inconstantia caeli tam multa tentantis, et undique laborantis, futura tempestas ventorum plurium apparet. — σημεῖον i. q. ἐπισημασία. Secundum Aristotelem *Probl.* XXVI, 12, p. 941, b ἐπισημαίνειν est μεταβολὴν τοῦ ἀέρος ποιεῖν, uti latinum *significare* v. c. apud Columellam IX, 2: *Siderum occasus tempestates facit, interdum tantum significat.* Cfr. de utroque verbo et de substantivis inde derivatis ἐπισημασία et *significatio* Harduin. ad Plin. *Hist. nat.* XVIII, 64, p. 512. Ideler *Handb. der Chronolog.* Tom. I p. 315. — καὶ μαράνσεις pro ἢ μαράνσεις F., qui deinde praebet ἐὰν γὰρ μηκέτι καταμαρανθῇ et ἀπολαβεῖν pro ἀπολαμβάνειν. — Articulum ante αὐτῆς omittunt F. P. ἑαυτῆς pro αὐτῆς H. N. Alex. fol. 115, b. A. Vic. B. P. — ὕδατος σημεῖον εἰκότως ἐστίν inverso ordine verborum F.

4. δέ pro γάρ statim ab initio F. — μέλανει pro μέλαινα A. B.

5. ὅτι pro ὅσῳ Ol. Aldi fol. 51, b, qui omittit ἡ χωρία. — γένηται pro γίνηται N. Ol. — διάστασις pro διάσπασις F. Ol., qui tamen in commentario nostram lectionem tuetur.

6. ἀπομαραινομένης Vic. typothetae, ut videtur, errore. — εἰ γὰρ μὴ δὲ διέκειτο (supra posito ἔχει) πως F. διέκειτο habet etiam Ol. fol. 52, a, quod nescio an verum sit. — τοῦ ἐναπολαμβανομένου θερμοῦ sc. ὑπὸ τῆς ἀτμίδος καὶ τῆς ἀναθυμιάσεως. Bene enim Vicomercatus: Cum autem aequaliter dilabitur, et in semet ipso evanescit, serenitatis ob hanc causam indicium esse ait, quo declaretur, vaporem a calida et sicca exhalatione nondum esse separatum, aëre videlicet interceptum calorem, quia adhuc validus sit, vinocre non valente, nec item in aqueam concretionem densari. — ἔρχηται pro ἔρχεσθαι E. — πύκνωσιν ὑδάτων pro π. ὑδατώδη Ol. —

Digitized by Google

ὁ ἀὴρ (supra posito ἡ ἀσπὶς) ἀποκέκριται τῆς ξηρᾶς καὶ πυρώδους ἀναθυμιάσεως F. ἀπὸ τῆς ξηρᾶς κ. π. E. H. N. A. Vic. B. — ὡς pro πῶς E.

7. ὑπὸ τῆς σ. ἀχλ. pro ἀπὸ τῆς σ. ἀχλ. Olymp. fol. 52, a. — Articulum ante ἴρις omittunt F. Alex. fol. 116, a. Vic. B. P. — ἀνάγκη κύκλον εἶναι F. ἀναγκαῖον κύκλον εἶναι recepimus ex E. Alex. (qui typothetae errore κυκλουμένης habet pro κύκλου μέρος) A. Vic. B. P. — Bekk. cum reliquis κύκλον ἀναγκαῖον εἶναι. — γραμμαῖς pro γραμμῆς N. — γραμμαὶ pro γραμμῆς ἀεὶ Ol.



8. ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου addite αὐτοῦ F. — ἡ τὸ $\overline{\delta\beta}$ pro ἡ τὸ $\overline{\alpha\delta\beta}$ P. — τε post αὖται omittit E. — αἱ πρὸς τῷ $\overline{\beta}$ H. — Verba οἷον αἱ $\overline{\gamma\beta}$, $\overline{\zeta\beta}$, $\overline{\delta\beta}$, quae re vera superflua sunt, desunt in E. Alex. fol. 116, a. A. Vic. B. Unde delenda videntur. — ἡ τὸ $\overline{\alpha\varepsilon\beta}$ F. — ἴσα καὶ ὅμοια Alex. A. Vic. B. — ἐπὶ τῆς $\overline{\alpha\varepsilon\beta}$ ἴσης transpositis verbis F. καὶ γὰρ ἐπ' ἴσης τῆς $\overline{\alpha\varepsilon\beta}$. ἤχθωσαν δέ et q. s. P. — δέ pro δή post ἤχθωσαν F. B. — ἡ τὸ $\overline{\delta}$ pro ἡ τὸ $\overline{\delta\varepsilon}$ N. —

9. ἴσαι δὲ αὖται F. N. Alex. fol. 116, a. P. — ἐν ἑνὶ ἐπιπέδῳ πᾶσαι, videlicet in eodem plano $\overline{\gamma\delta\varepsilon\zeta}$, quod est nubis. Additur autem mox mathematicum argumentum, quia in eodem puncto $\overline{\varepsilon}$ eiusdem lineae $\overline{\alpha\beta}$ perpendiculares sunt. Cfr. Euclid. *Element.* XI, 5. — ὀρθήν pro ὀρθάς F. P. — ἔστι pro ἔσται F. N. — ἀναγραφομένη pro simplici γραφομένη, ad quod ex § 7 repetendum γραμμή, H. N — Seneca *Quaest. nat.* I, 2, 2 aliam protulit causam, cur rotunda sit halo, quam a Stoicis recepisse videtur: *Quum in piscinam lapis missus est, videmus in multos orbes aquam discedere, et fieri primum angustissimum orbem, deinde latiorem, ac deinde alios maiores, donec evanescat impetus, et in planitiam immotarum aquarum solvatur. Tale quiddam cogitamus fieri etiam in aëre, quum epissior factus, plagam sentire potest; hunc*

Digitized by Google

solis aut lunae vel cuiuslibet sideris incurrens recedere illum in circulos cogit. Nam humor et aër et omne, quod ex ictu formam accipit, in talem habitum impellitur, qualis est eius, quod impellit. Omne autem lumen rotundum est: ergo et aër in hunc modum, percussus lumine, exibit. Adde I, 2, 7. Bene monuit ad l. l. Ruhkopfius in explicatione originis cometarum similia docuisse Stratonem (Stob. *Eclog. phys.* I, 29, p. 578), multosque saepenumero eodem usos esse exemplo, veluti Vitruvium V, 3 aliosque. — Cum notissimum sit catoptrices theorema, angulos incidentiae et reflexionis esse aequales, quod hac in re fieri nequit, cum non sit $\overline{\beta\gamma\varepsilon} = \overline{\alpha\gamma\varepsilon}$, $\overline{\beta\delta\varepsilon} = \overline{\alpha\delta\varepsilon}$, $\overline{\beta\zeta\varepsilon} = \overline{\alpha\zeta\varepsilon}$, quia $\overline{\gamma\beta}$, $\overline{\delta\beta}$, $\overline{\zeta\beta}$ lineae, quamvis inter se aequales, inaequales tamen sint lineis $\overline{\alpha\gamma} = \overline{\alpha\delta} = \overline{\alpha\zeta}$, cum praeterea suppositum sit ab Aristotele, perpendicula $\overline{\gamma\varepsilon} = \overline{\delta\varepsilon} = \overline{\zeta\varepsilon}$ intra ipsa triangula $\overline{\alpha\gamma\beta}$, $\overline{\alpha\delta\beta}$, $\overline{\alpha\zeta\beta}$ cadere neque incidere in basis $\overline{\alpha\beta}$ prolongationem (quod accidat necesse est in triangulis, quae obtusum habent angulum), Vicomercatus p. 315, ut haec quoque explicaret, in mirum incidit errorem, cum supponeret, a speculo quidem plano angulos reflexionis et incidentiae aequales fieri, cum radius rectus et reflexus fuerint aequales, sed a speculo obliquo aequales angulos fieri posse, etsi radiorum alter longitudine alterum vincat. — ἔστω δέ iterum mutato δή in δέ F. H. Vic. P. ἔστω $\overline{\delta}$ B. — Post ἥλιον addit ὧδε E, ubi versus quatuor patent diagrammati.

10. δεῖ δὲ μὴ ἐννοεῖν F. perperam: intellige continua ita, ut unum quasi speculum efficiatur, quod in innumeras particulas dividi possit. Tale enim est, quod dicitur συνεχές. cfr. *Phys.* III, 1. V, 3. VI, 1. — σμικρότητα F. H. N. P. — δοκεῖν loco verbi finiti F.

11. φαίνεται δή mutato δέ in δή F. — Facimus deinde cum Vicomercato, qui verba πρὸς τῇ γῇ ..... στάσιν φανερόν iure posuit post ea, quae sequuntur: παρὰ δὲ τοῦτο ..... μελαντέρα. In omnibus codd. et edit. loco suo pulsa sunt. — διὰ τοῦ νηνεμώτερον εἶναι E. Dubium maxime hoc videtur, quod de loco tradit, in quo halo seu

Digitized by Google

corona appareat. Nam nubes in loco superiore concrescunt, in media videlicet aëris regione, vaporibus frigidis plena, radiorum nimirum solis reflexum non sentiente: loca item inferiora, ac terrae propiora, non minus, imo magis, quam superiora ventis agitantur, unde etiam tradidit in altissimis montibus ventos non esse (*Meteor.* I, 3, 17, ibiq. Comment. Vol. I p. 354. et not. ad Exc. III, 2, 1. Vol. II p. 114). Falsa igitur et conclusio et conclusionis probatio, seu causa allata videtur esse, cum halo in nube appareat et prope terram validiores sint venti. An nubes, quamquam in illa media aëris frigidi regione plurimum cogantur, interdum tamen et inferius fiunt, vapore in eas ob aliquam antiperistasin coacto, quo modo etiam prope terram gignuntur, in quo vento quoque sedato, ad aliquod tempus perseverant. Venti autem, etsi in altissimis montibus non spirent, paulo tamen infra, ubi nix et pluvia oriuntur, aërem agitant, calida exhalatione, quae illorum est materia, cum frigido illo et denso aëre decertante, in inferius detrusa. Atque haec est agitatio, quae in loco illo sempiterna est, interdum, cum videlicet vehemens est, et materia multa suppetit, ad terram usque, hoc est loca plana et humilia, descendit, interdum infimam mediae illius aëris regionis partem non praetergreditur, calore potissimum solis, cuius radii reflexi eo usque pertingunt, exhalationem dissolvente. Unde nobis interdum montes conscendentibus, cum aërem quietum ad illorum radices habuissemus, omnia ventis agitata versus eorum medium ac summitates deprehendimus. Ita fit, ut loca terrae propiora minus ventis infestentur, quam superiora. Superiora autem dico, non omnia, sed quae paulo infra altissimorum montium summitates habentur. Et huius quidem dubitationis solutio haec esse potest, non ea quam quidam attulerunt, nempe in inferiore mediae regionis parte aream seu coronam fieri, quia illa minus ventis agitetur, quam superior, atque etiam suprema aëris regio. Illam enim supremam caeli motu agitari, mediaeque regionis partem superiorem illum motum participare, ita perenniter moveri. Sed illam supremi aëris agitationem, ventum sive πνεῦμα

Digitized by Google

Aristoteles nunquam vocavit, neque re vera ventus est, nisi ventum aërem agitatum esse contra Aristotelis sententiam dicamus *). Media autem aëris regio tota in perpetuo, ob eam, quae dicta est, causam motu versatur: quem motum calida exhalatio sursum contendens, et deorsum pulsa, nunquam non efficit: quod sane experiuntur, qui montes adscendunt. Cum enim in locis humilibus et ad montium radices nullum ventum sentiant, ubi illos adscendere incipiunt, aërem ventis agitatum inveniunt. Et haec satis de areae loco. Sed illud advertendum, haec, quae de eius loco scribuntur, in exemplari Graeco illis inserta esse, quae de eius colore candido et nigro proxime sunt tradita, nempe inter ea, quae de eius colore candido, et ambitu nigro dicebantur. Quae lectio cum obscurior esset, idque a scriptoribus imperitis fortasse insertum putassent, huius loci interpretes quidam eam immutaverunt, ut suo loco omnia posuerunt, quorum sententiam probavimus. Vicomercatus. — *φανεράν* pro *φανερόν* F. A. V. B. P. — *μελανωτέρα* pro *μελαντέρα* H. N.

12. *δείκνυνται* pro *γίνονται* F. — *γίνεται* pro *γίνονται* E. N. Alex. fol. 116, a. A. Vic. B. P (qui *διά* ante *τὰς αἰτίας* omittit). — *σημειῶδες* pro *σημειώδεις* A. Vic. P. — *μονίμους* pro *γονίμους* Alex. fol. 116, a: at fol. 117, a vulgatam tuetur lectionem: *παρὰ δὲ τοὺς ἄλλους ἀστέρας γίνεσθαι μὲν καὶ αὐτός φησιν ἅλως. οὐ μὴν σημειώδεις αὐτὰς ὁμοίως εἶναι ἢ ὑετῶν, ἢ εὐδίας, ἢ ἀνέμων, ὧν προεῖπε σημεῖα τὰς ἅλως εἶναι ἢ πυκνουμένας, ἢ μαραινομένας, ἢ διασπωμένας, ὅτι ἀπὸ συστάσεων ἔτι λοιπῶν γίνονται καὶ οὔπω γονίμων, τουτέστιν οὔπω πεπυκνωμένων, μηδ' εἰς ὕδωρ μεταβαλλουσῶν.* At *μονίμους* legunt etiam A. vetus interpres apud P. qui stabiles vertit.

*) Quod minime contra Aristotelis stat sententiam, uti exposuimus in Comment. ad I, 13. Vol. I p. 446. II, 4, p. 542 sqq., quamvis propter ventorum theoriam male intellectam Wakefieldus, qui impudentiae et scelestae libidinis optimos interpretes accusare non erubuit, et ad taedium usque detrectationes suas repetiit, Aristotelem somniatorem vocare non dubitaverit ad Lucret. VI, 685.

Digitized by Google

CAPUT QUARTUM.

Capite hoc et sequenti quomodo iris fiat declarat, quando appareat, cur dimidiam tantum circuli partem efficiat, exponit et reliqua, quae huc pertinent, persequitur. Non sine voluptate quadam perlegos decem, quae in *Anthолog. latin.* Burmanni V, 17 reperiuntur, scholasticorum poëtarum de iride tetrasticha longiora, quam quae huc transscribi possint: et elegantem arcus caelestis descriptionem in *epist.* 44 Magni Basilii ad Gregor. Nyssen. Addatur Ammianus Marcellinus XX, 11 p. 282 sq., qui plures quam tres colores enumerat: luteum, flavescentem sive fulvum, puniceum, purpureum et postremum ex caeruleo et viridi concretum. Quae de iridis origine proponit, ea prorsus inepta sunt. Iridis caelestis descriptionem, de eius origine et coloribus disputationem, deprehendis etiam apud Galenum, qui dicitur, *hist. philos.* Vol. XIX p. 289 sqq. — Paulo difficiliora sunt, quae de iride disserit Aristoteles; ingeniosi tamen interpretis vices egit Vicomercatus, quem in plurimis secuti sumus. Iuvat etiam adire librum Fleischeri, *de Iridibus doctrina Aristotelis et Vitellionis certo modo comprehensa* Viteberg. 1571. 8.; Bergmanni dissertationem *de arcus caelestis explicationibus* in *Opuscul. physic. chemic.* Vol. I (Lips. 1788. 8.) p. 314 sqq. et Alexandri Piccolominei *tractatum de Iride, in quo quam plurima tum Aristotelis, tum etiam Alexandri Aphrodisiensis ac Olympiodori dicta dilucidantur*, qui reperitur in libro inscripto: *Alexandri Aphrodisiensis in quatuor libros Meteorologicorum Aristotelis commentatio* Alexandro Piccolomineo interprete. Venet. apud Hieronym. Scot. 1548. fol. 51 sqq. — Valde dolendum est, quod nihil nobis de Democriti Abderitae opinionibus ad iridem et optica in atmosphaera phaenomena spectantibus sit servatum. Scripsit enim is philosophus auctore Diogene Laërtio IX, 7 duos libros, in quibus de opticis disciplinis disserit: ἐκπυρώσεις et ἀκτινογραφίην. Quorum operum quod priore loco commemoratum est, quamvis Chrysosto-

Digitized by Google

mus Magnenus (*Democritus reviviscens* p. 18) nil nisi explicationes mathematicas continuisse affirmet, optici tamen argumenti fuisse non dubitamus cum Fabricio (*Biblioth. gr.* Tom. II p. 638 ed. Harles) ad Vitruv. VII *praef.* provocante, Montucla (*Histoire des mathématiques* Tom. I p. 141), Wilde (*Ueber die Optik der Griechen.* Berl. 1832. 4. p. 4). — Anaximenis theoriam servavit nobis Theon ad Arati *Diosem.* 208, p. 348 ed. Buhle: *τὴν ἶριν Ἀναξιμένης φησὶ γίνεσθαι, ἡνίκα ἂν ἐπιπέσωσιν αἱ τοῦ ἡλίου αὐγαὶ εἰς παχὺν καὶ πυκνὸν ἀέρα. ὅθεν τὸ μὲν πρότερον αὐτοῦ τοῦ ἡλίου φοινικοῦν φαίνεται, διακαιόμενον ὑπὸ τῶν ἀκτίνων. τὸ δὲ μέλαν κρατούμενον ὑπὸ τῆς ὑγρότητος καὶ νυκτός φησι γίνεσθαι τὴν ἶριν ἀπὸ τῆς σελήνης, ἀλλ' οὐ πολλάκις διὰ τὸ μὴ πανσέληνον εἶναι διὰ παντός, καὶ ἀσθενέστερον αὐτὴν φῶς ἔχειν τοῦ ἡλίου.* Nisi ante verba: *καὶ νυκτός φησι* et q. s. Aristotelis nomen excidit, hunc plura ab Anaximene mutua sumpsisse patet. Addit *Schol.* Arati l. l. p. 210: *Μητρόδωρος δὲ τὴν ἶριν αἰτιολογῶν φησίν, ὅταν ἐξ ἐναντίας τῷ ἡλίῳ ἑνστᾷθῇ νέφος πεπυκνώμενον, τηνικαῦτα ἐμπιπτούσης τῆς αὐγῆς τὸ νέφος κυανοῦν διὰ τὴν κρῆσιν γίνεται, τὸ δὲ περιφαινόμενον τῇ αὐγῇ φοινικοῦν, τὸ δὲ ὂν κάτω λευκόν. τοῦτο εἶναι ἔθεσαν ἡλιακὸν φῶς. Ἀριστοτέλης δὲ κατοπτικὴν* (corr. *κατοπτρικὴν*) *ἐποιήσατο ἔμφασιν. πέφυκε γὰρ τοῦτο ἄσσειν τὴν ὄψιν προσπίπτουσαν τοῖς λείοις σώμασι καὶ κατακλωμένην καὶ ἀνακλωμένην. τοιοῦτον δὲ εἶναι τὸν ἀέρα καὶ τὸ ὕδωρ. ἐπὰν τοίνυν ἀντικρὺ τοῦ ἡλίου νέφος συστῇ, συνεστὼς κατὰ ῥανίδα, ἐγγίνεσθαι τὴν ὄψιν καθ' ἑκάστην ῥανίδα, καὶ τὴν ἐπὶ τὸν ἥλιον ἀνάκλασιν ἴσχειν. δόξαν δ' ἐμποιεῖν τοῦ συνεχοῦς εἶναι τὰς ἐμφάσεις, κἂν ὁπόσην ἔχωσι διάστασιν διὰ τὸ ἀφ' ἡμῶν ἐπ' ἐκείνους τοὺς τόπους διάστημα.* Ansam huic disputationi dederunt versus Arati:

> *Πολλάκι δ' ἐρχομένων ὑετῶν νέφεα προπάροιθεν*
> *Οἷα μάλιστα πόκοισιν ἐοικότα ἐνδάλλονται·*
> *Ἤ διδύμη ἔζωσε διαὶ μέγαν οὐρανὸν ἶρις.*

Eadem ex Arato repetita prostant in *Geoponic.* I, 1, p. 18: *ἶρις δὲ διπλῆ φανεῖσα ὄμβρον δηλοῖ.* Qua in re, si non

Digitized by Google

ipsum Aristotelem, certe auctorem habuit eius discipulum Theophrastum *de sign.* I, 22, p. 788: ὅταν ἶρις γένηται, ὕδωρ σημαίνει· ἐὰν τε πολλαὶ ἶριδες γένωνται, ὕδωρ ἐπὶ πολύ. Cfr. Homer. *Il.* ρ', 547 sqq.:

ἠΰτε πορφυρέην ἶριν θνητοῖσι τανύσσῃ
Ζεὺς ἐξ οὐρανόθεν, τέρας ἔμμεναι ἢ πολέμοιο,
ἢ καὶ χειμῶνος δυσθάλπεος, ὅς ῥά τε ἔργων
ἀνθρώποις ἀνέπαυσεν ἐπὶ χθόνι, μῆλα δὲ κήδει.....

Tibull. I, 4, 43:

Quamvis praetexens picea caligine caelum
Venturam admittat imbrifer arcus aquam.

Ovid. *Metamorph.* I, 271:

Concipit arcus aquas. — — —

Inde explicandi sales Plautini (*Curcul.* I, 2, 41):

— Taceo, ecce autem bibit arcus; pluet
Credo hercle hodie.

Adde Voss. ad Virg. *Georg.* I, 380, p. 170 et coll. Plin. *Histor. nat.* II, 59: *Arcus vocamus, extra miraculum frequentes et extra ostentum. Nam ne pluvios quidem, aut serenos dies, cum fide portendunt.* Senec. *Quaest. natur.* I, 6, 1: *Non easdem* [arcus], *undecunque apparuit, minas affert. At meridie ortus magnam vim aquarum vehet. Vinci enim non potuerunt valentissimo sole; tantum est illis virium. Si circa occasum refulsit, rorabit et leviter impluet. Si ab ortu circave surrexit, serena promittit.* Aliter quam Graeci ac Romani statuebant Hebraei (vid. *Genes.* IX, 13. *Ps.* LXXXIX, 38. *Ezech.* I, 28), quibuscum nostri consentiunt agricolae. De origine ac natura iridis saepenumero disputavit ἐν παρόδῳ Plutarchus, quem cfr. *de Isid. et Os.* p. 358, F. *Amator.* p. 765, E. *de fac. in orb. lun.* p. 921, A. — Cum physici veteres bene phaenomenis κατ' ἔμφασιν adnumerarent irides, populus tamen aliquid sibi conspicere visus, quod re vera existeret et admiratione fulgoris et colorum captus, miras nugas commentus est, quod et nostra aetate agricolae facere solent. Ita putabant plantas, quibus extremae iridis partes superstructae fuerint miro fragrare odore, quam opinionem

Digitized by Google

superstitiosam saec commemoraverunt Theophr. *de caus. pl.* VI, 17, 7. Plin. XXI, 7, 18. XII, 24, 52 et Plut. *Quaest. Symp.* IV, 2, p. 714, praeeunte ipso Aristotele *Hist. an.* V, 22 p. 553, b, *Problem.* XII, 3, p. 906, b, qui ne tales quidem aliquando fabellas adspernatus est, cum dicat in eius modi locis mella frequentissime reperiri. Quasi non aliasi quisque iridem conspiceret! *) — De iride haec leguntur apud auctorem libri *de mundo* c. 4 p. 395, a: *συλλήβδην δὲ τῶν ἐν ἀέρι φαντασμάτων τὰ μέν ἐστι κατ' ἔμφασιν τὰ δὲ καθ' ὑπόστασιν· κατ' ἔμφασιν μὲν ἴριδες καὶ ῥᾶβδοι καὶ τὰ τοιαῦτα, καθ' ὑπόστασιν δὲ σύλα τε καὶ διάττοντες καὶ κομῆται καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια. ἶρις μὲν οὖν ἐστιν ἔμφασις ἡλίου τμήματος ἢ σελήνης, ἐν νέφει νοτερῷ καὶ κοίλῳ καὶ συνεχεῖ πρὸς φαντασίαν ὡς ἐν κατόπτρῳ θεωρουμένη κατὰ κύκλου περιφέρειαν* **). — Caput in editione B. inscribitur *περὶ ἴριδος, ποία*

*) Obiter aliam rem tangamus. Apud Stobaeum *Eclog.* I, 31, p. 612 verba leguntur: *Πλάτων φησὶ* (*Theaetet.* Tom. II p. 76 ed. Bip.) *θαύμαντος αὐτὴν* [*τὴν ἶριν*] *γενεαλογῆσαι τοὺς ἀνθρώπους διὰ τὸ θαυμάσαι ταύτην.* (cfr. David. ad *Categor.* p. 19, a Brand.) Quod genus genealogiarum exposuit Ilgen. ad Homeri *Hymn.* p. 229. Exemplis a me in *Meteor. vet.* VI, 28. not. 27, p. 143 (cfr. *Addend.*) laudatis adde Athenaei locum I, 6, p. 15 Schw. *Καλλιφάνης ὁ τοῦ Παραβρύχοντος κληθείς.* Buttmann in *Mus. der Alterthumsw.* II, p. 380 sqq. Petersen in censura libri mei (*Allg. Litt. Zeit.* 1833. *Dec. nr.* 211 p. 466), cum miraretur me nullum, praeter Diodori Siculi (III, 50, p. 218 sq.) locum, ad phaenomenon, quod secessiores Fata Morgana vocant, pertinentem afferre potuisse (accedat nunc Olymp. fol. 52, b. cfr. *Exc.* ad III, 4, 4), coniecturam proposuit, Thaumantem, Iridis patrem (cfr. etiam Hesiod. *Theog.* v. 237. Apoll. I, 2) huc spectare, qua in re prorsus adsentio viro doctissimo.

**) Quam saepenumero in commentariis nostris proposuimus coniecturam, librum *de mundo* a stoico quodam philosopho conscriptum esse, eam et h. l. stabilire videtur comparatus cum verbis Senecae *Quaest. nat.* I, 3, 12, *quo dubium esse nulli posse* ait, *quin arcus imago solis sit roscida et cava nube suscepta.* Quodsi perpendimus Senecam multa a Posidonio mutua sumsisse, et Scholia ad Aratum, ubi meteorologica spectant phaenomena, fere omnia hausisse ex Posidonio (verba nostra cum iis, quae adscripsimus ex Schol. ad Arat. *Diosem.* 79 ad III, 2, ad verbum tenus congruunt), a veritate non

Digitized by Google

τις ἀνάκλασίς ἐστι, καὶ πῶς καὶ διὰ τί ἔκαστα γίνεται τῶν περὶ αὐτήν, οἷον χρώματα, καὶ πῶς τῆς ἄλω διαφέρει.

1. ποῖα δέ τις Vic. — περὶ αὐτήν F. quod, nisi is solus haberet, fortasse non esset contemnendum. —

2. Totum locum vertit Seneca *Quaest. nat.* I, 3, 7 sq.: *Aristoteles idem iudicat: „Ab omni, inquit, inaequalitate aeris radios suos replicat. Nihil autem inaequius aqua et aëre. Ergo etiam ab aëre spisso visus noster in nos cedit. Ubi vero habes et infirma est acies, quolibet aëris ictu deficit. Quidam hoc genere valetudinis laborant, ut ipsi sibi videantur occurrere, ut ubique imaginem suam cernant. Quare? quia infirma vis oculorum non potest in proximum quidem sibi aërem prorumpere, sed resistit.“ Itaque quod in aliis efficit densus aër, in hic facit omnis. Satis enim valet qualicumque ad imbecillem aërem repellendum: longe autem magis visum nostrum nobis remittit, qui crassior est et pervinci non potest, sed radios luminum nostrorum moratur, et eo, unde exierint, reflectit.* — Quodsi veteres novissent interdum in nubibus peregrinatores umbras observasse corporum suorum, caput corona irideis coloribus fulgente cinctas, quod viderunt Bouguer (*Mémoires de l'Académie de Paris* 1744.), Macfait (*Edinburgh Essays* Vol. I p. 198) aliique, tale phaenomenon huc trahere non dubitassent. — μέν ab initio omittit F. — πυκνώσεως pro συστάσεως F. P. τῷ pro τινι F.

abhorrere videbitur, Posidonium huius de mundo libri esse auctorem. Qui, ut Peripateticorum, imprimis Aristotelis (a quo auctor multis in locis dissentit) ingenio prorsus est alienus, ita Posidonii, quantum quidem licet coniicere ex fragmentis, quae hodie supersunt, mirum quantum convenit. Quin vero eundem esse cogitemus ac μετεωρολογικὴν στοιχείωσιν sive, ut alibi vocatur, μετεωρολογικῶν ἐξήγησιν, laudatam Diogeni VII, 138, et in compendium redactam a Gemino, cuius fragmentum servavit nobis Simpl. ad Arist. *Phys.* p. 64 sq., id unum quam maxime vetat, quod necesse est, maioris ambitus illa opus fuerit. At ipsius liber Posidonii περὶ κόσμου eidem scriptori laudatur VII, 142, unde nulla relinquitur dubitatio. Quidquid dicat Weissius mihi saltem nunquam persuadebit, librum, de quo diximus, Aristotelis, aut, si mavis, unius ex proximorum discipulorum cohorte, esse foetum.

Digitized by Google

τινὶ Θασίῳ pro τινί legit Sext. Empiric. p. 23 ed. Fabric. — Antipherontis nomen fuisse illi viro, contendunt Alexander et Olympiodorus, non nisi patria differentes. At Victorius *Var. Lect.* XXV, 22, p. 404 (Florent. 1553 fol.) abunde docuit, petitum esse illud nomen ex loco male intellecto *de memoria* c. 1. p. 451, a: ubi de Antipheronte Orita, animo quidem imbecillo, non oculis loquitur Aristoteles. Stetit a parte interpretum Mercurialis *Var. Lect.* V, 7, qui refutatum ibat, infirmitate oculorum laborantes imaginem suam ubique posse conspicere. Etiam Vicomercatus p. 319 probat suppositionem interpretum, eundem fuisse et hunc hominem et Antipherontem illum Oritam. Addit deinde: *Quamquam hoc admirandum videtur fuisse, tamen Aristotelis referentis et interpretum comprobantium auctoritas, ut credamus, nos movet. Cum praesertim Vitellio libro decimo perspectivae, cuidam noto sibi id ipsum quadam nocte evenisse testetur. Illum enim, cum antea per multos dies insomnis fuisset, noctu equitantem imaginem suam, hoc est, virum alium secum equitantem vidisse, qui sane vir eadem omnia ageret, quae ille agebat: tum flumine traiecto, ubi illum vidisset, mox ubi ad aërem serenum et perspicuum venisset, imaginem illam evanuisse.* Cfr. etiam Schneider. *Eclog. phys.* Tom. II p. 240 sq.

3. ὁ ante πλησίον ἀήρ omittunt F. P. — ἠδύνατο F. H. Alex. fol. 117, a. Olympiod. 52, a. Vic. P. — ὥσπερ ὁ πόρρω καὶ ὁ πυκνός F. ὥσπερ οἱ πόρρω Ol. 52. a.

4. Furlanus, ex insula Creta oriundus (ad Theophrast. p. 121) phaenomenon, de quo agit Aristoteles, ita describit: *Affecto aëre aut a terrae vaporibus exhalationibusque matutinis aut a vento aliquo, aliter atque aliter a longe intuentibus apparent promontoria. Saepe videas ea in longum protensa acutioribusque angulis nonnumquam ita a mari revulsa, ut in aquas pendere videantur: aliquando obtusis angulis atque contractis, saepe etiam altiora atque maiora quam sint. Flantibus auris matutinis* *), *quae a*

*) Diximus de auris matutinis *Meteorol. veter. Gr. et Roman.* III,

Digitized by Google

terra sunt, aëreque non multum caligine obscurato, in longum protenduntur promontoria: austris vero eurisve a terra flantibus, revelluntur et tamquam suspensa apparent, mari tamen placido et tranquillo: hoc vero turbato iisdemque flantibus, maiora et altiora apparent: accidit etiam, ut mari turbato a ventis, qui promontorio sint oppositi, si paulo turbidiores sint, angulis obtusis ac latioribus promontoria videantur, quod nos aquilonibus persaepe spirantibus observavimus caelo aliquantum obscuro ac nubilo. Plura huc pertinentia composuit Schneid. *Ecl. ph.* II, p. 241 sq. (adi Gilb. *Ann.* XVII p. 176 sqq. XX p 351. XXIII p. 372), quae quivis physices non ignarus innumeris fere aliis exemplis adpositis adaugere potest. Nos, qui ipsi phaenomenon in littore baltici maris prope Gedanum plus semel vidimus, huic rei ampliua non immorabimur. — διό pro διόπερ F. — θαλάσσῃ pro θαλάττῃ F. — ὅταν εὖροι πνέωσι. Cfr. *Problem.* XXVI, 53, p. 946, a: διὰ τί, ὅταν ὁ εὖρος πνεῦ, μεῖζω φαίνεται τὰ πάντα; ἢ ὅτι ζοφωδέστερον τὸν ἀέρα ποιεῖ; Idem etiam aliis in locis fit aliis ventis spirantibus, qui magnam humiditatis quantitatem secum advehunt, sicuti austro et africo in Helvetia (cfr. Al. ab Humboldt, *Mémoire sur l'accroissement nocturne de l'intensité du son* p. 12. *Voyage aux rég. équinox.* Tom. I p. 195. Gilb. *Annal.* XXX p. 104. Schübler *Grunds. der Meteorolog.* Lips. 1831. 8. p. 30). Quo etiam

13, p. 79, ubi laudavimus Theophrast. *de vent.* § 24. p. 767: αἱ τε ἀπὸ τῶν ποταμῶν καὶ λιμνῶν αὖραι καὶ ὅλως αἱ ἀπόγειοι πνέουσιν ἄνωθεν, ἀναψυχομένης τῆς ἀτμίδος διὰ τὴν ἀπόλειψιν τοῦ θερμοῦ· τὴν γὰρ αὖραν ταύτην αὐτὴν γίνεσθαι κατ' ὀλίγον εὔλογόν ἐστι, διά τε τἆλλα καὶ τὴν εὐδίαν. Occasione oblata alios quosdam locos, qui laudari poterant, adiiciamus, ac primum quidem Homer. *Odyss.* ε', 469: αὖρα δ' ἐκ ποταμοῦ ψυχρὴ πνέει ἤωθι πρό, deinde Maxim. Tyr. *dissertat.* XXXVI, 1: αὖραι δὲ ἐκ ποταμῶν ὥρᾳ θέρους ἀποπνέουσιν ἀνίψυχον αὐτοῖς τὰ σώματα, uti locum emendavit Wakef. ad Lucret. VI, 475, Schol. Soph. Aiac. v. 683, denique Lyd. *de mens.* IV. *Aug.* c. 3. p. 121: αὖραι καὶ αὐταὶ φύσεις ἀέρων τυγχάνουσιν οὖσαι καὶ οὐκ ἀλόγως ἄνεμοι καλοῦνται, ὅτε ἢ ἀπὸ λιμνῶν ἢ ποταμῶν φέρονται. ὅμοιοι δὲ τούτων εἰσὶ καὶ οἱ ἀπόγειοι, ὅταν εὐλόγως ἀέρος ἠρεμοῦντος τὸ κατάστημα καλεῖται νηνεμία.

Digitized by Google

spectat, quod post alios monet Alexander Aphrodisiensis *Problem.* I, 120, magis pellucidum esse aërem cessante pluvia ita, ut omnes res maiores et astra longe splendidiora nobis videantur. Eurus enim desinens in Graecia et Italia imbres afferre solet. Vid. Commentar. nostr. ad II, 6, 19, Vol. I p. 580. Similia his, quae de lumine diximus, de sono valere monuimus ad Exc. III, 4, 4, p. 124. — Caeterum, quomodo quae hac § dicta sunt, cum antegressis cohaereant et quid sibi velit illud δεύτερον, expositu difficillimum est, neque quidquam sani ea de re proponere valuerunt interpretes. Aristoteles enim antea de reflexione locutus est, quae fit a laevigatis corporibus, veluti aqua ac spisso aëre: et reflexionis quidem a concreto aëre exemplum attulit. Fortasse inter scribendum in mentem ei venit, quod sane propius erat, quam de reflexione cogitare, totum illud φαινόμενον, cuius mentionem fecerat, oculorum deceptui esse tribuendum, aliaque deinceps proferre voluit exempla, quibus probaret oculos saepenumero in talem incidere errorem, quamvis, quae attulit, non tam ad reflexionem luminis, quam ad refractionem pertineant. Quam interpretationis rationem fortasse veram esse, aliquis concludat ex verbis Senecae *Quaest. nat.* I, 3, 10: *Et quare quum unus color sit, imaginum diversus est? Ut et haec quae proposuisti refellam, et alia, quae non minus refellenda sunt, illud dicam oportet: nihil aeie nostra fallacius, non tantum in his, a quibus subtiliter pervidendis illam colorum diversitas summovet, sed et in his quoque, quae ad manum cernit. Remus integer in tenui aqua fracti speciem reddit. Poma per vitrum adspicientibus multo maiora sunt. Columnarum intervalla porticus longiores iungunt. Ad ipsum solem revertere: hunc quem toto orbe terrarum maiorem probat ratio, acies nostra sic contraxit, ut sapientes viri pedalem esse contenderent *). Quem velocissimum omnium esse scimus, nemo nostrum videt moveri* (Saturnum)*: nec ire crederemus, nisi appareret isse. Mun-*

*) Cfr. Commentar. ad I, 3, 2. Vol. I p. 332.

Digitized by Google

dum ipsum praecipiti velocitate labentem et ortus occasusque intra momentum temporis revolventem, nemo nostrum sensit procedere. Quid ergo miraris, si oculi nostri imbrium stillicidia non separant, et ingenti spatio intuentibus minutarum imaginum discrimen interit? Ut ne igitur tritis uteretur exemplis (cfr. Lucret. IV, 380 sqq. Sext. Empir. *Pyrrhonic. Hypotyp.* I, 119. Goerenz ad Cicero. *Acad. quaest.* IV, 7. Ruhkopf ad Senec. *Quaest. natur.* I, 6, 5, p. 45 sq.), exquisitiora quaedam proferre conatus est. Sed totam rem aliis diiudicandam relinquo, neque quidquam adde, nisi mihi videri nonnulla post § 3 excidisse, aut totam § 4 undequavis in textum irrepsisse, quod tamen antiquitus iam factum sit necesse est, cum verba, qualia nunc habemus, iam olim legerint Alexander et Olympiodorus. — *οἷον ὁ ἥλιος* F. *οἷον καὶ ἄστρα ἀνίσχοντα* H. N. De re vide quae notavimus ad Exc. III, 2, 1, p. 99. Tunc rubicunda ac fere punicea astra apparere solent. Adi *de sens. et sensili* c. 3. p. 440, a: *οἷον ὁ ἥλιος* (articulus itaque cum cod. F. h. l. fortasse retinendus) *καθ' αὑτὸν μὲν λευκὸς φαίνεται, διὰ δ' ἀχλύος καὶ καπνοῦ φοινικοῦς.* cfr. Commentar. ad I, 5, 3. Vol. I p. 378.

5. *καὶ ἀρχομένου* omissa praepositione F. — *ἢ ἀέρος* omisso *ἀπό* Olymp. fol 52, a. — *ἡ ψεκὰς συνισταμένων* inverso ordine verborum H. N. — *ψεκάς* habet etiam F. cfr. ad I, 9, 7. Vol. I p. 427. — *μᾶλλον εἶναι* F.

6. *εἴρηται πρότερον.* III, 2, 11. — *τὸ δὲ σχῆμα ἄδηλον.* Fuerunt, qui in singulis stillicidiis imaginem solis reddi dicerent, inter quos fuerunt Democritus, Epicurus (cfr. Diogen. Laërt. X, 48 — 51. Lucret. IV, 103 sqq.:

Sunt igitur tenues formarum dissimilesque
Effigies, singillatim quas cernere nemo
Quum possit, tamen assiduo crebroque repulsu
Reiectae reddunt speculorum ex aequore visum),

Posidonius, aliique Stoici. cfr. Senec. *Quaest. nat.* I, 5. I, 9. I, 3, 5: *Quidam ita existimant aroum fieri: dicunt in ea parte, in qua pluit, singula stillicidia pluviae cadentis, singula specula esse: a singulis ergo reddi imaginem solis:*

Digitized by Google

deinde multas imagines, imo innumerabiles et devexas, et in praeceps transeuntes confundi, itaque et arcum esse multarum imaginum solis confusionem. Eandem sententiam a Seneca deinde pluribus exornatam, sui temporis mathematicis tribuit Plutarchus *de Isid. et Osirid.* Vol. IX p. 127 sq. ed. Hutten. De Aristotelis sententia, quam is a Pythagoraeis repetiit cfr. Macrob. *Saturnal.* VII, 14. — *ἄρχηται ὕειν* exemplis illustravimus Comment. ad II, 4, 17, Vol. I p. 554, quibus adde *de generat. et inter.* II, 11, p. 338, b: *καὶ εἰ μὲν νέφος ἔσται, δεῖ ὗσαι, καὶ εἰ ὕσει γε, δεῖ καὶ νέφος εἶναι* et plenae locutionis *Phys.* II, 8, p. 198, b: *ὥσπερ ὕει ὁ Ζεύς.* Adde Larcher. ad Herodot. II, 13. Vol. II, p. 189 ed. nov. — *ψεκάδας* F. H. N. — *μήπω δ' ὕει* F. H. Alex. fol. 118, a. A. Vic. B. P. (qui maiore interpunctione post *ἀήρ* distinguit). — *λαμπρὸν οὕτως* inverso ordine verborum F. — Verba *πρὸς τὸ λαμπρόν..... γίνεσθαι* omisit pr. man. scriba codicis E., repetitione verbi *γίνεσθαι* deceptus. — *τε* omittunt F. H. N. Al. 118, a. A. Vic. B. — *οὐ σχήματος* pr. m. omisit E.

7. *ὄντων* pro *ἐνόπτρων* E. — *τούτων* pro *αὐτῶν* F. — *τοῦ αὐτοῦ ..... ἐνόπτρων* (§. 8.) margo F.

8. *τὸ ἑαυτοῦ* pro *τὸ αὐτό* H. N. *τὸ αὐτοῦ* Alex. fol. 118, a. Vic. — *εἰ ταῦτ' ἐνδ.* E. — *ἔχῃ τοῦτον* F. H. N.

9. *καὶ ἄλλως ἐχόντων* omissa negatione H. — Articulus ante *ἰρις* deest in N. Alex. fol. 118, a. A. Vic. B. (quae etiam articulum paulo post omittit) cfr. III, 3, 7. III, 4, 26. — *ἀλλ' ἡ μὲν ἐξ ἐναντίας ἀ. γ.* pro *διὸ καὶ ἐξ ἐναντίας ἀ. γ.* H. N. — *ἀεί* omittit Ol. fol. 53, b. — *ἡ δ' ἄλως ἀεί* addito adverbio H. — *ἀνάκλασις* pro *ἀνακλάσεις* Ol. fol. 54, a. — *περὶ αὐτήν* Alex.

10. Deest apud Aristotelem gravissima argumentationis pars ea, qua demonstrandum erat, iridem reflexione radiorum solis in nube fieri. Supponens enim eam alio modo fieri non posse, exposuit tantum, qualis sit illa reflexio. Seneca hunc defectum supplevit *Quaest. nat.* I, 4, 2 pluraque argumenta attulit arcus sic nascentis, inter quae ponit repentinam generationem et aeque subitam abolitionem. Deinde refert, adiecisse Artemidorum, quale sit speculum, a quo

Digitized by Google

solis imago reddatur, necesse sit: concava scilicet nubes, quod et ipse probavit Seneca *Quaest. nat.* I, 3, 12: *Illud esse dubium nulli potest, quin arcus imago solis sit, roscida et cava nube concepta.* — ἀλλ' ἡ μὲν τῇ τῶν χρ. π. H. N. γε prorsus omittit Olymp. — καὶ πόρρωθεν ἢ ἐγγύθεν Ol. fol. 54, a. — διαφέρει οὐθέν omisso γάρ E. διαφέροι A. Vic. (qui interpungit διαφέρει γὰρ οὐθὲν φοινικοῦν et ita etiam B.). — φοινικοῦν post μέλανι ponit F. φοινικοῦ N. διὰ τοῦ μέλανος μὲν φοινικοῦν Ol. fol. 54, a, qui tamen ipse in sequentibus tuetur verba ἐν τῷ μέλανι, quae omissa sunt. — De re cfr. ad I, 5, 2 sq. Vol. I p. 376 sq. — Nigrum nubis colorem potissimam esse causam punicei, qui in iride appareat, coloris iam Anaximenes tradiderat. cfr. Plutarch. *Plac. philos.* III, 5 (p. 83. ed. Corsini): Ἀναξιμένης ἶριν γίνεσθαι κατ' ἀὐγασμὸν ἡλίου πρὸς νέφει πυκνῷ καὶ παχεῖ καὶ μέλανι, παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὰς ἀκτῖνας εἰς τὸ πέραν διακόψαι ἐπισννισταμένας αὐτῷ. Origen. *Philosoph.* p. 65 ed. Wolf. Seneca *Quaest. nat.* I, 3, 1 etiam ἀνωμαλίαν nubium (vide Comment. ad III, 3, 2.) causam esse diversitatis colorum praedicat: [Nubes] *formam arcus discoloris efficiunt, quia aliae partes in nubibus tumidiores sunt, aliae submissiores: quaedam crassiores, quam ut solem transmittant; aliae imbecilliores, quam ut excludant. Haec inaequalitas alternis lucem umbramque permiscet, et exprimit illam mirabilem arcus varietatem.* — Caeterum cfr. quae de consensu Aristotelicae theoriae cum ingeniosa Goethii colorum originem explicandi ratione exposuit Trendelenburg ad Aristotel. *de anim.* II, 7, 1, p. 371 sqq.

11. ὃς ἔχει τὴν φλόγα ἐρυθράν H. N. — τῷ ante καπνῷ omittunt H. N.

12. χροιάν pro χρόαν H. N. Inter χρόαν et χροιάν ambigitur etiam *de sens. et sensili* c. 3, p. 439, a, ubi Bekk. ex quatuor codicibus inter septem collatos praetulit posterius. — γάρ in parenthesi omittit F. — Articulus ante ἄλω deest in E. H. N. ἄλλος pro ἄλω N.

13. μέν om. F. — Quam in verbis ἔτι δὲ περὶ.....

Digitized by Google

διαλύεται causam reddit, cur iris circa solem non appareat, eandem alii de coronis protulere, veluti Seneca *Quaest. nat.* I, 2, 10: *Hae coronae noctibus fere circa lunam et alias stellas notantur, interdiu raro: adeo ut quidam ex Graecis negaverint eas omnino fieri, quum illos historiae coarguant. Causa autem raritatis haec est, quod solis fortius lumen est, et aër ipse agitatus ab illo, calefactusque solutior est: lunae autem inertior vis est, et ideo quia facilis a circumposito aëre facilius sustinetur: aeque sidera caetera infirma sunt, nec perrumpere aëra vi sua possunt.* — διατριβὴ τοιαύτη συστάσεως Olymp. fol. 54, a. — ἐγγίνεταί τις χρόνος F. — Loco verborum τούτου γὰρ ..... αἱ ἄλῳ F. P. ἐπεὶ εἰ μὴ ἐγίνετο ἦν ἂν κεχρωματισμένη ἡ ἅλως.

14. De particulis νῦν δέ vide Commentar. ad I, 6, 7, Vol. I p. 388, ubi addas III, 4, 20. Herodot. III, 25. Xen. *Cyropaed.* III. 5. Thucydid. IV, 104. Aristophan. *Vesp.* 210. Matth. *Gr. gr.* § 607 laudat praeterea Platon. *Phaed.* p. 108, A. Isocrat. *Archidam.* p. 116, A. — συνίσταιτο pro συνίστατο Vic. B. P. — οἷα omittit E. — γένοιτ' ἀπὸ τοῦ ὕδατος F. — λέγομεν pro ἐλέγομεν E. F. N. — ὕλη pro ὅλη N. — ὥσπερ ἢ π. τ. λ. P. — Expressit hunc locum Seneca *Quaest. nat.* I, 2, 4: *In balneis quoque circa lucernam tale quiddam adspici solet ob aëris densi obscuritatem: frequentissime autem austro, quum caelum maxime grave et spissum est.* Cfr. Schneider ad *Eclog. phys.* Tom. II p. 243.

15. νοτίων ὄντων cfr. III, 6, 6: μᾶλλον ὁ παρήλιος ὕδατος σημεῖον τῶν ῥάβδων· μᾶλλον γὰρ συμβαίνει τὸν ἀέρα εὐεργῶς ἔχειν πρὸς γένεσιν ὕδατος. ὁ δὲ νότιος τῶν βορείων μᾶλλον, ὅτι μᾶλλον ὁ νότιος ἀὴρ εἰς ὕδωρ μεταβάλλει τοῦ πρὸς ἄρκτον. Locis in Comment. ad II, 4, 26, Vol. I p 557 compositis adde Valer. Flacc. II, 506: *nubifer Notus.* — Articulum ante ἶρις addit N. — Quod deinde ait μάλιστα ..... ἀναχλᾶται elucet etiam ex iis, quae disseruit *de generat. animal.* V, 1, p. 779, b. 781, a. *Humorem adventitium, adspectum infirmum reddere Hippocrates tradit* (*Aphorism.* Tom. III, p. 617) *cum dixit, Austros hebetare*

Digitized by Google

auditum et visum caliginosum reddere. Quod propterea eos facere inquit Galenus, quia cum calida et humida sint natura, caput sensuumque instrumenta plurima implent humiditate, ad motumque inepta reddunt, eadem sane causa, quam Aristoteles attulit (loco paulo ante laudato). *Cum igitur oculi humidi imbecillem aspectum faciant, aspectusque imbecillis celeriter reflectatur, et reflexu illo imbecillior fiat color, qui ad nigredinem accedit, videlicet purpureus, in aëre lumen ambiente apparet.* Vicomercatus. Potest addi locus Hippocratis *de morb. sacr. Opp.* Sect. III p. 91, 40 sqq. Foës., ubi de austro traditur: διαλύει ἐν οἷς ὑγρὸν ἔνεστιν. ἐστὶ δὲ ἐν παντί, ἐν μὲν τῷ πλέον, ἐν δὲ τῷ ἔλασσον. ἅπαντα δὲ ταῦτα αἰσθάνεται τοῦ πνεύματος τούτου· itaque etiam oculi. Addit deinceps: τὸν δὲ ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τὰ ἄστρα πολὺ ἀμβλυώτερα καθίστησι τῆς φύσιος [ὁ νότος].

16. De iride circa lucernas adi Theophrast. *de sign.* I, 13 p. 786: ὡς δ' ἐπιτοπολὺ ἶρις περὶ λύχνον ἢ διὰ λύχνου διαφαινομένη, νότια σημαίνει ὕδατα. — ἀπό τε τοῦ ἀέρος δι' ὑγρότητα E. — Quid sit λιγνύς explicat IV, 9, 42: ξύλων μὲν οὖν ἡ θυμίασις καπνός, κηροῦ δὲ καὶ λιβανωτοῦ καὶ τῶν τοιούτων καὶ πίττης καὶ ὅσα ἔχει πίσταν ἡ τοιαῦτα, λιγνύς. — Articulum ante φλογός omittit H. — καί ante μιγνυμένης deest in codice E. — ῥηγνυμένης pro μιγνυμένης prima manu F. — διὰ τὴν μελανίαν omisso καί H. — τὸ δὲ τοῦ λύχνου καὶ τῆς αὐγῆς φῶς H. N. τότε τοῦ λεχν. φῶς Alex. fol. 118, b. A. P.

17. Fromondus *Meteorolog.* VI, 4 laudat Iovian. Pontani versus, quos quamvis in re nota adscribimus:

Ac memini, dum castra sequor Mavortiaque arma,
Qua praeceps sese Tyburna rupe volutus
Fert Anio, multaque cadens aspergine sudat;
Fumosa fulgere super conspergine claram
Irin et aurato iacientem spicula cornu. —

τῶν ἀναπλωμένων pr. F. pro τῶν ἀναφερομένων. — τῷ δὲ χρώματι pro τὸ δὲ χρῶμα H. N. — φοινικῇ E. pro φοινικῆν. N. φοινικοῦν.

Digitized by Google

18. *μικροτέρων* pro *μικροτάτων* Alex. fol. 118, b. Vic. — *γίνεται καὶ ἐν ταῖς λεπταῖς ῥανίσιν* H. N. — *ῥαίνῃ* omittunt F. H. N. Alex. A. P. — Pro *εἰς*, quod sequitur, N. praebet *ἐάν*, H. *ἐὰν ᾖ*. — *τῇ θέσει* pro *τὴν θέσιν* H. N. — Articulum ante *ἥλιον* omittit F. — *ἀνέχῃ* pro *ἀνέχει* E. idemque mox *σκιάζῃ* pro *σκιάζει*.

19. *ἐντός* pro *ἐκτός* E. — *ὅπου* pro *ᾗ* margo F. — *ὁ τρόπος δέ* inverso ordine A. Vic. P. — *χώρα* pro *χρόα* Alex. fol. 118, b. A. Vic. qui intelligit de positione adversus solem. cfr. Senec. *Quaest. natur.* I, 3, 2: *Videmus, quum fistula aliquo loco rupta est, aquam per tenue foramen elidi: quae sparsa contra solem oblique positum, faciem arcus repraesentat. Idem videbis accidere, si quando volueris observare fullonem: quum os aqua implevit, et vestimenta ridiculis diducta leviter aspergit, apparet varios edi colores in illo aëre aspersо, quales in arcu fulgere solent.* Stob. *Eclog. phys.* I, 31, p. 616: *εἴ τις στὰς ἀντικρὺ τοῦ ἡλίου λάβῃ ὕδωρ καὶ πτύσῃ, αἱ δὲ ῥανίδες ἀνάκλασιν πρὸς τὸν ἥλιον λάβωσιν, εὑρήσει εἰργιγνομένην τὴν Ἶριν. καὶ οἱ ὀφθαλμιῶντες δὲ τοῦτο πάσχουσιν, ὅταν εἰς τὸν λύχνον ἀποβλέψωσιν.* Eadem reperiuntur apud Plutarch. *plac. phil.* III, 5, p. 82 Cors. Cfr. etiam IV, 19, p. 115, ubi Epicurus eadem comparatione a fullonibus vestimenta inflantibus petita, quamvis alia in re, utitur.

20. *δῆλον ἐκ τῶνδε* N. — *ὥσπερ εἴρηται πρῶτον καὶ ὑποτεθέμενος* transposito vocabulo Olymp. fol. 54, a. — *ἀποτεινομένη* pro *ἐκτεινομένη* F. Alex. fol. 119, a. Olymp. fol. 54, a (qui hanc lectionem etiam in sequentibus tuetur) A. Vic. B. P. Cfr. §. 31. III, 5, 20. — *δέ* post *τρίτον* omittit F. — In verbis *οἷον ἀπόφασίς ἐστιν* addidit *οἷον*, cum nigrum color re vera sit, sed tenebris proxime tamen accedat. Atque de tenebris quidem dicit *de anim.* II, 7, p. 418, b: *δοκεῖ δὲ τὸ φῶς ἐναντίον εἶναι τῷ σκότει· ἔστι δὲ ὁ σκότος στέρησις τῆς τοιαύτης ἕξεως ἐκ διαφανοῦς, ὥστε δῆλον, ὅτι καὶ ἡ τούτου παρουσία τὸ φῶς ἐστί. de colorib.* c. 1. p. 791, a: *τὸ δὲ σκότος ἐκλειποντος τοῦ φωτὸς γίνεται. τριχῇ γὰρ τὸ μέλαν ἡμῖν φαίνεται. ἢ γὰρ ὅλως τὸ μὴ ὁρώμενόν ἐστι τῇ φύσει μέλαν, ἢ*

Digitized by Google

ἀφ' ὧν μηδὲν ὅλως φέρεται φῶς πρὸς τὰς ὄψεις. τὸ γὰρ ὁρώμενον, ὅταν ὁ περιέχων τόπος ὁρᾶται, φαντασίαν ποιεῖ μέλανος et q. s.— ἐκλείπειν pro ἐκλιπεῖν F. H. N.

21. Ex verbis ἐκ τῶν περὶ τὰς αἰσθήσεις συμβαινόντων, minime patet Aristotelem ea de re in libro de sensu ac sensili loqui voluisse, ac re vera nihil ea de re nunc in illo libello, caeterum non integro uti docuit Trendelenb. ad Aristot. *de anim. Prooem.* p. 119 sqq. (vide ad I, 3, 19, Vol. I p. 358), deprehenditur. — οὖν omittit F. — ἐκ τοῦ περὶ τὰς αἰσθήσεις pro ἐκ τῶν περὶ τὰς α. σ. Olymp. fol. 54, a, qui aperte de libro in quo talia essent exposita, verba intellexit. — N. pro δ' οὖν habet γοῦν. — μελανωτέρα N. ut III, 3, 11.

22. Nihil interesse ait Aristoteles, utrum id, quod cernitur, mutetur, an adspectus, id est, utrum id, quod cernitur, longinquius fiat et e longinquo magis loco cernatur, an adspectus magnum spatium conficiens, usque ad speculum videlicet, et a speculo ad rem visam mutetur. Utroque enim modo idem accidere, videlicet ipsius imbecillitatem, quia longe protendatur. Vicomercatus. — ταὐτό recepimus ex E. H. pro eo, quod Bekk. exhibet ταὐτόν. Cfr. III, 2, 7, ubi ipse Bekk. ταὐτό.

23. Cfr. III, 6, 2: φαίνεται γὰρ αὐτὰ μὲν ἀχρωμάτιστα τὰ νέφη κατ' εὐθυωρίαν εἰσβλέπουσιν, ἐν δὲ τῷ ὕδατι ῥάβδων μεστὸν τὸ νέφος· πλὴν τότε μὲν ἐν τῷ ὕδατι δοκεῖ τὸ χρῶμα τοῦ νέφους εἶναι, ἐν δὲ ταῖς ῥάβδοις ἐπ' αὐτοῦ τοῦ νέφους. — μηδέ pro μηδέν F. H. — αὐτὸ τοῦτο E. H. N. Alex. fol. 119, b. A. Vic. B. P. — μελάντερον omisit E. post ποιεῖ ponit N.

24. ὄψις margo F. — Quid sit ἐχομένη patet ex *Phys.* V, 3, p. 227, a: ἐχόμενον δ', ὃ ἂν ἑφεξῆς ὂν ἅπτηται. ἐπεὶ δὲ τὸ πλεῖον F. H. — οὐκ ἔτι B. P. — Verba ἐν τοῖς τρισίν, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων τὰ πλεῖστα satis illustrantur loco *de caelo* I, 1, p. 268, a, ubi haec leguntur: Συνεχὲς μὲν οὖν ἐστι τὸ διαιρετὸν εἰς ἀεὶ διαιρετά. σῶμα δὲ τὸ πάντη διαιρετόν. μεγέθους δὲ τὸ μὲν ἐφ' ἓν γραμμή, τὸ δ' ἐπὶ δύο ἐπίπεδον, τὸ δ' ἐπὶ τρία σῶμα. καὶ παρὰ ταῦτα οὐκ ἔστιν ἄλλο μέγεθος, διὰ τὸ τὰ τρία πάντα εἶναι καὶ τὸ τρὶς πάντη. καθάπερ γάρ

Digitized by Google

φασι καὶ οἱ Πυθαγόρειοι, τὸ πᾶν καὶ τὰ πάντα τοῖς τρισὶν ὥρισται. τελευτὴ γὰρ καὶ μέσον καὶ ἀρχὴ τὸν ἀριθμὸν ἔχει τὸν τοῦ παντός, ταῦτα δὲ τὸν τῆς τριάδος. διὸ παρὰ τῆς φύσεως εἰληφότες, ὥσπερ νόμους ἐκείνης καὶ πρὸς τὰς ὑγιστείας τῶν θεῶν χρώμεθα τῷ ἀριθμῷ τούτῳ. ἀποδίδομεν δὲ καὶ τὰς προσηγορίας τὸν τρόπον τοῦτον. τὰ γὰρ δύο ἄμφω λέγομεν καὶ τοὺς δύο ἀμφοτέρους, πάντας δ' οὐ λέγομεν. ἀλλὰ κατὰ τῶν τριῶν ταύτην τὴν προσηγορίαν φαμὲν πρῶτον. ταῦτα δ', ὥσπερ εἴρηται, διὰ τὸ τὴν φύσιν αὐτὴν οὕτως ἐπάγειν ἀκολουθοῦμεν. — Adde Plutarch. *Quaest. Sympos.* IX, 3. Gell. *Noct. Attic.* I, 20 ibiq. interpp. Macrob. *Somn. Scip.* I, 6. et imprimis Laurent. Lyd. *de mens.* II, 5, p. 18—21, qui locus longior est, quam quem huc transferre possimus. Hinc factum est, quod in *Meteorol. veter. Graec. et Roman.* p. 42, not. 13. p. 113, not. 9. ac saepius monui, ut, quoties de temporis spatio, quo hoc illudve fiat, agatur, tres fere semper dies commemorentur: et quod tria recenseantur, ubi de multis erat agendum. Cfr. Eustath. ad Dionys. *Perieg.* v. 476, p. 191 Bernh. — ὥσπερ καὶ τοῖς ἄλλοις τ. πλ. Olymp. fol. 53, b: at in sqq. tuetur τούτων. Idem mox paululum inverso ordine exhibet: ἀπὸ γὰρ μεγίστης et paulo post: πλείστη ὄψις προσπίπτει et ita etiam fol. 54, b, nisi quod ibi ἀπὸ μεγίστης γάρ scriptum est. — τῶν ἄλλων omisso δέ E. — ἀναισθήτων N. — τρίχως pro τριχῶς N. P.

25. ἡ μὲν ἡ πρώτη P. — φοινικίαν pro φοινικῆν F. Ol. fol. 53, b et 54, b φοινικείαν. — Articulum ante ἡ ὄψις omittunt E. H. N. — ἀνὰ λάγον scripsimus, de quo diximus ad I, 14, 5. cfr. ad III, 2, 4. — εἰ περὶ τὰ τῶν χρωμάτων N. — μόνον pro μόνοις E.

26. τὸ φοινικοῦν γάρ transposito γάρ P. — Constructionem σημεῖον δέ sive ut plenior h. l. deprehenditur σημεῖον δὲ τούτου, sequente γάρ, illustravimus ad I, 8, 17. Vol I p. 419. Exemplorum copiae ibi congestae adde praeter hunc nostrum locum, *Hist. an.* V, 22, p. 554, a, quamvis ibi paulo diversa sit loquendi ratio, IX, 40, p. 627, b: σημεῖον δέ· οὐκ ἀποπέκονται γάρ et q. s. *Ethic. Nicomach.* VI, 11, p. 1143, a: σημεῖον

Digitized by Google

δέ· τὸν γὰρ ἐπικῆ μάλιστά φαμεν εἶναι συγγνωμονικόν. Hippocrat. *de aëre, aq. et loc.* § 55: τεκμήριον δέ, ὅτι οὕτως ἔχει· τὸ γὰρ οὖρον λαμπρότατον εὑρίσκουσι οἱ λιθιῶντες πρὸς τὸν γινόμενον ὀρρόν et q. s. ac prorsus similem constructionem *de generat. et inter.* I, 6, p. 322, b: ἀρχὴν δὲ λάβωμεν τήνδε· ἀνάγκη γὰρ τῶν ὄντων, ὅσοις ἐστὶ μίξις, εἶναι ταῦτ' εἶναι ἀλλήλων ἁπτικά. Discrimen, quod observatur ab Aristotele inter σημεῖον et τεκμήριον, exponitur a Philopono ad *de anim.* I, fol. 7, b: τεκμήριον δέ ἐστι τὸ ἄλυτον σημεῖον, ὡς τοῦ πυρὸς ὁ καπνός, ὡς τοῦ σφαιρωθῆναι εἶναι τὴν σελήνην τὸ οὕτω φωτίζεσθαι. τὸ δὲ λυτόν, οὐ τεκμήριον, ἀλλὰ σημεῖον λέγεται· τοῦτο δέ ἐστιν, ὅταν μὴ πάντως ἕπηται τῷ αἰτιατῷ τὸ αἴτιον. οἷον ὠχρά ἐστιν, ἐπειδὴ τέτακεν· οὐ πάντως οὖν τῇ ὠχρότητι ἕπεται τὸ τετοκέναι. cfr. Trendelenburg ad *de anim.* II, 11, 3, p. 405. — Articulum ante *Iris* omittunt E. H. N. Vic. B. cfr. ad III, 3, 9. — ξανθότερον pro ξανθότατον F. H. N. A. Vic. B. P. — τοῦ τε φοινικοῦ καὶ τοῦ πρασίνου N. quod minime necessarium. cfr. ad III, 2, 5. — Deinde Koenigmann *Geogr. Aristotel.* p. 48 scribendum censet: διὰ τὴν μελανίαν οὖν τοῦ κύκλου νέφους ὅλον αὐτῆς (sc. τῆς ἴριδος) φαίνεται τὸ φοινικοῦν λευκόν· ἔστι γὰρ πρὸς ἐκεῖνο λευκόν, qua correctione non opus est. αὐτοῦ sc. τοῦ νέφους: puniceus enim color cum supra nubem atram appareat, ei re vera inesse videtur. — γάρ pro οὖν H. N. prorsus omittit E. — φοινικοῦν E. et ita quoque § 28. 32. 33. — ἐκεῖνο pro ἐκεῖνα corr. E.

27. ἐγγύτατα recentiore manu E. prior enim omisit. — καὶ τὸ φοινικοῦν Olymp. fol. 56, a. — μεταπίπτει pro μεταβάλλει Alex. fol. 119, b. A. Vic. B. P.

28. Erravit Aristoteles, quum lunarem iridem semper albam putaret. Quamvis enim raro, ut raro omnino apparet, colorum varietate splendeat, hoc tamen plus semel observatum est. — ὄντι post ζοφερῷ omittunt E. H. N. — ὥσπερ οὖν πῦρ παρὰ μέλαν ποιεῖ H. et corr. N. in quo prima manu ὥσπερ οὖν παρὰ μέλαν πῦρ. Vulgatam corr. E. ἐν μέλανι παρὰ μέλαν Alex. fol. 120, a. A. Vic. B. παρὰ μέλαν om. P. —

Digitized by Google

Proverbio πῦρ ἐπὶ πῦρ ipse Aristoteles iterum utitur *de respirat.* c. 4. p. 472, b: *ἀλεάζοντες δὲ πολλάκις ἀναπνέουσιν, ὡς ἀναψύξεως χάριν ἀναπνέοντες, ὅτε τὸ λεγόμενον ποιεῖ πῦρ ἐπὶ πῦρ.* Idem reperitur apud Platonem *de leg.* II p. 666 A: *οὐ χρῆ πῦρ ἐπὶ πῦρ ὀχετεύειν εἴς τε τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχήν.* Zenob. *Centur.* V, 69: *πῦρ ἐπὶ πῦρ· παροιμία, ἧς μέμνηται Πλάτων· καὶ κακὸν ἐπὶ κακῷ.* Suid. *Cent.* XII, 41 ed. Schott. Plutarch. *de sanit. tuend.* Vol. VII p. 375 Hutten. *Coniug. praec.* p. 424. *de discr. adul. et amic.* 28. p. 197. — *τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ φοινικοῦν* sc. *τὸ ἠρέμα λευκόν.*

29. *τὸ πάθος* quod vulgo editur post *τοῦτο* omisimus cum E. Bekkerus cum reliquis servavit. — *κατὰ τὸ φαίνεσθαι ἐπὶ τῶν ἀνθῶν* Ol. fol. 56, a. — *ἴνια* omittunt F. H. N. P. (apud quem etiam deest sequens articulus *τῶν*). — Articulus ante *πορφυρᾶ* deest in E. *ἡ πορφύρα* Ol. fol. 56, a. — Quod deinde dicit *ἐν αὐγῇ τοιᾳδὶ ἢ τοιᾳδί* alium aliumque apparere purpurae colorem, id spectat ad solitum illud periculum, in quod purpuras vocabant emtores, quod dicebatur *πρὸς αὐγὰς ἀνασκοπεῖν*, qua de re cfr. Hemsterhus. ap. Ruhnken. ad Tim. Lex. p. 265 (ed. II). Hinc Plinius *Hist. nat.* IX, 38: *Laus ei summa color sanguinis concreti, nigricans adspectu, idemque suspectu refulgens.* Senec. *Quaest. nat.* I, 5, 12: *Purpuram Tyriam, quo melior saturiorque est, eo oportet altius teneas, ut fulgorem suum ostendat. Non tamen ideo non habet illa colorem, quia quem optimum habet, non quomodocunque explicetur ostendit.* Augusto emtae purpurae obscuritatem conquerenti venditor respondit: *Erige altius et suspice!* teste Macrobio *Saturnal.* II, 4. Cfr. denique Senec. *Quaest. nat.* I, 3, 13: *Varietas autem non ob aliam causam fit, quam quia pars coloris a sole est, pars a nube illa: humor autem modo caeruleas lineas, modo virides, modo purpuras similes, et luteas aut igneas ducit, duobus coloribus hanc varietatem efficientibus, remisso et intento. Sic enim et purpura eodem conchylio non in unum modum exit. Interest, quamdiu*

Digitized by Google

macerata sit, crassius medicamentum, an aquatius traxerit; saepius mersa sit an exeocta, an semel tincta. Non est ergo mirum, cum duae res sint, sol et nubes, id est, corpus et speculum, si tam multa genera colorum exprimantur, quae in multis generibus possunt aut incitari aut relanguescere. — ἔστι δ' ἐν αὐγῇ pro ἔτι δ' ἐν αὐγῇ E. N. — ἢ τοιαδί om. pr. E. — καὶ λανθάνειν λαμβάνοντες pr. F. A. Vic. B. P.

30. μόνον pro μόνων E. μόνῃ N. quod post ἶρις posuit.

31. μακροτέρα E. H. N. Alex. fol. 120, a. Ol. fol. 56, a. A. μακρότερον F. Vic. B. P. cfr. Matth. *Gr. gr.* §. 425. — ὥσπερ verte: *quasi*. Uti nos fecimus cum Bekkero, locum iam interpungendum esse censuit Koenigmann *l. l.* — ὁρᾶται pro ὁρᾷ E. H. N. — ἄνωθεν pro ἔξωθεν omisso qui sequitur articulo Alex. fol. 120, b. A. Vic. B.

32. Duplicem in fine tractat quaestionem, priorem cur imbecillior appareat exterior arcus interiore, alteram cur quamvis eosdem colores, inverso tamen ordine praebeat. Quod eadem ratione explicat, qua in interiore arcu, scilicet visus infirmitate, quam tamen causam in interiore propter differentem circulorum ambitum ac magnitudinem, in exteriore propter differentem distantiam circulorum a sole et oculis valere contendit. Hinc patet novam iam inferri hypotheticam suppositionem, interioris arcus colores non in eodem esse plano (quia hac tantum ratione a sole aequaliter possunt distare), exterioris in eodem. — δέ pro δή E. — πλείω pro πλεῖον F. H. N. et corr. E. — οὖσα omittit E. — ὥστε om. pr. E. — αὐτῆς pro αὕτη F. — Articulum ante τρίτη omisit E.

33. ἔστω γὰρ ἡ ἔξω ἶρις et q. s. Vic. B. — τὸ ante $\overline{\beta}$ et deinde ante $\overline{\alpha}$ omittit F. — ἡ ἔσω ἡ πρώτη ἐφ' ᾧ τὸ $\overline{\alpha}$ H. N. A. Vic. — ἐφ' ὧν τὸ $\overline{\gamma}$ F. ε pr. manu N. pro γ, ut mox γ prima manu pro $\overline{\delta}$. — ε ἄλουργόν, omissis priore manu ἐφ' ᾧ E. — $\overline{\vartheta}$ pro $\overline{\varepsilon}$ F. et pr. N. — τὸ δὲ ξανθόν transposito δέ F. — ἐφ' ᾧ H. N. — ἐφ' ᾧ $\overline{\zeta}$ omisso etiam articulo E. — Quod deinde ait τρεῖς δ' οὐκέτι γίνονται et q. s. falsum esse demonstravimus ad Exc. III, 4, 9, p. 128 sq. Caeterum videntur haec verba prorsus congruere cum recentiore iridem explicandi ratione,

Digitized by Google

cum Aristoteles de triplici reflexione loquatur. At quid sibi velint philosophi verba, elucet ex iis, quae disseruit



Vicomercatus p. 346, cuius verba huc pertinentia adscribimus: Difficultatem facit, quod Aristoteles, cum arcuum numerum constituit, tertium arcum esse non posse docet, quia tertia reflexio imbecillis omnino efficeretur, nec ad solem posset perduci, quasi secundus arcus et secunda reflexione exoriatur. Sed secundam aut tertiam reflexionem non ita intelligit, quasi in secundo duae fiant reflexiones, in tertio tres, ita ut in secundo unus idemque aspectus bis reflectatur, in tertio arcu, si fieret, tertia quoque aliorum rursus aspectus radiorum ex remotiori adhuc intervallo reflexio efficeretur. Secunda igitur aut tertia reflexio non ita dicitur, quia iidem radii bis aut ter reflectantur, sed quod alii et alii ex propinquiori aut remotiori intervallo, primum quidem, qui ex propinquiori, secundo qui ex remotiori, tertio qui adhuc ex longinquiore reflectuntur.

CAPUT QUINTUM.

Inscriptio capitis in editione B. *περὶ ἰδίων τινῶν τῇ ἴριδι* nimis vaga est. Agitur enim de forma arcus caelestis, quando dimidiae parti circuli aequalis, quando maior quandove minor sit. Multas autem hoc caput praebet difficultates, quas partim Biancanus (vide explicationem locorum mathematicorum in

Digitized by Google

hoc libro obviorum, quam commentario nostro in hunc tertium librum subiungendam censuimus), partim Vicomercatus, cuius verbis hic illic in verborum explicatione usi sumus, removerunt. Alias nos sustulimus, ut iam omnia aperta ac manifesta videantur, excepta §. 16, quam aliunde illatam censet Vicom. neque nos, quamvis alio modo eius originem explicaverimus, ab ipsius Aristotelis manu profectam arbitramur.

1. *γενέσθαι* pro *γίνεσθαι* H. N. — Articulum ante *συμβαινόντων* omittit E. — Vocabulo *διάγραμμα* de figuris mathematicis utuntur etiam Plato *Phaedon.* p. 73 B. Xenophon *Memor. Socr.* IV, 7, 3. cfr. Heindorf ad Plat. *Theaetet.* 67, p. 372. Wyttenbach. ad Plutarch *de discr. adulator. et amici* p. 56 D. ad *praecept. diaetet.* p. 133 A. Bake ad Cleomed. I, 8, p. 357.

2. *ἐφ' οὗ τὸ α* E. — *ἐφ' οὗ τὸ η* H. — *ἄν* pro *ἐάν* recepimus ex cod. E. ut ipse fecit Bekkerus aliis in locis v. c. § 13. 14. cfr. §. 3. — Articulum ante *ἀπὸ τοῦ κ γραμμῆ* omittunt E. H. N. Alex. fol. 121, b. Ol. fol. 56, a. A. Vic. B. — *ἐκπίπτωσι* pro *ἐκπίπτουσαι* E. quod ingenio scribae debetur, pro *ἐκπίπτουσαι* legentis *ἐκπίπτουσι*. *ἐμπίπτουσαι* H. N. Ita inter *ἐκπιπραμένης* et *ἐμπιπραμένης* dubitatur I, 8, 21. Vol. I p. 423. — *ποιοῦσιν* pro *ποιῶσιν* E. — *ὥσπερεί* pro *ὥσπερ* F. H. N. Alex. Vic. B. P. *ὡς περί* A. quod ad idem redit. — *ἄξονά τι* pro *ἄξονα τήν*, nescio an typothetae errore P. Koenigmann *Geogr. Aristotel.* p. 15 pro *ἄξονα* restituendum esse censuit *ἄξονος*, ut ne *ἄξων* dimidiam diametri partem significaret, cum infra (§ 17) totam diametrum i. e. talem lineam, quae ab oriente aliquo astro eodemque supra horizontem deincepe procedente, ad oppositum caeli punctum per centrum terrae ducitur. Qua in re agnoscas virum mathematicarum disciplinarum non satis peritum. Non enim de radio ($\overline{\eta\chi}$) circuli aut de dimidia sphaerae axi agitur, sed de axi coni, qui lineis $\overline{\eta\mu}$ et $\overline{\chi\mu}$ ad nubem ductis oritur. Proprie $\overline{\eta\varphi}$ dicenda erat axis ($\overline{\mu\varphi}$ normalis est a puncto $\overline{\mu}$ in diametrum $\overline{\eta\vartheta}$ ducta); idcircoque Aristoteles non dixit *τὴν ἐφ' ἣ* $\overline{\eta\chi}$ i. e. *τὴν* $\overline{\eta\chi}$, uti habent N. Olympiod. fol. 56, a, sed *τὴν*

Digitized by Google

ἐφ' ἧς ἡ ηκ, cuius partem quandam efficit ηκ. Caeterum *ἔξωσις* nondum ea significatione apud Aristotelem occurrit, qua apud auctorem lib. i *de mundo* c. 2. p. 391, b: *πόλοι..... ἀφ' ὧν εἰ νοήσαιμεν ἐπιζευγνυμένην εὐθεῖαν, ἥν τινες ἄξονα καλοῦσι, διάμετρος ἔσται τοῦ κόσμου*, et apud serioris aevi scriptores. — *ἐφ' ὧν* pro *ἐφ' ἧς* E. *ἐφ' ἣν* Alex. A. Vic. — Quod sequitur *καί* deest in E. *καὶ ἂν ἀπὸ τοῦ κ* addito *ἄν* Ol. — *μ* omittit in lacuna N. — *ἐπὶ τὰ μ* B. typothetae procul dubio errore, nisi omnia ista *σημεῖα*, quae una comprehendit Aristoteles, intelligere et significare praetulit. — Mutavimus deinde interpunctionem a Bekkero servatam: *ἐπὶ τὸ η, ἐπὶ τὴν μείζω γωνίαν πρὸς κύκλου περιφέρειαν προσπεσοῦνται αἱ ἀπὸ τοῦ κ.*. Inde enim a verbis *πρὸς κύκλου* incipit apodosis. *πρὸς μείζω γωνίαν* sc. obtusum angulum *μκη*, quamvis Olympiodorus angulum *κμη* intelligendum esse censeat. In Aristotelis expositione plura sunt, quae dubitationis ansam praebere possunt, commemorata et enucleata iam ab Olympiodoro et Vicomercato. Scilicet in figura, quam posuit Aristoteles, est *ηκ = κμ* (utpote eiusdem circuli radio), quod tamen fieri nequit, cum sol nube longinquius ab oculo distet: deinde *ημσ < κμρ*, cum tamen aequales esse debeant anguli, secundum notum illud theorema, aequales esse angulos incidentiae et reflexionis. Quidquid dicant interpretes (cfr. Olymp. fol. 48, a, cuius verba adscripsimus in Exc. ad III, 2, 1, p. 97 sq. et Vicomercatus p. 344 sq.), error, quem commisisse videtur Aristoteles, facile tolli potest. *κ* enim non re vera est centrum universi, sed horisontis apparentis. Quod si distantiam solis et nubis inaequalem esse respiciamus, oculumque ponamus in puncto *π*: tunc *ηπ > πμ* et *ημσ = πμρ*, uti theoremata poscunt. *ἀπὸ τοῦ η* absque articulo, et *κ* mutato in *η* N.



Digitized by Google

3. ἀπ' ἀνατολῆς N. — ἄν pro ἐάν H. N. — ἀεὶ ἔλαττον inverso ordine F. H. N. quorum postremus deinde exhibet ἡμικύκλιον.

4. ἔστω γάρ omittit pr. E. — ἐπ' ἀνατολῆ H. — ἐπίπεδον absque articulo posuit N. — Bekkerus cum reliquis distinxit: κύκλος οὖν ἡ τομὴ ἔσται τῆς σφαίρας· ὁ μέγιστος ἔστω ὁ ἐφ' ᾧ $\overline{\alpha}$, satis inepte. Uti nos, fecerat iam Vicomercatus. — Verba ἐν ᾧ τὸ $\overline{\alpha}$ omittunt H. N. et pr. E. — ἡ τὸ μὴ ἔστω P. — ἐφ' ᾧ $\overline{\alpha}$ sine articulo E. — ὁποιονοῦν Alex. fol. 121, b. A. Vic. P. — κατὰ τὸ τρίγωνον τὸ $\overline{\kappa\mu\eta}$ sc. ex omnibus istis triangulis, quae eorum efficiant, inter se ipsa aequalibus, ut nihil intersit, utrum hoc eorum sumas literisque $\overline{\eta\kappa\mu}$ signes, an illud. Litera enim μ (μέλαν νέφος) omnibus nubis punctis convenit, cum reliqua duo η (ἥλιος) et κ (κέντρον) sint fixa. — τὸ $\overline{\kappa\mu\eta}$ omittit E. — ἐπίπεδον omisso articulo H. —



ἀπὸ τοῦ $\overline{\eta\kappa}$ N. ἀπὸ τῆς $\overline{\eta\kappa}$ E. — κέντρου pro $\overline{\eta}$, $\overline{\kappa}$ exhibet H. — ἀγόμεναι pro ἀναγόμεναι Olymp. fol. 56, b. B. P. Constructio verborum paulo difficilior ita adornanda est: αἱ ἀπὸ τῶν $\overline{\eta}$, $\overline{\kappa}$ (sc. σημείων) πρὸς ἄλλο καὶ ἄλλο σημεῖον (ex. gr. $\overline{\nu}$) τοῦ ἐφ' ᾧ $\overline{\alpha}$ ἡμικυκλίου ἀγόμεναι γραμμαὶ ($\overline{\eta\nu}$, $\overline{\nu\kappa}$) ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ (sc. ἐν ᾧ $\overline{\eta\mu}$ καὶ $\overline{\mu\kappa}$) οὐ συσταθήσονται, i. e. nunquam esse potest:

$$\overline{\eta\mu} : \overline{\mu\kappa} :: \overline{\eta\nu} : \overline{\nu\kappa}$$

quod satis manifestum est, quia tum foret:

$$\overline{\eta\mu} : \overline{\eta\nu} :: \overline{\mu\kappa} : \overline{\nu\kappa} \text{ (Eucl. V, 16).}$$

Hoc vero fieri nequit, quia $\overline{\mu\kappa} = \overline{\nu\kappa}$, ideoque necesse foret, ut esset $\overline{\eta\mu} = \overline{\eta\nu}$, quod ineptum est, quia in triangulis $\overline{\eta\kappa\mu}$ et $\overline{\eta\kappa\nu}$ latera $\overline{\eta\kappa}$ et $\overline{\eta\kappa}$, $\overline{\kappa\mu}$ et $\overline{\kappa\nu}$ aequalia, at inclusorum angulorum



$\overline{\eta\kappa\nu} > \overline{\eta\kappa\mu}$, ideoque etiam $\overline{\eta\nu} > \overline{\eta\mu}$ (Eucl. I, 19). Quod si oculum non in centro κ positum censemus cum Olympiodoro, sed ex. gr. in puncto π, non magis fieri potest, ut:

$$\overline{\eta\mu} : \overline{\mu\pi} :: \overline{\eta\nu} : \overline{\nu\pi}$$

Digitized by Google

quod et per se facile demonstratu est, et Vicomercatus diserte iam demonstravit. — $\overline{\kappa\eta}$ pro η, $\overline{\kappa}$ E. P. — $\dot{\eta}$ $\overline{\eta\kappa}$ *δεδομένη* H. E. pr. man. om. $\overline{\eta}$. — *καὶ λόγος* omisso articulo H. N. — *πρὸς* $\overline{\mu\kappa}$ omisso *τήν* E. F. H. N. A. Vic. B. — *δέ* pro *δή* F. — *τὸ* $\overline{\nu\mu}$ F. — $\dot{\eta}$ *τομὴ τῶν περιφερειῶν* sc. eius, de qua disputatum erat, et circuli, qui basin efficit coni radiorum ad solem reflexorum (vide figur.). Ita locum etiam Vicomercatus intellexit, cuius haec sunt verba: Per ambitum intelligere eum Alexander tradit, cuius centrum est $\overline{\kappa}$, in quem antea (§. 2) sumsit lineas ab ipso incidere et ad η reflecti. Ille inquit sit $\overline{\mu\nu}$, linea $\overline{\kappa\mu}$ in puncto $\overline{\mu}$ eum attinget, ob eamque causam ambituum sectio data erit, eius videlicet, qui est $\overline{\mu\nu}$, et semicirculi horizontis, qui in puncto $\overline{\mu}$ se secant. Quibus ita ostensis et positis, secundam hypothesin in verbis superioribus sumtam repetit, nimirum ad aliud ambitus $\overline{\mu\nu}$ punctum ab iisdem $\overline{\eta}$, $\overline{\kappa}$ punctis in eodem plano lineas duci non posse, quae eadem sint ratione, quam inter se habeant lineae $\overline{\eta\mu}$ et $\mu\kappa$. —



Deinde cum Alex. fol. 122, b. A. Vic. B. scripsimus: *πρὸς ἄλλο δέ γε* (sc. *σημεῖον*) *τῆς* $\overline{\mu\nu}$ *περιφερείας:* quod enim Bekkerus exhibuit codicum auctoritatem secutus: *πρὸς ἄλλῃ δὲ τῇ πρὸς τῇ* $\overline{\mu\nu}$ *περιφερείᾳ* prorsus ineptum est. — *ἀπὸ τῶν σημείων* omisso *αὐτῶν* E.

6. Totum locum inde a §. 3 usque ad §. 14 nulla meliore ratione explicare possumus, quam Vicomerati explicationem integram adscribentes, qua in re nihil aliud egimus, nisi quod latinas quibus Vicomercatus usus est literas in graecas textui Aristotelis graeco congruas mutavimus. Ait autem: Quoniam lineae $\overline{\eta\mu}$ ad lineam $\overline{\mu\kappa}$ proportio data est, extra (inquit) videlicet descriptionem iam factam, linea $\overline{\delta\beta}$ ponatur, quae ita dividatur, ut linea $\overline{\delta}$ eam habeat rationem ad lineam $\overline{\beta}$, quam habet linea $\overline{\mu\eta}$ ad lineam $\overline{\mu\kappa}$: et quia maior est linea

Digitized by Google

$\overline{\mu\eta}$ quam $\overline{\mu\varkappa}$, quandoquidem ad trianguli $\overline{\mu\eta\varkappa}$ maiorem angulum, qui est ad $\overline{\varkappa}$, porrigitur, cum sit linea ab $\overline{\mu}$ ad $\overline{\eta}$ in turbine reflexio, reflexionesque turbinis ad maiorem angulum efficiantur: maior quoque erit linea $\overline{\delta}$ quam $\overline{\beta}$: tum adiiciatur ad lineam $\overline{\beta}$ linea $\overline{\zeta}$, qua lineae $\overline{\zeta}$ additione linea fiat $\overline{\beta\zeta}$, quae ad lineam $\overline{\delta}$ eandem proportionem habeat, quam $\overline{\delta}$ linea ad lineam $\overline{\beta}$ habeat: quod erit, si exempli gratia linea $\overline{\delta}$ sit sex, $\overline{\beta}$ quatuor, $\overline{\zeta}$ addita quinque. Ita enim cum linea $\overline{\delta}$ ad lineam $\overline{\beta}$ proportionem sesquialteram habeat, tota $\overline{\beta\zeta}$, videlicet novem, ad $\overline{\delta}$ eandem proportionem habebit. Ita igitur se habentibus hisce lineis, quae proportio est lineae $\overline{\mu\eta}$ ad $\overline{\mu\varkappa}$, eadem est lineae $\overline{\delta}$ ad lineam $\overline{\beta}$ et totius $\overline{\beta\zeta}$ ad $\overline{\delta}$. Quoniam et linea $\overline{\zeta}$, quae ad lineam $\overline{\eta\varkappa}$ proportionem habet (siquidem tota $\overline{\beta\zeta}$ eam ad $\overline{\delta}$ habet, quam $\overline{\varkappa\eta}$ ad $\overline{\mu\varkappa}$, lineaque $\overline{\mu\varkappa}$ lineae $\overline{\varkappa\eta}$ aequalis sit, cum a centro ducantur), quam inquit linea $\overline{\zeta}$ ad lineam $\overline{\eta\varkappa}$ habet, eam linea $\overline{\beta}$ ad aliam quandam ab ipso $\varkappa$ in rectum ductam, quae sit $\overline{\varkappa\pi}$ habeat. Deinde a puncto π ad punctum $\overline{\mu}$ linea $\overline{\pi\mu}$ ducatur. His ita constitutis effici ait, ut circuli, in quem lineae omnes a centro $\overline{\varkappa}$ ad $\overline{\mu}$ turbinis in modum ductae incidunt, qui antea per $\overline{\mu\nu}$ indicatus est, polus seu vertex $\overline{\pi}$ habeatur. Etenim quod linea $\overline{\zeta}$ ad lineam $\overline{\varkappa\eta}$ est, itemque linea $\overline{\beta}$ ad lineam $\overline{\varkappa\pi}$, lineam quoque $\overline{\delta}$ ad lineam $\overline{\pi\mu}$ necessario esse, ita ut sint hae inter se proportionales lineae, videlicet $\overline{\zeta}$, $\overline{\beta}$, $\overline{\delta}$ et $\overline{\varkappa\eta}$, $\overline{\varkappa\pi}$, $\overline{\pi\mu}$. Nisi enim linea $\overline{\delta}$ ad lineam $\overline{\pi\mu}$ id sit, quod linea $\overline{\zeta}$ ad $\overline{\varkappa\eta}$ et $\overline{\beta}$ ad $\overline{\varkappa\pi}$, oportere esse aut ad maiorem, aut ad minorem, quam sit $\overline{\pi\mu}$: ad utramvis autem sit, consequi, ut in eodem semicirculo a punctis iisdem ad aliud et aliud punctum lineae in eadem proportione ducantur: quod esse impossibile antea monstratum est. Sumit autem ad minorem, quam sit $\overline{\pi\mu}$, eandem habeat rationem, quam aliae ad alias habent, videlicet ad $\overline{\pi\varrho}$: siquidem nihil intersit, seu



Digitized by Google

ad minorem, seu ad maiorem proportionem eius modi habeat, quando utroque modo impossibile, quod dictum est, consequitur. Quam igitur rationem lineae $\overline{\zeta}$, $\overline{\beta}$, $\overline{\delta}$ inter se habent, eam inquit habebunt lineae $\overline{\eta\varkappa}$, $\overline{\varkappa\pi}$, $\overline{\pi\varrho}$. Quoniam autem linearum $\overline{\zeta}$, $\overline{\beta}$, $\overline{\delta}$ haec erat inter se proportio, ut quam rationem habet $\overline{\delta}$ ad $\overline{\beta}$, eam et $\overline{\zeta\beta}$ ad $\overline{\delta}$ haberet: reliquae igitur ita inter se erunt affectae, ut quam habet $\overline{\varrho\pi}$ ad $\overline{\pi\varkappa}$, eam tota $\overline{\eta\pi}$ ad $\overline{\pi\varrho}$ habeat. Aristoteles autem (ut Alexander etiam notavit) proportionem invertens dixit, quod est $\overline{\eta\pi}$ ad $\overline{\pi\varrho}$ id est $\overline{\varrho\pi}$ ad $\overline{\pi\varkappa}$. Atque cum harum linearum inter se haec sit proportio, si a punctis $\overline{\eta}$ et $\overline{\varkappa}$ ad punctum $\overline{\varrho}$ lineae $\overline{\eta\varrho}$ et $\overline{\varkappa\varrho}$ ducantur, eas inquit eam inter se habere rationem, quam inter se habent $\overline{\eta\pi}$ et $\overline{\pi\varrho}$, ita ut $\overline{\eta\varrho}$ et $\overline{\varkappa\varrho}$ eam habeant rationem, quam $\overline{\eta\pi}$ ad $\overline{\pi\varrho}$. Hoc autem eo ostendit, quod cum duo triangula ab huiusmodi lineis $\overline{\eta\varrho}$ et $\overline{\varkappa\varrho}$ ductis orta sint, unum maius, alterum minus, et maius quidem $\overline{\pi\varrho\eta}$, minus vero $\overline{\varkappa\pi\varrho}$, atque amborum idem sit communis angulus ad $\overline{\pi}$ latera triangulorum illorum communem eum angulum continentia, quae similis inter se sint rationis, proportionem inter se habeant, similisque rationis latera sint, quae aequabilibus angulis subtenduntur (Euclid. *Elem.* VI, 4). Sant autem ad illum angulum latera maioris quidem trianguli $\overline{\eta\pi}$ et $\overline{\pi\varrho}$, minoris vero $\overline{\varkappa\pi}$ et $\overline{\pi\varrho}$, similisque rationis sunt, $\overline{\eta\pi}$ maioris trianguli, et $\overline{\pi\varrho}$ minoris, quoniam eum proportiones fiunt, pro antecedentibus in utraque sumuntur: similes item rationis maioris trianguli $\overline{\pi\varrho}$ et minoris $\overline{\pi\varkappa}$: siquidem in proportionibus pro consequentibus sumuntur; ut cum hunc in modum dicimus: Quam in maiori triangulo rationem habent $\overline{\eta\pi}$ ad $\overline{\pi\varrho}$, eam in minore $\overline{\pi\varrho}$ ad $\overline{\pi\varkappa}$ etiam habet, perspicuum est, $\overline{\eta\pi}$ maioris trianguli et $\overline{\pi\varrho}$ minoris in utraque proportione antecedentia esse, consequentia vero $\overline{\pi\varrho}$ maioris et $\overline{\pi\varkappa}$ minoris. Similis igitur rationis, seu (ut Graeci dicunt) lineae ὁμόλογοι dicuntur. Quoniam ergo latera haec, quae similis rationis sunt, proportionem inter se habent, communemque angulum continent, latera etiam, quae angulo illi communi subtenduntur, similis sunt rationis, eamque inter se habeant proportionem necesse est, quam reliqua rationis similis inter se habent.

Digitized by Google

Sunt autem reliqua latera maioris quidem trianguli $\overline{\eta\varrho}$, minoris vero $\overline{\varkappa\varrho}$. Eandem igitur rationem $\overline{\eta\varrho}$ ad $\overline{\varkappa\varrho}$ habebit, quam $\overline{\eta\pi}$ maioris ad $\overline{\pi\varrho}$ minoris: itemque $\overline{\varrho\pi}$ maioris ad $\overline{\varkappa\pi}$ minoris habet. Quoniam vero eam habere $\overline{\eta\pi}$ ad $\overline{\pi\varrho}$, quam tota $\overline{\zeta\beta}$ ad $\overline{\delta}$ dictum est, itemque totam $\overline{\zeta\beta}$ ad $\overline{\delta}$ id esse, quod erat $\overline{\delta}$ ad $\overline{\beta}$, sumtumque etiam est, $\overline{\delta}$ ad $\overline{\beta}$ id esse, quod linea $\overline{\eta\mu}$ ad lineam $\overline{\mu\pi}$, efficitur, ut quam habet $\overline{\eta\mu}$ ad $\overline{\mu\varkappa}$, eam etiam habeat $\overline{\eta\varrho}$ ad $\overline{\varrho\varkappa}$. Inquit enim Euclides (*Element.* V, 11): Quae uni et eidem eaedem sunt rationes, inter se quoque easdem esse. Una autem est ratio $\overline{\delta}$ ad $\overline{\beta}$, quae eadem sit lineae $\overline{\eta\mu}$ ad $\overline{\mu\varkappa}$, item lineae $\overline{\eta\varrho}$ ad $\overline{\varkappa\varrho}$, certe necesse est, ut eadem ratio sit lineae $\overline{\eta\mu}$ ad $\overline{\mu\varkappa}$, quae est $\overline{\eta\varrho}$ ad $\overline{\varrho\varkappa}$: quod quidem esse impossibile antea ostensum est, cum ab iisdem punctis in eodem semicirculo ad aliud aliudque punctum ducatur. Fieri igitur non potest, ut $\overline{\delta}$ eandem rationem, quam $\overline{\zeta}$ ad $\overline{\eta\varkappa}$ et $\overline{\beta}$ ad $\overline{\varkappa\pi}$ habet, ad minorem, quam sit $\overline{\pi\mu}$, habeat. Quoniam vero nec ad maiorem eodem modo potest monstrari, relinquitur, ut ad $\overline{\pi\mu}$ proportionem eius modi habeat. Quare, quae lineae $\overline{\mu\pi}$ in maiore triangulo ad lineam $\overline{\pi\varkappa}$ in minore ratio est, eadem est lineae $\overline{\pi\eta}$ in maiore ad lineam $\overline{\mu\pi}$ in minore: eadem praeterea et reliquae lineae ad reliquam, videlicet $\overline{\eta\mu}$ ad $\overline{\mu\varkappa}$. Quibus ita se habentibus, si quis $\overline{\pi}$, ut polo, et intervallo $\overline{\pi\mu}$ utens circulum describat, fore inquit, ut omnes angulos attingat, quos lineae a punctis $\overline{\eta}$, $\overline{\varkappa}$, vel verius a puncto $\overline{\varkappa}$ ductae et ad punctum $\overline{\eta}$ reflexae efficiunt: reflexae, inquam, eadem ratione. Ac nisi contingat, consequi, ut quae ad aliud et aliud in eodem semicirculo punctum coëunt, eandem inter se rationem habeant, quam illae habent, quae ab eo continguntur: quod impossibile esse iam dictum est. Cum enim aliquae in eo semicirculo contingantur, si et aliae sint, quae non contingantur, eadem ratione reflexae, id profecto, quod dictum est, impossibile consequitur. Haec Vicomercatus. — *ἐκκείσθω* i. e. *κείσθω ἐκτὸς τοῦ διαγράμματος.* — *πρὸς τὸ* $\overline{\mu\varkappa}$ Olymp fol. 56, b. — Verba *ἡ δ*..... $\overline{\mu\varkappa}$ repetito $\overline{\mu\varkappa}$ decepti omittunt N. et pr. E — $\overline{\varkappa\mu}$ pro $\overline{\mu\varkappa}$ F. H. — Articulum ante *μείζω γωνίαν* omittunt Vic. B. — *τήν* ante *τοῦ*

Digitized by Google

κμη τριγώνου om. E. — μκη H. Alex. P. — Verba μείζων ἄρα καὶ ἡ δ τῆς β margo E. F.

7. Loco τὴν β E. recentiore manu τὸ β; prima enim omisit. — ἐφ' ἧς τὸ ζ i. e. ἡ γραμμή, ἐφ' ἧς τὸ ζ σημεῖον. — ὅστ' pro ὥστ' Alex. fol. 122, b (omissis deinceps verbis πρὸς τὴν β) A. — Articulum ἡ, quem Bekkerus exhibet ante τὸ β, omisimus cum Alex. A. Vic. P. Natus est ex antegresso κη. — πρὸς κη omisso articulo τήν E. cuius in locum τό praebet F. — ἐπὶ μὲν τὸ μ addita particula F. H. — πμ pro μπ. P.

8. πρὸς κη et mox πρὸς κπ omisso, utroque in loco, τήν E. F. — πρὸς τὴν κη καὶ ἀπὸ τοῦ π καὶ ἧ β et q. s. pr. F. — πρὸς πμ omisso articulo E. F. N. — μπ pro πμ F. H. — ἔστω γάρ pro γὰρ ἔστω F. — μπ pro πμ F. — οὐδέ pro οὐδέν H.

9. ἔστω γὰρ πρὸς πρ addito γάρ H. N · Alex. fol. 122, b. Vic. B. P. τὴν πρ A. Vic. P. — καὶ πρ omisso articulo E. Alex. — Verba αἱ δὲ δβζ om. E. ζβδ bis ponit pro δβζ P. — ὅπερ γρ F. — ὅνπερ E. H. N. ὅνπερ ἄρα F. — πρὸς πρ omisso τήν E. qui et deinceps omisso articulo πρὸς πκ exhibet. — ἡ πρ omisso τό F. — κπ pro πκ N. πη Alex. A.

10. ηπ pro πη F. H. — Articulum ante πρ omittit E. — □ F. pro τριγώνου. — τοῦ κρπ omisso κ N. — αἱ τοῦ pro τοῦ E. — ἧ ρ pro ἡ πρ E. ἡ ηρ Alex. fol. 122, b. A. Vic. — πρὸς κρ et mox πρὸς πρ omissis articulis E. A. Vic. — πκ pro κρ N. — λόγον ὃν καί et q. s. F. Alex. ὅνπερ αἱ ηπ B. P. — ἧ τὸ ηπ addito τό E. H. N. — ηυπ pro ἡ ηπ P. — ηρ pro πρ Alex. B. P.

11. πρὸς μκ omisso τήν F. H. N. — τοῦτον τὸν λόγον H. N. τοῦτον λόγον F. pro τὸν αὐτὸν λόγον. — ὅνπερ γάρ addito γάρ B. — ἡ τὸ δεκμ pro ἡ τὸ δ N. — πρὸς τὴν β F. H. N. — πρὸς τὴν μν F. N. — περιφέρειαν H. N.

12. ἔλαττον pro ἐλάττω H. N. — τοῦ πμ pro τῆς πμ H. qui cum F. N. habet μπ et ita A. P. — δειχθήσεται pro δείξομεν F. H. N. P. — ἡ μὲν μπ addito μέν Alex. — πρὸς πκ omisso τήν E. F. — κπ pro πκ N. — ἡ πη omisso τό F. H.

Digitized by Google

N. — *πρὸς* $\overline{\mu\pi}$ omisso articulo Vic. B. — Verba *καὶ λοιπή* ..... $\overline{\mu\kappa}$ omittunt E. F. N. — *πρὸς τὴν* $\overline{\mu\kappa}$ addito articulo Alex. Vic. P.

13. *ἐάν* pro *ἄν* N. — *τούτῳ* pro *τῷ* Olymp. fol. 57, b. — *ἐφ' ᾧ* $\overline{\pi}$ *πόλῳ* omisso *τό* E. Alex. fol. 122, b. A. Vic. — *δέ* post *διαστήματι* om. F. — *ἐφ' ἧς τὸ* $\overline{\mu\pi}$ E. — $\overline{\mu\alpha}$ pro $\overline{\mu\eta}$ E. H. prorsus omittit N. $\overline{\kappa\eta}$ exhibent Alex. A. Vic. B. omisso deinde *κύκλου*. $\overline{\mu\nu}$ Olymp. omissis etiam articulo et *κύκλον*. — *αἱ* omittit E.

14. *ἐάν* pro *ἄν* N. — *περιαγάγῃς τε ὡς ἡμικύκλιον* supra posito *τό* F. — $\overline{\eta\kappa}$ pro $\overline{\eta\kappa\pi}$ N. *ἡ* $\overline{\kappa\pi}$ Ol. fol. 57, b. Vic. *ἐφ' ἧ* $\overline{\kappa\pi}$ B. — $\overline{\gamma}$ pro $\overline{\mu}$ correxit N. — *ποιήσουσι* pro *ποιοῦσι* F. H. N. *ποιήσωσι* omisso deinde articulo ante $\overline{\eta\pi}$ et verbo *ἀεί* Olymp. fol. 58, a. — Verba *ἀεί* ..... *ἐπὶ τῆς* $\overline{\eta\pi}$ duplici $\overline{\eta\pi}$ deceptus omittit pr. E. — $\overline{\kappa\pi}$ pro $\overline{\eta\pi}$ exhibuimus cum Alex. fol. 122, b. A. Vic. B.

15. $\overline{\kappa\pi}$ pro $\overline{\eta\pi}$ E. — *καί* quod sequitur omittunt N. A. — *ἴσα ἡ τῷ* B. — *καὶ* $\overline{\kappa\mu\pi}$ pr. omisit E.

16. Verborum huius paragraphi nulla expositio deprehenditur in commentario Alexandri omisitque ea Vico mercatus, cum perspicuum esset, propria huius loci non esse, quandoquidem rationem reddant, cur tota semicirculi superficies colorata non appareat, sed solus ambitus, pars videlicet ea, quae magis a terra sublata sit, et quamobrem arcus a luna tam raro appareat, quod utrumque iam supra sit expositum. Sed iam Camotius (in interpretatione latina commentariorum Alexandri fol. 42, a) docuit, quomodo haec verba cum antegressis cohaereant: Quum per diagrammata, ait, mathematica ostendere philosophus instituerit, ex qua causa iris adspectus non orbem impleat, sed semiorbem tantum adsumat: eo produxit disciplinam suam, ut semiorbis circumactis triangulos supra $\overline{\eta\pi}$ et $\overline{\kappa\pi}$ sidentes ipsis $\overline{\eta\mu\pi}$ et $\overline{\kappa\mu\pi}$ pares constitui doceret circa ipsum diametrum permanentem. Ne intelligas tamen diametrum ita permanere, ut non moveatur: movetur enim, sed aptissime ubique movetur ad triangulos constituendos, et propter hoc diametrum permanentem dici-

Digitized by Google

mus. Ratio quoque est, quia si linea perpendicularis ab signo $\overline{\mu}$ demissa in signum $\overline{o}$ debet incurrere, et triangulus circumagatur et $\overline{o}$ supra diametro consistit: moveri ipsam quidem necesse est, sed manentis cuiusdam lineae instar obtinere. Quum itaque trianguli in orbem circumagantur, et lineae radiorum nostrorum egressae ab signo $\overline{x}$ et in $\overline{\mu}$ nubium regionem immissae inde ad solem retorqueantur, ad angulos quidem circumrotabiles suas ipsorum replicationes efficiunt. Ex quo sequitur, ut seu sit solis luminis reflexio in nubem ad oculos nostros, ut quibusdam placet, seu visus noster a nube resiliens soli improperet, ut communis multorum opinio tenet, aspectus iridis in arcum curvetur. —— Quum itaque planum cuique fecerit Aristoteles, iridis faciem in arcum duci, et causa quaerendi adhuc subesse videretur, quae in limite, atque in vicinia horizontis haec tam pulchra facies iridis abscindatur et interrumpatur: nunc huiusce rei causam explicat docetque, quam ob rem fiat internecio arcus in horizonte, in alia autem parte non fiat, ut puta in sublimi iridis curvatura, vel in parte decliviore. Cognoscendum itaque prius est, non quamlibet nubis naturam habilem esse atque idoneam ad hoc opus peragendum. Oportet enim nubes ipsa neque tantae densitatis sit altique nigroris, ut in se lumen solis non transmittat, neque porro tam tenuis raraque esse debet, ut a sole facile superetur atque perrumpatur, sed ipse sol potius ab ipsa. Quare medium statum tenere ipsam convenit ad hoc, ut valeat tam mirabilem aspectum naturae reddere. Quia igitur circa finientem circulum moram faciente ipso sole in ortu seu in occasu contingit, ut quidam ab eius aspectu radii, ii praesertim, qui perpendiculares omnium valentissimi habentur, terris immissi ictu valido nubes eas feriant, quae proximae in horizontem cadunt: propter hanc causam ictae nubes illae lumine valentis solis diffusae superataeque sparsim evanescunt. Quibus evanidis redditis ubi imago arcus cohaereat, locum non habet. Itaque arcus ab horizonte abscindi dicitur, ideoque per eam regionem radii solis perpendiculares itinere suscepto in nubes terrae proximas recta incurrunt, easque nullo negotio dispel-

Digitized by Google

lunt atque dissipant. Radios autem solis, ubi ad libramentum orbi terrarum incidunt, esse valentissimi vigoris atque virtutis satis ex eo constat, quod aestate sublimem quasi caeli verticem invadens sol flammis urit molestissimis orbem terrarum. At radii perpendiculares sive aspectus nostri sive luminis solaris ex ea causa plurimum virium habent, quia a medio recta iter suscipiunt, neque deflexu ullo infirmatam labantemque virtutem amittant suam. Quin ipsa virtus radiorum tota in recto stadii cursu collecta mirabilea effectus edit. Cuius rei signum, quod plerique dum longe acuteque pervidere quid student, manibus oculis superpositis virtutem videndi colligentes neque ipsam diffluere ac latius vagari permittentes valentissimam ipsam reddunt et acute pervident. Sunt et qui in altissimo interdum puteo abditi media die sidera mundi intuentur: hac videlicet de causa, quam diximus, quia virtus oculorum suorum rectis radiorum lineis emissa res visibiles valenter appetit. E contrario radii a perpendicularibus longius vagantes minus possunt, qui autem sibi magis appropinquant vel ab ipsis recedunt, ex proportione multum parumve possunt. Ergo inquit philosophus radii solares per horizontem iter habentes nubes in terram pronas dissipant atque dispellunt, adeo ut arcus ibi fieri desinat: elatiores vero non evincit sol. Quare ibi arcus oritur, ubi minus radii possunt. Minus autem in sublimi curvatura possunt. Ideoque natura iridis orbem non implet, quod ab horizonte scilicet, quo radii ad libramentum improperant, totus abscinditur. Dicit deinceps iridem perraro nasci circa lunam, cuius rei geminam afferre rationem videtur: tum quia non semper pleno lumine luna fulgescit, ob idque non multum virium neque aptitudinem ullam habet ad arcum progenerandum. Positum enim est a rotundo lumine oriri iridem, propter hoc etiam, quia luna quasi luce lucens aliena vires non habet ad aërem perrumpendum. Ex quo visus noster inunctus adversus lumen lunae nubibus immissus in lunam reflectitur et retorquetur. Sed h. l. animadvertendum est, Olympiodorum quasi adsentiri huic rationi, ut dicat verum noctu assidue nasci circa lunam,

Digitized by Google

quod frequentissime luna nubibus superatur: sed cur non fiat arcus, colores ipsos nocti paene similes in causa esse: ipsi enim nocturnis tenebris occultantur. Itaque facies arcus facile evanescit. Sunt tamen quidam, qui verba Aristotelis aliter interpretantur, et ego quoque in ea sententia sum, ut adducar verba dicta: *ἀσθενεστέρα τε τὴν φύσιν ὥστε κρατεῖν τοῦ ἀέρος* non ut sentiat philosophus quia luna superare nubes non potest, idcirco noctu nasci iridem. Hoc enim modo frequentissime arcus nasceretur: frequentissime enim superatur luna. Sed docet philosophus, quia noctu perraro arcus nascatur, ex eo videlicet, quod in ipso arcu generando non omnino sol superari a nube debet. Sed oportet, ut ipse sol quidpiam agat in ipsam nubem, non eo tamen, ut ipsam superet: sed eo usque, ut lucem in se transfundat suam Cui rei illud argumento est, quod in atras caliginosasque nubes quia nil agit, sed omnino superatur, ideo arcus eo tempore non oritur. — — Lunam igitur dicendum est, quia superare et afficere aërem non potest, ut tamen transmittat suum, perraro progignere iridem. Iris enim, quamquam ibi maxime coagmentatur, ubi superatur sol, ipsa tamen a solis lumine in se admisso neque excluso quodammodo affici debet, ad hoc videlicet, ut ex eius fulgore admisso constitui valeat. — Haec Camotius. Quod si tamen vera est Trendelenburgii sententia, quam de origine operum Aristotelis exposuit in Commentar. ad *de anim.* p. 115, non dubitamus, quin hic quoque locus unus sit ex numero eorum, in quibus discipulorum operam ac studium, eadem scripta repetita vice retractantium agnoscamus. (Vide Stahr *Aristot.* II p. 70 paulo aliter statuentem.) Qua in opinione nos confirmat oratio indirecta huius paragraphi, quamvis in aliis etiam locis ab Aristotele (sive mavis eius discipulis) saepenumero illata. — Cum verbis *ἀσθενεστέρα τε τὴν φύσιν ὥστε κρατεῖν τοῦ ἀέρος* collige verba Theophrasti *de vent.* §. 17, p. 764: *ποιεῖ δὲ καὶ ἡ σελήνη ταὐτά, πλὴν οὐχ ὁμοίως. οἷον γὰρ ἀσθενὴς ἥλιός ἐστι. — τὰ μὲν γάρ* et q. s. N. — *τῶν μὲν ..... ἰκμὰς ἐνέμεινεν* ad finem usque paragraphi recentiore

Digitized by Google

manu margo E., unde prorsus desunt in edd. A. B. — *πρὸς τῇ γῇ στηριζομένων γρ* E. *προσπεριζομένων* pro *στηριζομένων* F. et recentiore manu E. *περιζομένων* H. N. *προσπεριπεριζομένων* P. *διασκορπιζομένων* margo H. — *συμβαίνειν* pro *συμβάλλειν* P. — *γίνεσθαι δὲ καὶ νέφος νυκτῶν* Olymp. fol. 58, a. — De *οὔτε* ..... *τε* cfr. Blomfield. ad Aeschyl. *Pers.* 660. Matth. *Gr. gr.* §. 606, p. 1226. Ex verbis *οὔτε γὰρ ἀεὶ πλήρης* sc. *ἡ σελήνη* petita sunt verba Plinii *Histor. natur.* II, 59: *Noctu* [non fiunt irides], *quamvis Aristoteles prodat aliquando visum* (v. supra III, 2, 9), *quod tamen fatetur idem non nisi quarta decima luna posse.* — Articulum ante *ἐκμάς* addit F. P. *ἐνέμειναν* omittunt H. N. Verba *μάλιστα* ..... *ἐνέμειναν* neque apud Olympiodorum deprehenduntur, facileque adducor, ut certe postrema *πλείστη γὰρ ἐν αὐτῇ ἐκμὰς ἐνέμειναν* ab ineptiusculo homine addita arbitrer. Etenim, quis tandem in iride, phaenomeno *κατ' ἔμφασιν*, cui nulla certe subest substantia, humiditatem remansisse, potest affirmare? Certe scribendum erat *πλείστη γὰρ αὐτῇ* (sc. *ὅπου μάλιστα κρατεῖται ὁ ἥλιος*) *ἐκμὰς ἐνέμειναν*, quamvis nullam ego sciam locum, ubi *αὐτῇ* eadem significatione positum sit, qua *αὐτοῦ ταύτῃ* (Valkenaer ad Herodot. IV, 135).

17. Iam accedit ad demonstrationem, iridem quo altius sol supra horizontem sit sublatus, eo minorem videri arcum dimidia circuli parte. — *τὰ μὲν ἄλλα πάντα* sc. angulos linearum reflexarum circuli ambitum attingere, atque $\overline{\pi}$ eius circuli polum esse, $\overline{o}$ centrum. Male Olympiodorus fol. 58, b: *τὰ ἄλλα ποῖα; τὸ σχῆμα τῆς ἴριδος, ὅτι κυκλικὸν καὶ ὅτι κατὰ ἀνάκλασιν. ταῦτα γὰρ ἀπεδείχθη καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς νῦν πτώσεως, ὅταν ἐλάττων ἐστὶν ἡμικυκλίου δειχθήσεται.* — Particulam ante *ὁρίζων* omittunt F. N. — *τό* post *οὗ* om. E. — $\overline{\alpha\gamma}$ pro $\overline{\alpha\beta\gamma}$ B. — *ἐφ' οὗ τὸ* $\overline{\eta\pi}$ F. H. N. — *τοῦ κύκλου* omittunt H. P. — *ἐφ' ᾧ* $\overline{\pi}$ omisso articulo N. — *ἀρθέντος* Alex. fol. 123, b. — *ἐφ' οὗ τὸ* $\overline{\eta}$ F.

18. *τὸ κέντρον τοῦ* $\overline{\kappa\upsilon}$ *κύκλου* sc. arcus apparentis centrum $\overline{o}$, non horizontis $\overline{\kappa}$. — *τοῦ ὁρίζοντος νῦν τὴν ἀνατολήν*, quippe quia antea punctum $\overline{\eta}$ concidit cum

Digitized by Google

puncto, quo sol ceritur, $\overline{\alpha}$. Opponuntur enim §. 19 verba τοῦ ὁρίζοντος πρότερον. Tota autem difficultas, quam tetigit iam Olympiodorus, eoque teste iam summovere conabatur Ptolemaeus, in eo posita est, quod Aristoteles omnia, de quibus agitur puncta, adeoque omnes lineas in eodem plano positas esse supposuit, quod, cum falsum sit, non nisi idcirco fecit, ut figuras adpictas simpliciores intuentibus redderet. — αὐτός pro οὗτος E.



19. ἐπάνω post ἐπεὶ δέ ponit P. — ὑπὸ τὸ κάτω pro ὑποκάτω N. — τοῦ ἐφ' ᾧ ψυω E. H. — τὸ γὰρ ψυω ἡμικύκλιον ἦν, quod supra §. 11 litteris μν signaverat. — νω omittit F. ω deest in E. H. N. — γ pro γάρ N. — ψυον pro ψυω E. — ὑπὸ τοῦ αγ ὁρίζοντος H. N. — ου pro νω F. H. N. — αὐτοῦ om. F. ante ἐπαρθέντος ponunt H. N — ἥλιον ἐπὶ ἐλάχιστον E. ἐπεὶ ἐλάχιστον pro ἐλάχιστον δέ et mox κατωτέρω pro κατώτερος Alex. fol. 123, b. A. Vic. B. — ἐλάχιστον om. δέ P. qui deinde habet κατώτερός τε ὁ πόλος. — μεσημβρίας pro μεσημβρίαν N. — ὅσον pro ὅσῳ H. — ἔσται omittit E. —

20. Articulum ante μετοπωρινήν omittunt E. Alex. fol. 124, a. Vic. B. — ἀεί deest in E. — τῆς ἑτέρας omittunt H. N. — τὴν ἰσημερίαν omittit E. — Articulus ante ἑτέραν deest in N. — περὶ μεσημβρίαν H. N. utrumque omittit E. — ἴρις deest apud Alex. A. Vic. B. — αἴτιον δ' ὅτι addito δέ E. — τμήματα sunt arcus, quos diurno itinere sol conficit. Hinc intelligitur, quo iure dixerit τὰ πρὸς ἄρκτον τμήματα πάντα μείζω ἡμικυκλίου καὶ ἀεὶ ἐπὶ μείζω. Scilicet aequinoctiis verno et autumnali, arcus diurnus solis dimidiam circuli partem aequat ($\overline{\iota\varkappa} = 90°$); quando vero sol amplius progreditur versus tropicum cancri $\overline{\tau\lambda}$ arcus diurni maiores fiunt, donec in ipso tropico circulo maximam amplitudinem attingant ($\overline{\tau\vartheta} > 90°$). Arcus nocturnus (τὸ ἀφανὲς τμῆμα) tum temporis

Digitized by Google

longe minor. Recedente deinde sole ad aequatorem eumque transeunte, rursus diminuitur amplitudo arcus diurni, augetur nocturni, donec posterior maxima fiat in tropico capricorni. Verba Aristotelis paulo obscuriora videntur, quia in verbis τὰ δὲ πρὸς μεσημβρίαν τμήματα τοῦ ἰσημερινοῦ circulos parallelos, quibus sol incedere videtur, cum aequatore, quem unum eumque maximum parallelorum iure ἰσημερινὸν vocare poterat, confudit. Unde



patet, Bekkerum perperam post τὸ δ' ὑπὸ γῆν μέγα maiore, post καὶ ἀεὶ δὴ τὰ ῥορρωτέρω μείζω minore distinxisse interpunctione, cum posteriora verba antegressis eadem ratione addita sint, qua supra καὶ ἀεὶ ἐπὶ μείζω dixerat post verba τὰ πρὸς ἄρκτον τμήματα πάντα μείζω ἡμικυκλίου; deinde apparet τὸ μέσον τοῦ τμήματος nihil esse aliud, quam quod punctum culminationis vocamus, in meridiano circulo situm. Verba enim καὶ ἐπὶ τὸ μεσημβρινὸν τὴν τὸ $\overline{\eta}$ non nisi explicationis gratia (κατ' ἐπεξήγησιν) addita sunt antegressis πρὶν ἐπὶ τὸ μέσον ἐλθεῖν τοῦ τμήματος. — Caeterum cfr. Plin. *Histor. natur.* II, 59: *Fiunt* [arcus caelestes] *maxime ab aequinoctio autumnali die decrescente. Quo rursus crescente ab aequinoctio verno non exsistunt nec circa solstitium longissimis diebus: bruma vero, hoc est, brevissimis diebus frequenter. — — Aestate — per meridiem non cernuntur, post auctumni aequinoctium quacunque hora, nec unquam plures simul, quam duo.* Senec. *Quaest. natur.* I, 8, 7: *Temporibus aestivis supra nostrum verticem fertur* [sol]. *Itaque medio die excelsissimus terras rectiore adspicit linea, quam ut ullis nubibus possit oriri. Omnes enim tunc sub se habet.* — καὶ ἀεὶ ἐπὶ μείζω omisso ἡμικυκλίου, quod Bekk. praebet, exhibuimus cum E. A. Vic. Alex. B. — τὰ ῥορρώτερον μείζω E. μείζω τὰ ῥορρωτέρω F. μείζω τὰ ῥορρώτερα H N.

Digitized by Google

21. *πρὸς θερινὰς τροπάς* omisso articulo E. F. A. Vic. P. — *τοῦ τμήματος* omittunt Alex. fol. 124, a. A. Vic. B. — *τὸν μεσημβρινόν* N. — *ἤδη* abest apud A. Vic. B. — *τελέως* pro *παντελῶς* F. H. N. — Iidem *ἡ τὸ* $\overline{\pi}$ addito priore articulo. — *μέρος* pro *μέγεθος* N.

22. *τοὐναντίων* pro *τοὐναντίον* B. — *τῆς δὲ ἐφ' ᾧ τὸ* $\overline{\eta}$ addito *τε* F. *τῆς γῆς ἐφ' ᾧ τὸ* $\overline{\eta}$ E.

CAPUT SEXTUM.

De virgarum phaenomeno diaeruit Seneca *Quaest. nat.* I, 9: — *Virgae nihil aliud quam imperfecti arcus sunt. Nam facies quidem illis est picta, sed nihil curvati habent. In rectum iacent. Fiunt autem iuxta solem fere in nube humida et iam per se spargente. Itaque idem est in illis, qui in arcu color, tantum figura mutatur: quia nubium quoque, in quibus extenduntur, alia est.* Idem Seneca virgas pluviarum esse signa monet. Adde Plutarch. *Plac. philos.* III, 6, p. 83 Cors: *Τὰ κατὰ τοὺς ῥάβδους καὶ ἀνθηλίους συμβαίνοντα μίξει τῆς ὑποστάσεως καὶ ἐμφάσεως ὑπάρχειν, τῶν μὲν νεφῶν ὁρωμένων, οὐ κατ' οἰκεῖον δὲ χρῶμα, ἀλλ' ἕτερον, ὅπερ κατὰ τὴν ἔμφασιν φαίνεται. ἐν δὲ τούτοις πᾶσι τά τε κατὰ φύσιν καὶ κατὰ ἐπίκτησιν ὅμοια συμβαίνει πάθη.* — Supra III, 2, 6: *παρήλιοι δὲ καὶ ῥάβδοι γίνονται ἐκ πλαγίας ἀεὶ καὶ οὔτ' ἄνωθεν οὔτε πρὸς τῇ γῇ οὔτ' ἐξ ἐναντίας, οὔτε δὴ νύκτωρ, ἀλλ' ἀεὶ περὶ τὸν ἥλιον, ἔτι δ' ἢ αἰρομένου ἢ καταφερομένου· τὰ πλεῖστα δὲ πρὸς δυσμάς· μεσουρανοῦντος δὲ σπανιόν τι γέγονεν, οἷον ἐν Βοσπόρῳ ποτὲ συνέπεσεν. δι' ὅλης γὰρ τῆς ἡμέρας συνανασχόντες δύο παρήλιοι διετέλεσαν μέχρι δυσμῶν.* Quae ad verbum fere transtulit Plinius *Histor. nat.* II, 31: *Et rursus plures soles simul cernuntur: nec supra ipsum, nec infra, sed ex obliquo: numquam iuxta nec contra terram: nec noctu, sed aut oriente, aut occidente. Semel et meridie conspecti in Bosporo produntur, qui a matutino tempore duraverunt in occasum.* Soles vulgo apud Romanos parhelia vocabantur. Cfr. Senec. *Quaest. nat.* I, 11: *Historici soles vocant et binos ternosque apparuisse memoriae tradunt.*

Digitized by Google

Vide Liv. XXII, 1; XXVIII, 11; XXIX, 14. Ex iis, quae sequuntur apud Senecam, verbis concludere aliquis possit, cum toties Aristotelica ad verbum reddidisset ille auctor, apud nostrum pro *παρήλιοι* legendum esse *παρήλια*. Dicit enim: *Graeci parhelia appellant: quia in propinquo fere a sole visuntur, aut quia accedunt ad aliquam similitudinem solis.* At Posidonium potius, quam Aristotelem, ibi ante oculos habuit Seneca, de quo Schol. ad Arati *Diosem.* v. 149, p. 196 (Buhle): *παρήλια δὲ ὁ Ποσειδώνιός φησι νέφη εἶναι στρογγύλα περὶ τὴν τοῦ ἡλίου ἔλλαμψιν ἐκ τοῦ ἡλίου λαμπόμενα. οὐ γὰρ ἰδίῳ φωτὶ κέχρηται, ἀλλὰ τῷ τοῦ ἡλίου, ὥσπερ καὶ ἡ σελήνη· διὸ καὶ παρήλιοι εἴρηται τῷ τε στρογγύλα εἶναι καὶ τῷ ἐλλάμπεσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου. ὅμοια οὖν αὐτὰ γίνεται παρεπόμενα τῷ ἡλίῳ, παρ' ὅσον ἐκ πλαγίου αὐτοῦ ὁρᾶται. διὸ καὶ λευκὰ φαίνεται. περὶ γὰρ ἔλλαμψιν τοῦ ἡλίου τὰ τοιαῦτα αὐτῷ συμπίπτει. πέφυκε γὰρ ἐκ πλαγίων τοῦ ἡλίου ταῦτα γίνεσθαι, ἐπεὶ τὰ μὲν ὑπὸ τὸν ἥλιον νέφη ταχεῖαν λαμβάνει τὴν διάλυσιν· τὰ δὲ πολὺ ἀπηρτισμένα οὐ δύναται τὴν ἀνάκλασιν τῶν ἀκτίνων ποιεῖσθαι. ἐκ δὲ τῶν πλαγίων ῥᾳδίαν τὴν ἔλλαμψιν συμβαίνει γίνεσθαι· ὅθεν καὶ δυομένου ἢ ἀνιόντος τοῦ ἡλίου ταῦτα συνίσταται τῷ λοξὰς ἐμπίπτειν εἰς αὐτὰ τὰς ἀκτῖνας μὴ οὔσας καθετικάς. συνίσταται δὲ ταῦτα ἑκατέρωθεν τοῦ ἡλίου πολλάκις.* Parhelios vocavit etiam magistrum secutus Theophrastus, qui de iis tamquam de signis tempestatum refert (*fragm.* VI, 1, 22, p. 788): *ἐὰν παρήλιοι δύο γένωνται καὶ ὁ μὲν νοτόθεν, ὁ δὲ βορράθεν καὶ ἅλως ἅμα, ὕδωρ διὰ ταχέων σημαίνουσι* et VI, 2, 4, p. 790: *παρήλιος, ὁπόθεν ἂν ᾖ, ὕδωρ ἢ ἄνεμον σημαίνει.* — De parheliis denique conferantur, praeter ea, quae monuimus ipsi *Meteorol. vet. Graec. et Roman.* IX, 47, p. 197 sqq., Scaliger Animadvers. ad Euseb. *Chronic.* p. 159, Casaubonus ad Strabon. VII p. 444, 19. Bake ad Posidon. p. 78. Sext. Empiric. *adv. Mathemat.* c. 21. Adde Cleomed. *Meteor.* II p. 293: *οὐκ ἂν εἴη ἀδύνατον ἤδη καταδεδυκότος τοῦ ἡλίου καὶ ὑπὸ τὸν ὁρίζοντα ὄντος, φαντασίαν ἡμῖν προσπεσεῖν, ὡς μηδέπω καταδεδυκότος αὐτοῦ, ἢ νέφους παχυτέρου πρὸς τῇ*

Digitized by Google

δύσει ὄντος καὶ λαμπρυνομένου ὑπὸ τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων καὶ ἡλίου ἡμῖν φαντασίαν ἀποπέμποντος, ἢ ἀνθηλίου γινομένου. καὶ γὰρ τοιαῦτα πολλάκις φαντάζεται ἐν τῷ ἀέρι, καὶ μάλιστα περὶ τὸν Πόντον. Procul dubio Cleomedes nullum aliud phaenomenon intellexit, quam quod Aristoteles et reliqui a nobis laudati auctores, quamvis παρήλια, ut ipse sit Aristoteles (III, 2, 6) numquam adversa fiant soli et ἀνθήλια nihil sint aliud, nisi imagines solis a nube, quemadmodum ab aqua reflexae, quod phaenomenon, quamvis raro, observatum tamen est (vide *Philosoph. Transact. abridged.* XI p. 532. L. Howard *Climate of London* II p. 11). Geminati solis saepenumero mentio iniicitur apud veteres (cfr. Cicero. *de nat. deor.* II, 5; *de republ.* I, 10): trinae lunae commemorantur apud Plinium *Hist. nat.* II, 32. Dion. Cass. XLV, 17, Vol. I p. 431 Reim.: τὸ φῶς τοῦ ἡλίου ἐλαττοῦσθαί τε καὶ σβέννυσθαι τότε δὲ ἐν τρισὶ κύκλοις φαντάζεσθαι ἔδόκει· καὶ ἕνα γε αὐτῶν στέφανος σταχύων πυρώδης περιέσχεν. XLVII, 40, p. 519: τότε δὲ μέγας καὶ τριττὸς ἐξεφαίνετο καὶ ποτὲ καὶ νυκτὸς ἐξέλαμψε (quod ad auroram borealem spectat). Iul. Obseq. *de prodig.* c. 128: *Soles tres fulserunt, circaque solem imum corona spiceae similis in orbem emicuit: et postea in unum circulum sole redacto, multis mensibus languida lux fuit* (quibus verbis siccam nebulam intelligi vult): sed plures quam tres ad suum usque aevum numquam visas esse, idem testatur Plinius II, 31. Quod mirum profecto accidit, cum notissimum sit Scheinerum Iesuitam quinque soles Romae observasse (cfr. Cartes. *Meteor.* X, 6, p. 239; Hugen. *Opera rell.* II p. 12) idemque deinde phaenomenon saepenumero deinceps apparuerit (Gilb. *Annal.* III p. 359; Frauenhofer in Schumacher *Astron. Abhandl.* III p. 37 sqq.). Quando parhelia apparent, solet etiam crux apparere, a quavis solis parte porrecta, cuius phaenomeni explicationem dedit, quem laudavimus Frauenhofer. Talem crucem vidit, si quid omnino vidit, Constantinus M. Alludunt ad hoc visum Eusebius in *Panegyric. Constantin.* c. 21, p. 309 ed. Bip. Lactantius *de morte*

Digitized by Google

persecutor ad Donat. c. 44. Tom. II p. 408 ed. Bip. Rem narrant Eusebius *vita Constantin.* I, 26. Socrates *Histor. ecclesiast.* I, 1. Philostorgius *Hist. ecclesiast.* I, 6. Cfr. omnino I. C. Wernsdorf *de viso Constantini M.* in Stosch *Mus. critic.* Vol. II p. 131. — Notum est praeterea, recentiores physicos parheliorum originem non infeliciter ex refractione et reflexione radiorum a parvulis glaciei crystallis in aëre circumlatis explicuisse; cuius explicationis vestigia reperimus in Scholio ad Arati *Diosem.* v. 148, p. 197 (ex tribus vel etiam pluribus consarcinato): *γίνεται δὲ τὰ παρήλια ἀπὸ τοῦ περὶ τὴν θάλασσαν ὑγροῦ ἀέρος, ὃς ἀναδιδόμενος εἰς νέφη διαφορεῖται. ψυχρὸς δὲ ἄνεμος ἐμπεσὼν πήγνυσιν αὐτά, κἀκεῖνα, ἅτε δὴ καὶ τὰς ἀκτῖνας δυνάμενα δέχεσθαι, ἐρυθραίνονται. διὸ καὶ ἀνέμων φησὶν αὐτὰ σημεῖα. ὕλης δὲ πυκνῆς δεῖται ἡ τούτων σύστασις καὶ πολλῆς. διὰ τοιοῦτο καὶ ἀμφὶ τὸν Εὔξεινον Πόντον τὰ πολλὰ φαίνεται συνιστάμενα, σπανίως δὲ κατὰ τὴν Ἑλλάδα* (Cfr. hac de re Bernhardi ad Dionys. *Perieg.* v. 634, p. 697 sq.). *σημεῖον δέ ἐστιν ἐναργὲς χειμῶνος.*

1. *ταύτας τὰς αἰτίας* Olymp. Aldi fol. 60, a. — *περί* ante *παρηλίου* omittit N. quod inde factum, quia scriba mox exhibuit *παρ' ἡλίων*. — *παρηλίων* exhibent F. H. — *τὰς εἰρημένας* E. quod quamvis deterius, aliquo tamen modo ferri potest. — Post *πρὸς τὸν ἥλιον* E. recentiore manu addit: *ἀπό τινος ὑποκειμένου νέφους*, quorum verborum prima *ἀπό τινος* servaverunt A. B. P. — Alex. Aldi post *προσπίπτειν* ponit punctum fol. 124, b. — *τὴν ὄψιν τοιαύτην* transpositis vocabulis et omisso *οὖσαν* N. cfr. ad I, 8, 10, Vol. I p. 417. — *γίγνεσθαι ἀεί* mutato verborum ordine N. Post *ἀεὶ γίνεσθαι* Olymp. addit *πρὸς τὸν ἥλιον.*

2. Cfr. III, 4, 22: *πρὸς δὲ τούτοις δεῖ μὴ λεληθέναι καὶ τόδε· συμβαίνει γὰρ ὅταν ᾖ τοῦ ἡλίου νέφος πλησίον, εἰς μὲν αὐτὸ βλέποντι μηθὲν φαίνεσθαι κεχρωματισμένον, ἀλλ' εἶναι λευκόν, ἐν δὲ τῷ ὕδατι ταὐτὸ τοῦτο θεωροῦντι χρῶμά τι ἔχειν τῆς ἴριδος.* — De vocabulo *εὐθυωρία* cfr. ad III, 1, 7.

3. *ὅταν ἀνώμαλος ᾖ τοῦ νέφους ἡ σ.* transposito verbo et articulo F. *σύστασις ᾖ* H. N. *ᾖ τοῦ νέφους σύστασις* Olymp.

Digitized by Google

cfr. ad III, 3, 2. — πυκνότερον pro positivo F. H. N. — τοῦ ἥλιου post τὸ σχῆμα omittunt E. F. cfr. III, 2, 10. 4, 6. — Mox verba διὰ μικρότητα τῶν ἐνόπτρων desunt in E. F. Posterior in margine τῶν ἐνόπτρων ὄντων μικρῶν. — σμικρότητα τῶν ἐνόντων Alex. fol. 124, b. διὰ τὴν σμικρότητα A. V. B. P. τῶν ἐνόντων etiam A. — διὰ δὲ τό et q. s. addita inepte particula δέ F. H. N. — Praepositionem ante ἀναμάλῳ omittit E. — φοινικιοῦν h. l. et mox §. 4. E. cfr. ad III, 4, 6.

4. Verba ὁρᾶν ἢ ἀπὸ τούτων omisit prima manus E. — ἀναχλώμενον pro ἀναχλωμένην voluit Koenigmann *Geogr. Aristotel.* p. 52, quia ad illud verbum mox referantur ὅμοιον et φοινικοῦν. At perperam, uti nobis quidem videtur. Ad ὅμοιον et φοινικοῦν ex verbo φαίνεται eruendum est τὸ φαινόμενον.

5. Ad verba ὁμαλὸς ἦ ὁ ἀὴρ καὶ πυκνὸς ὁμοίως cfr. Senec. *Quaest. nat.* I, 13, 2: *Debent autem hae nubes, quae hoc praestant, densae esse, laeves, splendidae, plane naturae solis. Ob hoc omnia, quae huius modi sunt simulacra, candida sunt, et similia lunaribus circulis: quia ex percussu oblique accepto sole resplendent.* — τὸν ἀχλύν pro τὸν ἥλιον exhibent E. F. utrumque τὸν ἥλιον τὸν ἀχλύν coniungit H. — διὰ τὸ ὑπάρχον addita praepositione E. F. — ἀνακλωμένης pro κλωμένης margo F. Obiter moneamus lexicis addendum esse verbum ἐγκαταχλᾶν, quod deprehenditur apud Schol. ad Arati *Diosem.* 79, p. 161 ed. Buhle.

6. διὰ δὲ τοῦτο pro διὰ δὲ τὸ αὐτό Olymp. — σημαίνει pro συμβαίνει Alex. et in ῥήματι et in commentario, ubi haec leguntur fol. 125, a: διὰ δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτό φησι καὶ μᾶλλον ὕδατος σημεῖον εἶναι τὸν παρήλιον τῶν ῥάβδων. τὸ αὐτὸ τοῦτο λέγων τὴν πυκνότητα καὶ ὁμαλότητα τῆς συστάσεως. σημεῖον γὰρ ἡ τοιαύτη σύστασις τοῦ τὸν ἀέρα ἐπιτηδείως ἔχειν πρὸς μεταβολὴν καὶ γένεσιν ὕδατος. Ita etiam A. Vic. De re cfr. Senec. *Quaest. nat.* I, 13, 3: *Pluviarum autem et hi soles, uter enim historica lingua, indicia sunt: utique si a parte austri constiterunt, unde maximae nubes ingravescunt; quum utrinque solem*

Digitized by Google

cinxit effigies, ei Arato credimus, tempestas surgit. Verum sunt Arati *Diosem.* v. 148 — 159:

Σκέπτεο δ' ἢ ἀνιόντος ἢ αὐτίκα δυομένοιο,
εἴ πού οἱ νεφέων τὰ παρήλια κικλήσκονται,
ἢ νότου, ἠὲ βορῆος ἐρεύθεται, ἢ ἑκάτερθεν,
μηδ' οὕτω σκεπτὴν ταύτην ἀμενηνὰ φυλάσσειν·
οὐ γὰρ ὅτ' ἀμφοτέρωθεν ὁμοῦ περὶ μέσσον ἔχωσιν
ἠέλιον, κεῖναι νεφέλαι σχεδὸν Ὠκεανοῖο
γίγνεται ἀμβολίη διόθεν χειμῶνος ἰόντος·
εἴγε μὲν ἐκ βορέαο μί' ὀξὴ φοινίσσοιτο
ἐκ βορέω πνοιάς κε φέροι, νοτίη δὲ νότοιο.
ἢ καὶ που ῥαθάμιγγας ἐπιτροχόωσ' ὑετοῖο.
ἑσπερίοις καὶ μᾶλλον ἀληθέα τεκμήραιο·
ἑσπερόθεν γὰρ ὁμῶς σημαίνεται ἐμμενὲς αἰεί.

7. περί τε δυσμάς omisso τάς recepimus cum E. H. N. Alex. fol. 125, a. A. Vic. Bekkerus cum reliquis περί τε τὰς δυσμάς. cfr. ad I, 3, 15. Vol. I p. 351, et supra ad III, 2, 5. — καὶ τὰς ἀνατολάς omissa in altero membro praepositione dedimus cum E. cfr. ad I, 12, 20. Vol. I p. 444. — Ad verba οὔτ' ἄνωθεν οὔτε κάτωθεν cfr. Senec. *l. l.: Ex percussu oblique accepto solo resplendent: Nam si infra solem nubes fuerit et propior, ab eo dissipatur: longe autem posita radios non remittit, nec imaginem efficit. Quia apud nos quoque specula, quum a nobis procul abducta sunt, faciem non reddunt, quia acies nostra non habet usque ad nos recursum.* — εὐθύς pro ἐγγύς E. — διαλύσει pro διαλύει E. Alex. B. — ἀπὸ μικροῦ ἐνάπτρου omisso γάρ E. ἀπ. μ. γὰρ ἐνόπτρου F.

8. Totus locus inde a §. 7, quo de situ parheliorum agit, paulo obscurior, quam reliqua. Demonstrare enim conatur, parelia non nisi a latere solis posse apparere, ideircoque causam praemittit, cur neque nimium distare, neque nimis vicina esse queant. Quod si enim longo distarent intervallo, nulla fieri posset reflexio: quod si nimium forent propinqua, concretio solis calore dissolveretur. Huc usque omnia clara. Difficultas latet in eo, quod §. hoc demonstravit, supra fieri

Digitized by Google

non posse parhelia, neque cum nimis propinquae sint nubes, neque cum nimium remotae; quippe quum hoc ex iis, quae antea monuerat, per se pateat: non item clarum sit, cur media quadam, ut neque diluatur concretio, neque reflexio impediatur, qua fieri possunt distantia supra solem non fiant, quod exponere neglexit et in anterioribus iam diserte explicata amplius persequi maluit. Quod tetigit Vicomercatus. Ait enim: *Sed conveniens, inquiet aliquis, distantia esse potest, ut illorum incommodorum neutrum sequatur. Haec vero esse non potest, propterea quod sol semper progrediatur. Itaque si ante se concretio illa praeeat, ad eam sol statim accedit: si vero subsequatur, ab eo longius recedit, illaque protinus conveniens distantia tollitur.* Alia deinde difficultas inest verbis: ἐν δὲ τῷ πλαγίῳ ..... φερομένην, in quibus cum Alexandro, duplicem explicationem proponente, hyperbaton agnoscimus. Alexandri verba huc pertinentia sunt: εἰπὼν δέ, ὥστε μήτε τὸν ἥλιον διαλῦσαι τήν τε ὄψιν ἀθρόαν ἐλθεῖν, προσέθηκε, διὰ τὸ πρὸς τὴν γῆν φερομένην μὴ διϊκνεῖσθαι, ὥσπερ δι' ἀχανοῦς φερομένην. ὃ εἴη ἂν ἴσον τῷ (i. e. perinde ac si dixisset) εἰ γὰρ μὴ ἦν ἡ προειρημένη σύστασις σύμμετρον ἀφεστῶσα τοῦ ἡλίου, κἂν ἐκ πλαγίων αὐτοῦ, ἀλλὰ πρὸς τῇ γῇ ἐφέρετο, μὴ δύνασθαι τὴν ἀνάκλασιν ἀπ' αὐτῆς διϊκνεῖσθαι πρὸς τὸν ἥλιον, ὥσπερ δι' ἀχανοῖς φερομένην, διὰ τὸ τῆς ἀποστάσεως μέγεθος. δύναται καὶ ἐν ὑπερβατῷ ἡ λέξις εἰρῆσθαι, ὡς εἶναι τὸ ἑξῆς καὶ τὸ ἀκόλουθον οὕτως ἔχον. ἐὰν δὲ πόρρω, ἐλάττων ἡ ὄψις οὖσα ἢ ὥστε ποιεῖν ἀνάκλασιν, οὐ προσπεσεῖται διὰ τὸ πρὸς τὴν γῆν φερομένην μὴ δύνασθαι διϊκνεῖσθαι ὥσπερ δι' ἀχανοῦς φερομένην. τότε γὰρ ὅλον πόρρω ἔσται τοῦ ἡλίου ἡ σύστασις, ὡς μὴ δύνασθαι ἀπ' αὐτῆς πρὸς τὸν ἥλιον τὴν ὄψιν ἀνακλᾶσθαι, ὅταν ᾖ πρὸς τῇ γῇ. ἀπὸ γὰρ τῆς πρὸς τῇ γῇ φερομένης συστάσεως, ὡς δι' ἀχανοῦς ἡ πρὸς τὸν ἥλιον ἀνάκλασις. εἶτα μετὰ τὴν λέξιν ταύτην τακτέον, ἐν δὲ τῷ πλαγίῳ τοσοῦτον ἔστιν ἀποστῆναι τὸ ἔνοπτρον, ὡς μήτε τὸν ἥλιον διαλῦσαι, τήν τε ὄψιν ἀθρόαν διελθεῖν. — Hyperbati

Digitized by Google

ab Aristotele frequentati exemplum habuimus, quamvis minus durum supra III, 2, 12. — *αἱ ἄλως* N. Alex. fol. 125, a. B. — *ἐλάττων οὖσα ἡ ὄψις* N. transposito participio, quod omittit H. — Verba *ὑπὸ τὸν ἥλιον* quae Bekkerus posuit cum E. A. B. P. aliisque editionibus post *ἐν δὲ τῷ πλαγίῳ* omisimus cum F. H. N. Vic. Quamvis in *ῥήματι* deprehendantur apud Alexandrum, desunt tamen in commentario fol. 125, a: *ἐν δὲ τῷ πλαγίῳ φησὶν ἔστιν εὑρεῖν σύμμετρον ἀπόστασιν.* — *ἐστὶ διὰ τὸ τοσοῦτον* B. — *ἀπωσθῆναι* pro *ἀποστῆναι* N. — *διαλύσαι* B. — *διελθεῖν* dedimus cum E. Bekkerus cum reliquis *ἐλθεῖν.* — *διασπᾶσθαι* pro *διικνεῖσθαι* E. *δύνασθαι διικνεῖσθαι* recentiore manu F. H. *δύνασθαι ἀφικνεῖσθαι* N. et prima manu H. — *δι' ἀχανοῦς* vide Commentar. ad I, 3, 10. Vol. I p. 343.

9. *ἄν* post *διαλύεσθαι* omittit E. — *τὸ πλησίον μὲν τῆς γῆς* de oriente et occidente sole intelligendum est, quibus verbis respondent: *ἄνω δὲ μεσουράνιον ὄντος [τοῦ ἡλίου]*, ita ut cavendum sit, ne *ἄνω* eadem accipias significatione, qua supra positum erat *ἄνωθεν* §. 7. 8. Illud de situ parelii respectu solis, hoc de situ solis respectu hominis in terrae superficie solem observantis exponendum est. — *ἄνω δὲ μεσουράνιον διὰ τὸ τὴν ὄψιν διασπᾶσθαι* H. N. *ἄ. δ. μ. τὴν ὄψιν διασπᾶσθαι* prorsus omisso *ὄντος* F. — *διασπᾶσθαι* i. e. *ἀσθενῆ γίνεσθαι διὰ τὸ μῆκος τοῦ διαστήματος*, uti explicat Alexander fol. 125, b. — *ἐκ πλαγίου* F. H. N. — *ὑπὸ τὴν γῆν* i. e. *ἐγγύς* sive *πρὸς τῇ γῇ.* Omisso articulo *ὑπὸ γῆν* A. Vic. cfr. ad Exc. I, 6, 1. Vol. I p. 182. — *οὐ πρὸς γῆν* B.

CAPUT SEPTIMUM.

Non dubitavimus, quae hoc capite complectimur, divellere ab antegressis, quibuscum in novissima etiam editione coniuncta sunt, praesertim cum librum claudant, ita ut confusionis timor (qui alias mutandi libidinem in nobis cohibuit, ut I, 10. III, 1) nos hoc certe loco in novandi, si ita vis appellare, studio prohibere non potuerit. Sunt autem tam diversa

Digitized by Google

nobisque in sexto capite tractatis tam aliena, ut, si divisio librorum in singula capita ab ipso Aristotele profecta est, quae de re dubitamus, ipse philosophus novum caput statueret, necesse fuerit. Transitum autem efficiunt aut ad libellum de metallis (cuius mentionem facit Olympiodor. fol. 2, a. cfr. not. ad Exc. I, 1, 1, Vol. I p. 133), aut ad quartum, qui sequitur librum, qua de re in dissertatione commentario in illum librum praemissa nostram sententiam aperuimus.

1. *ὑπὲρ τὴν γῆν* F. Alex. fol. 125, b. B. P. *ὑπὲρ γῆν* Olymp. fol. 60, a. — *σχεδόν* explicuimus ad I, 1, 3. Vol. I p. 324. — *ἐγκατακλειομένης* pro *ἐγκατακλειομένη* F. H. Alex. A. Vic. B. *τῇ ἐγκατακλειομένους τ. τ. γ. μ.* P. — Articulum ante *τῆς γῆς μέρος* (ita enim exhibet) omittit N. — *τῷ διπλῇ πεφυκέναι* pro *διὰ τὸ δ. π.* H. N.

2. Articulus ante *ἀναθυμίασις* deest in E. H. N. — *ἐστί* pro *εἰσίν* H. omittit F. — *καί* quod sequitur abest in F. — *ἤδη* pro *εἴδη* Alex. fol. 125, b. — *τῶν εἰρημένων* pro *τῶν ἐν τῇ γῇ γινομένων* E. — *τὰ μεταλλευτά* omisso *δέ* E.

3. *ἀναθυμίασις ἐκπυροῦσα ποιεῖ* dedimus cum E. Alex. Olymp. A. Vic. B. Bekkerus cum reliquis *ἀναθυμίασίς ἐστιν ἥτις ἐκπουροῦσα ποιεῖ*. — Ad verba *ποιεῖ τὰ ὀρυκτὰ πάντα* cfr. *Problem.* XXIV, 11, p. 937, a: *διὰ τί ὑπὸ τῶν θερμῶν ὑδάτων μᾶλλον ἢ ὑπὸ τῶν ψυχρῶν πήγνυνται λίθοι; πότερον ὅτι τῇ τοῦ ὑγροῦ ἐκλείψει γίνεται λίθος, μᾶλλον δὲ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ ἢ τοῦ ψυχροῦ ἐκλείπει τὸ ὑγρόν, καὶ ἀπολιθοῦται δὴ διὰ τὸ θερμόν, καθάπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς φησι τάς τε πέτρας καὶ τοὺς λίθους καὶ τὰ θερμὰ τῶν ὑδάτων γίνεσθαι. ἢ τὸ θερμὸν ἀπολιθοῖ· καὶ ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ δὲ λιθοῦται διὰ τὸ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ πάγου τὸ ὑγρὸν ἀναλίσκουσαν σκληρύνειν; δῆλον οὖν ἐκ τῆς ὑπερβολῆς καὶ τὸ ἁπλῶς.* Plutarchus *Quaest. Sympos.* VI, 5 (cfr. VII, 2) lapides nihil esse aliud dicit, nisi terrenam materiam frigore geluque condensatam ac compressam, quo maiore frigore formatam, eo densiorem. Ipse Aristoteles libro quarto, quod inter fossilia et metalla h. l. statuit discrimen neglexit. cfr. IV, 8, 2: *ἐκ μὲν οὖν ὕδατος καὶ γῆς τὰ ὁμοιομερῆ σώματα συνίσταται, καὶ*

Digitized by Google

ἐν φυτοῖς καὶ ἐν ζῴοις καὶ τὰ μεταλλευόμενα, οἷον χρυσὸς καὶ ἄργυρος καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, ἐξ αὐτῶν τε καὶ τῆς ἀναθυμιάσεως τῆς ἑκατέρου ἐγκαταλειομένης, ὥσπερ εἴρηται ἐν ἄλλοις. IV, 10, 2: λέγω δ' ὁμοιομερῆ τά τε μεταλλευόμενα, οἷον χρυσόν, χαλκόν, ἄργυρον, κασσίτερον, σίδηρον, λίθον καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα, καὶ ὅσα ἐκ τούτων γίνεται ἐκκρινόμενα et q. s. IV, 10, 14: εἰ οὖν ἅπαντα μὲν ἢ ὑγρὰ ἢ πεπηγότα, τούτων δὲ τὰ ἐν τοῖς εἰρημένοις πάθεσι, καὶ οὐκ ἔστι μεταξύ, ἅπαντ' ἂν εἴη εἰρημένα οἷς διαγνωσόμεθα πότερον γῆς ἢ ὕδατος ἢ πλειόνων κοινόν, καὶ πότερον ὑπὸ πυρὸς συνέστηκεν ἢ ψυχροῦ ἡ ἀμφοῖν. χρυσὸς μὲν δὴ καὶ ἄργυρος καὶ χαλκὸς καὶ κασσίτερος καὶ μόλυβδος καὶ ὕελος καὶ λίθοι πολλοὶ ἀνώνυμοι ὕδατος· πάντα γὰρ ταῦτα τήκεται θερμῷ. Caeterum, uti bene monuit Olympiodorus (qui tamen utriusque philosophi differentiam etiam subtiliter exposuit), Platonem huius sententiae auctorem habuit Aristoteles, potius quam quem aliis in locis appresse sequi solet (vide Commentar. ad I, 4, 3. Vol. I p. 365) Hippocratem, cuius *de aëre, aq. et loc.* §. 35 haec sunt verba: ὅκου θερμὰ ὕδατά ἐστι ἢ σίδηρος γίνεται, ἢ χαλκὸς ἢ ἄργυρος ἢ χρυσὸς ἢ θεῖον ἢ στυπτηρίη *), ἢ ἄσφαλτον, ἢ νίτρον. ταῦτα γὰρ πάντα ὑπὸ βίης γίνονται τοῦ θερμοῦ. Et ita etiam Diodor. Sicul. II, 52: τοὺς χρυστάλλους λίθους ἔχειν τὴν σύστασιν ἐξ ὕδατος καθαροῦ πανέντος, οὐχ ὑπὸ ψύχους, ἀλλ' ὑπὸ θείου πυρὸς δυνάμεως, δι' ἣν ἀσήπτους μὲν αὐτοὺς διαμένειν, βαφῆναι δὲ πολυμόρφως ἀναθυμιάσει πνεύματος. Discrimen ab Aristotele inter ὀρυκτά et μέταλλα statutum, si unum excipias Theophrastum, a nemine fere antiquitatis scriptore observatum est, cum quidquid sub terra inquireretur effoderetur que ad hominum utilitatem ac commoditatem, veteres metalli nomine notum soleret. Cfr. Blasium Caryophilum *de antiq. marmor.* p. 58. Verba Theophrasti *de lapid.* 1.

*) Ne de eo alumine, quod hodie ita vocamus, cogites, vetant ea, quae disseruit Beckmann in *Commentat. Soc. Gotting.* Vol. IX. *Beiträge zur Gesch. der Erfind.* Vol. II, p. 92—108. cfr. Niclas ad *Geopon.* VII, 12, 29. Sprengel ad Dioscorid. Vol. II, p. 649 sq.

Digitized by Google

p. 686 haec sunt: *τῶν ἐν τῇ γῇ συνισταμένων τὰ μέν ἐστιν ὕδατος τὰ δὲ γῆς· ὕδατος μὲν τὰ μεταλλευόμενα, καθάπερ ἄργυρος καὶ χρυσὸς καὶ τἆλλα, γῆς δὲ λίθος τε καὶ ὅσα λίθων εἴδη περιττότερα, καὶ εἴ τινες δὴ τῆς γῆς αὐτῆς ἰδιώτεραι φύσεις εἰσὶν ἢ χρώμασιν ἢ λειότησιν ἢ πυκνότησιν ἢ ἄλλῃ τινὶ δυνάμει.* — Caeterum de gemmarum lapidumque studiis apud veteres cfr. Bernhardy ad Dionys. *Perieges.* p. 506 sqq., de metallorum fabrica Schneideri *Analecta ad histor. metallurg. veterum.* Traiect. ad Viadr. 1788. 4.— *καὶ ὅσα τηκτά* pro *τὰ ἄτηκτα* Olympiodor. fol. 60, a.— *σανδαράχην* pro *σανδαράκην* F. P. cfr. Dioscorid. V, 120 sq. qui ab arsenico probe distingnit (*de venen.* c. 29, p. 37). Strabon. XII, p. 841. Galen. *de simplic. medicament. facult.* IX. Tom. XII p. 235. Theophrast. *de lapid.* 40, p. 696. §. 50, p. 699, ubi constanter iungitur ac simul distinguitur ab arsenico. Auctore Sprengelio ad Dioscorid. l. l. Vol. II p. 649 *ἀρσενικόν* est arsenici minera sulphurata citrea (*gelbes Rauschgold*), *σανδαράκη* s. *σανδαράχη* arsenicum sulphuratum rubrum, *Realgar* recentioribus appellatum.— *ὄχραν* pro *ὤχραν* N. *ὤχραν* Alex. Olymp. Aldi. B. P. A. Vic. cfr. Dioscorid. V, 108. Galen. *in Hippocrat. progn. comment.* II, Tom. XVIII. Part. I p. 167.—*μίλτον* A. Vic. B. P. rubrica. cfr. Plin. *Hist. nat.* XXXV, 6, 14. ibiq. Harduin. Dioscor. V, 111 sq. ibique Saracen. Salmas. ad Solin. p. 1156. Prae reliquis celebrabantur Cea, Lemnia (Galen. *de simpl. medic. facult.* IX, 2. Tom. XII p. 169. Theophrast. *de lapid.* §. 52, p. 699) et Caramania. Alii, quos laudat Bernhardy ad Dionys. *Perieg.* 1178, p. 831 sq.— *θύον* pro *θεῖον* A. vide imprimis Dioscorid. V, 103, p. 790 sqq.— *ἐστί* post *ὀρυκτῶν* omittit Olympiodorus, qui deinceps praebet *γέγονε* pro *γεγονώς*.— *κεχρωματισμένα* pro *κεχρωματισμένη* N. — Inverso ordine *ἐκ τοιαύτης συστάσεως γεγονώς* F. N.— *οἷον κιννα βάρι* omisso articulo H. N. Alex. A. Vic. *κιννάβαρυ* B. *κιννάβαρι* P. cfr. ad Exc. III, 4, 32, p. 148.

4. *καὶ ὅσα μεταλλευτά* N. — *καὶ ἔστι χυτά* Olymp. fol. 60, b omisso *ἤ* ut Bekkerus paulo post fecit in verbis *οἷον*

Digitized by Google

ὁρόσος ἢ πάχνη. — χρυσός, χαλκός mutato ordine P. H. N. Alex. Olymp. A. Vic. B. P. — ἡ ἀτμιδώδης ἀναθυμίασις N. ἐγκατακλειομένη sc. τοῖς τῆς γῆς μέρεσι. — ἐν τοῖς χλίοις pro ἐν τοῖς λίθοις pr. man. E. — πηγνυμένη B. — οἷον ἡ ὁρόσος ἢ πάχνη addito altero ἢ H. N. — ὅταν δ' ἀποκριθῇ addito δέ E. — καὶ πρὶν ἀποκριθῆναι Olymp. — γεννᾶται ταῦτά ἐστιν A. Vic. — De re cfr. I, 10, 2: πάχνη μὲν ὅταν ἡ ἀτμὶς κριθῇ πρὶν εἰς ὕδωρ συγκριθῆναι πάλιν — — ὁρόσος δ' ὅταν συγκριθῇ εἰς ὕδωρ ἡ ἀτμίς *).

5. διὸ ἔστι μὲν ταῦτα ἔστιν ὡς ὕδωρ E. διὸ ταῦτα ἐστὶ μὲν ὡς ὕδωρ F. Alex. B. P. — ἦν post ὕδατος om. Olymp. fol. 60, b. — Post οὐκέτι maiore interpunctione, uti fecimus, distinguendum. Bekkerus comma posuit. — οὐδ' ἐξ ὕδατος (sc. ταῦτά ἐστιν) γενομένου διά τι πάθος ὥσπερ οἱ χυμοί. cfr. de sens. et sensili c. 4. p. 440, a et Commentar. nostr. ad II, 3 **). γινομένου pro γενομένου N. — διὰ τὸ πάθος E. βάθος

*) In verbis commentario ad illud caput praemissis Vol. I p. 428 dicendum erat, saepenumero veteres, contra theoriam ab Aristotele propositam, rorem delabi censuisse, veluti, ut silentio transeam poëtas v. c. Theocrit. Idyll. XV, 132, apud Hippocratem de aëre, aq. et loc. §. 25 legitur: ὁρόσος πίπτουσα, in Geoponic. X, 6, 2, p. 654: τοῖς ὁρόσοις ὕσθμα. Atque similiter ipse Aristoteles Problem. XXV, 5, p. 938, a.

**) Ubi cum de salsedine aquae marinae ageremus, addenda erant verba Geoponic. II, 6, 4, p. 89 sq.: τὰ μὲν οὖν πεδία δι' ὅλης ἐπέχοντα τῆς ἡμέρας τὸν ἥλιον, ἐξαμίλλιον τὸ ὑγρὸν καὶ ἐξατμίζειν, ὅθεν τὰ μὲν τελέως ἄνυδρα ὑπάρχει. ἐν οἷς δὲ λείπεταί τινα τῶν ὑδάτων, ἁλμυρὰ εὑρίσκεται πάντως, τοῦ ἁλμυροῦ καὶ γλυκέος ἐξ αὐτῶν ἀναλισκομένου, καθάπερ καὶ περὶ τὴν θάλασσαν συμβέβηκε et Nicephori Blemmidae Epitom. Physic. c. 17, p. 127 sq. Praeterea ad II, 8, 8 (ut occasione oblata omissa in similibus enotemus), in disputatione de fluxu et refluxu prope Euboeam maris, utendum erat verbis Schol. Farnesin. ad Stob. Eclog. I, 4. Tom. II p. 447: τὸ πέλαγος τὸ Ἰώνιον ἐκ πολλῆς εὐρυχωρίας ἐν τῇ Εὐβοίᾳ στενούμενον καὶ καθάπερ διὰ στομίου τινὸς εἰς Κριτικαῖον κόλπον εἰσερχόμενον, ἐμμίξεται πρὸς τὴν Αἰγαίαν θάλατταν, ἐπειγόμενον ὑπὸ τοῦ Πελοποννησίου ἰσθμοῦ τῆς πρόσω φορᾶς ἀνακόπτεται προμηθίᾳ τῶν πρωτόνων, καὶ ἔοικεν ἐπικλύσει τὴν ἀντίθετον προβολὴ τοῦ αὐχένος

Digitized by Google

inepte Olymp. — *οὔτε γὰρ οὕτω* F. H. N. — *ἑκάστης* pro *ἕκαστα*.

6. *αὐτῶν ἁπάντων* F. N. *πάντων* omisso *αὐτῶν* E. — *σπεπτέον* loco compositi *ἐπισκεπτέον* F. N. — *περὶ ἑκάστου γένους* N. —

ἐποτειχιζόμενον. Κἂν τοῦτον δὲ παλιρροίαι κατὰ τὸ εἰκὸς γενομένης καὶ περὶ τόνδε πορθμὸν πλέον ἢ κατὰ τὸν ἄλλον κόλπον θλεβομένης, τοῦ ἐπιῤῥέοντος ἐπὶ τῷ ἀνατρέχοντι πολλάκις βραχμὸν τὸ ὕδωρ καὶ παῦμα φλεγμαῖνον ἐγείρει πρὸς τῆς ἀντικνήμιας εἰς πλοδῶνα κορυφούμενον. In commentario ad eandem Meteorologicorum partem, qua de terrae motibus agitur, in p. 583 l. 29 post *censuerint* adde, si placet: veluti Plinius *Hist. nat.* II, 82, 80. Cfr. Euseb. *Chron. gr.* p. 42, l. 25. Aristid. *Aegypt.* Tom. III, p. 617 Cant. Tom. II, p. 489, 15 Diod. Strabo XVII, p. 816. Cosmas Indopl. *Topogr. christ.* ap. Montfaucon *Coll. nov. Patr.* II, p. 121 C. Letronne, *Stat. vocale de Memnon* (Paris. 1833, 4.) p. 23 sqq. qui inter recentiores de terrae motibus in Aegypto narrationes ablegat ad Abd-Allatif *Relat. de l'Egypte*, p. 414 trad. de Silv. de Sacy; Cailliaud, *Voyage à Méroé*, Tom. I, p. 123. Adde v. Hoff, l. l. II, p. 276. — De aurora boreali in Aegypto visa ad I, 5, Vol. I, p. 374 laudandus erat Denon, *Voyage* p. 111 (ed. in 4.). — Vol. I, p. 394, l. 14 adde: Vide etiam Diodor. Sicul. II, 30, quo ex loco patet, Chaldaeos adeo in hac astronomiae parte esse progressos, ut cometarum orbitas definire conarentur. — Praeterea ad totum caput secundum libri secundi conferendus erat Lucretius VI, 607 sqq. et qui poëtae argumenta summatim et eleganter declaravit, Isidorus *Orig.* XIII, 14. Alia alio dabimus loco.

Digitized by Google

EXPLICATIO

LOCORUM MATHEMATICORUM

IN

METEOROLOGICORUM LIBRO TERTIO

AUCTORE

IOSEPHO BLANCANO *).

Cap. II, § 7.]

Quia suppono aream sive halonem fieri per refractionem, ut vult etiam Vitellio, propterea praemittendum est principium quoddam, quo tractatio de iride innititur: est autem huius modi: ea, quae videntur per refractionem, sive sub aliquo refractionis angulo, manentibus nobis et astro, et medio iisdem in locis, non possunt videri sub diverso angulo a priori, nec per consequens alibi apparere v. g. sol (ut in praesenti figura)



videatur ab oculo A, media nube CDF, sub angulo refractionis BCA vel BFA, et aliis similibus angulis in eadem nube; manente igitur circulo A et astro B, nec non nube CDE, eodem in loco impossibile est solem videri ab eodem oculo sub diverso angulo a priori, nec consequenter alibi apparere, quam in B. Nunc ad textus explicationem, in quo continetur geometrica demonstratio rotunditatis areae, quam sic breviter prius veteres excogitarunt: viderunt primo

*) Petita sunt sequentia ex libro inscripto: *Aristotelis loca mathematica ex universis ipsius operibus collecta et explicata. Aristotelicae*

Digitized by Google

solem in area apparere in orbem et consimiliter: hinc intulerunt necesse esse apparere etiam per consimiles, sive aequales refractionis angulos; quia diversi anguli diversam etiam apparentiam efficiunt: atqui consimiles sive aequales refractionis angulos necesse est in circulum constitui, ut mox constabit; causa igitur rotunditatis huius est angulorum refractionis aequalitas. Sed iam textum Aristotelis qui geometricam huius rei continet demonstrationem, explicemus. Supponit igitur primo Aristoteles lineas visuales a sidere B ad oculos nostros A per nubem roridam CDE procedentes in nube refrangi, id est, undique circa solem lunamve facere angulos refractionis aequales, quod etiam patet ex 10, 48 Vitellionis; ut in figura, in qua sidus B, oculus A, nubes CDF, radii visuales tres refracti in nube sint BCA, BDA, BEA, aequales in punctis C, D, F: atque hoc est consimilem facere refractionem. Supponit secundo lineas a sidere ad nubem usque extensas esse aequales, ut sunt BC, BD, BF: similiter reliquas tres a nube ad visum A pares esse CA, DA, FA: his suppositis, si deinde protrahatur recta AB ab oculo ad sidus, exsurgunt tria triangula omnino aequalia et similia, cum duo latera unius sint aequalia duobus alterius utrumque utrique et angulus angulo, et praeterea basis sit communis; ideo per quartam primi sint omnino aequalia. Ducantur nunc ex angulis C, D, F tres perpendiculares ad rectam AB, quae sint CE, DE, FE in figura; quae tres necessario erunt aequales, cum sint ductae ab angulis aequalibus aequalium triangulorum ad communem basin et dividant necessario basin in eodem puncto E, cum dividant triangula aequalia proportionaliter; eruntque pro-

---

videlicet expositionis complementum hactenus desideratum. Accessere de Natura Mathematicarum scientiarum Tractatio; atque Clarorum Mathematicorum Chronologia. Autore Iosepho Blancano etc. *Bonon.* 1615. 4. p. 113 — 131. Qui liber cum paulo sit rarior, non dubitavimus ea adscribere, quae ad tertium librum pertinent. Quae idem de mathematicis priorum librorum locis commentatus est, eius modi sunt, ut exiguum ac fere nullum inde fructum lector capere possit, quam ob rem ea omisimus.

Digitized by Google

Cap. V, § 2.]

pterea hae tres rectae in eodem plano, quod in nube concipitur ex 11, 5 *). Quare, si concipiamus superficiem, sive planum delineari circa E, ad intervallum linearum aequalium CE, DE, FE descriptus erit circulus per 3, 9, cuius circumferentia CDF. Ex quibus patet tria illa puncta C, D, E, per quae sol transparet, esse in orbem disposita. Causa igitur rotunditatis areae, est similitudo angulorum refractionis, quibus sol transparet: vel ideo rotunda est, quia similes anguli necessario in orbem constituuntur, ut ostensum est. Eadem ratione omnia alia puncta eiusdem circumferentiae sunt puncta, per quae sol videtur refracte; et hoc modo ad similitudinem trium linearum ACB, ADB, AFB, refractarum, infinitae undique intelligendae sunt, quarum aliae refrangantur in circumferentia praedicta, aliae vero in alia peripheria maiori, aliae etiam in minori, ita ut ex tota nube fiant refractiones circulares plurimae, ex quibus in nube area constituatur. Atque haec ejus halonis figura orbicularis videatur, rationem reddunt, unaque textui lucem afferunt.

Est in figura horizon GKO, cuius centrum K, in quo est visus noster, sitque hemisphaerium nostrum in arcu GAMO repraesentatum, sitque nubes rorida, in qua iris appareat, ubi



M, quod punctum M nubem referens in figura ponitur in hemisphaerii ambitu, quod caelum repraesentat, cum tamen nubes a terra parum subvehatur; id enim ad demonstrationem fere perinde est: in Oriente G sit astrum. Si ergo lineae visuales a K ad M nubem tendentes reflectantur super maiorem angulum MKG ad G, erit reflexarum una veluti MG. Porro omnes lineae visuales, quae ad nubem M incidunt, necessario, ut probabo, cadent in ambitum circularem. Debemus enim innumeras lineas imaginari a K, in coni figuram excidentes, cuius vertex sit in K, et axis GKO, quas omnes repraesentat una KM, melinsque repraesentabit, si cogitamus axem GKO circa polos G, O, manentes circumvolvi, secumque lineam

*) Sc. elementorum Euclidis.

Digitized by Google

KM circumduxere. in hac etiam gyratione linea KM transibit per omnes illas lineas, quas imaginabamur, describetque conum, quem illae conformare debebant. In praedicta autem axis volutatione extremum M lineae KM necessario describit circulum, qui est circulus iridis, et est basis memorati coni. Si igitur oriente vel occidente astro fiat iris, iris erit semicirculus, id est illa semissis circuli praedicti (quem horizon bifariam dividit), quae supra terram exstabit. Si autem astrum elevatum supra horizontem fuerit, quando fit iris, erit *semper* arcus iridis semicirculo minor, tuncque minimus, cum astrum meridianum circulum occupaverit. Haec tria sunt, quae deinceps probanda recipit.

Eorum omnium, quae demonstranda sunt, praemittenda sunt duo necessaria fundamenta. Primum est, ea quae videmus per reflexionem sub quopiam angulo, manentibus nobis, speculo, et obiecto in iisdem locis, non possunt videri sub alio diverso angulo, nec alibi consequenter apparere, v. g. in superiori figura, quam textui restituimus, existente sole in G, oculo in K et nube in M, ex qua radius solis GM reflectatur ad visum in K per lineam MK, sub angulo GMK, impossibile est, manentibus illis, ut dixi, videri solem in nube M, sub diverso angulo a priori, nec alibi apparere. Alterum est apud Opticos vulgatum; ea scilicet, quae per reflexionem (de quorum numero est iris) videntur, videri tunc solum, quando angulus incidentiae fuerit aequalis angulo reflexionis, quia tunc brevissimis lineis fit visio; quibus solis natura (si fieri potest) utitur. V. g. in figura praesenti sit speculum CDE, obiectum A, oculus B, linea incidentiae est AD, et angulus pariter incidentiae est ADC. Linea vero DB est linea reflexionis, et angulus pariter reflexionis est BDE, qui duo anguli nisi fuerint aequales, nunquam videbitur obiectum A, ab oculo B; hinc est, quod aliquando posito speculo, obiectum, quamvis illi adversum, a nobis pariter ante speculum constitutis, videri



Digitized by Google

[Cap. V, § 4.]

nequit, quia scilicet in tali positione speculi, obiecti et nostri, nulla linea incidentiae, id est, quae ab obiecto in speculum tendit, facere potest angulum cum speculo, qui dicitur angulus incidentiae, aequalem angulo illi, quem facit linea eadem reflexa a speculo ad oculum, quem dicunt angulum reflexionis. Cum ergo in iride videamus colorem solis per reflexionem, tunc solum apparebit iris, quando sol, nubes, et oculus fuerint in ea constitutione, qua radius incidens nubi et radius a nube repercussus faciunt pares angulos. Et quia, quando nubes roscida perpendiculariter opponitur soli et nubis, possunt fieri praedicti anguli aequales non in uno loco nubis, seu in pluribus, constitutis tamen in circuli peripheria, hinc fit, quod solis color reflectatur ex pluribus locis in orbem constitutis, quae reflexio est ipsius iridis arcus ex Vitellion. 10, 63. Totam autem figurae iridis demonstrationem sic breviter puto adinventam esse. Cum sol in iride videatur in orbem atque consimiliter, necesse est id provenire ex angulis reflexionum consimilibus sive aequalibus: dissimiles enim anguli dissimilem utique efficiunt solis apparentiam. Atqui consimiles anguli, sive aequales, non nisi in orbem possunt constitui *); igitur angulorum aequalitas causa erit rotundationis arcus. Haec est summa totius discursus, quem pluribus et nimis obscure Aristoteles explicat.

Aggreditur igitur Aristoteles probare unum ex tribus illis, quae supra proposuit, nimirum tunc iridem esse semicircalum, quando astrum fuerit in oriente, sive in horizonte, ubi G. Si igitur per triangulum GMK intelligamus planum extensum, in quo A in figura, adeo magnum, ut totum secet hemisphaerium, faciet in



*) Sc. supra eadem linea constructi.

superficie hemisphaerii sectionem, quae erit portio maximi circuli per 6. Theodosii, cum planum secans hemisphaeriam transeat per centrum ipsius, quae sectio sive circuli portio repraesentatur in figura per semicirculum, in quo A, sive in quo GAMRO. Nihil autem refert quodcunque intelligas planum super axem GKO, transiens sive per triangulum GKM, sive per aliud illi simile. Praemittendum praeterea non posse in semicirculo superiori, quod est planum et sectio trianguli GKM, poni alias duas lineas v. g. GR, KR ad aliud punctum, uti est R, quae habeant eandem invicem proportionem, quam habent priores duae GM, KM, quod probatur, quia si sint ut GM ad KM, ita GR ad KR, cum GR sit centro K propinquior quam GM, erit etiam eadem GR longior ipsa GM per 3, 15 et tamen deberet esse aequalis illi, quemadmodum KM est aequalis alteri KR. Nequeunt autem duae lineae inaequales invicem habere eandem rationem ad duas invicem aequales; ergo non habent eandem rationem GM et KM, quam habent GR et KR. Quodsi punctum R sumatur supra M, erit similis demonstratio, si litterae M et R loca permutent. His positis ait: *ἐπεὶ γὰρ τά τε η̄, κ σημεῖα δέδοται* et q.s. id est, data sunt positione, cum notum sit, ubi sint (G enim est in ortu, K vero in centro horizontis), sequitur, quod etiam linea GK, cuius ipsa sunt extrema, data sit positione et magnitudine per 26 datorum Euclidis. Eadem quoque ratione data erit KM linea; sive quia est aequalis ipsi GK, sive quia per astrolabium possumus ipsius longitudinem et positionem investigare; quare et punctum M datum erit per 27 datorum, quare et linea GM, data erit, quoad situm et magnitudinem per 26 datorum. Quare per primam datorum erit data proportio linearum GM, MK, punctum itaque M tanget ambitum datum, qui basis est coni, quem linea KM describit in revolutione axis GKO, super polis G, O. Cum enim data sit KM positu et magnitudine, eaque sit latus praedicti coni, sequitur peripheriam vel ambitum basis coni esse datum per similem definitionem 5. definitioni datorum. Sit autem ambitus ille in figura sequenti notatus litteris LMN. Qui ambitus LMN

Digitized by Google

[Cap. V, § 4. 5.]

non est concipiendus in eodem plano semicirculi GANO, quemadmodum falso pingitur in figura: sed debemus ipsum concipere tamquam erectum ad angulos rectos, cum praedicto semicirculo, nec non cum horizonte GKO. Iam si triangulum GMK prioris figurae circumvolvatur circa axem GKO, punctum ipsius M describit praedictum ambitum LMN. Hunc ambitum sit Aristoteles linea KM attinget, eritque his ambitus datus, ut dictum est. Erit praeterea sectio circumferentiarum horizontis et huius ambitus data, cuius extrema puncta essent L et N. Si enim concipiamus in figura non solum horizontis diametrum GKO, sed etiam circumferentiam (in qua circumferentia essent duo illa puncta L et N, ut in praesenti descriptione melius intelligetur, in qua horizon GNOL et ambitus praedictus est MNL, qui debet intelligi elevatus supra horizontem perpendiculariter), tunc sectio ipsius mutua cum horizonte linea esset NPL, cuius extrema puncta sunt L, N, quae data erunt, cum sint extrema lineae KM circumlatae, et quemadmodum dabatur superius punctum M, eadem ratione ex datis dabitur punctum N et L; quam etiam sectio NPL, quae inter data puncta continetur, data erit ex 26. datorum.



Illud nunc in memoriam revocandum, quod paulo ante probavi, nimirum proportionem linearum GM, KM non posse servari in aliis lineis, quae sint in eodem plano trianguli GMK, si ducantur ab iisdem punctis G, K. Potest tamen servari in aliis duabus, quae cadant in praedictum ambitum sive circumferentiam LMN, quaeque sint in alio plano, quam in plano trianguli GMK, quod tamen transeat per axem GKO, sitque unum ex planis illis, de quibus supra dictum est. Verum enim vero ad quid probatio haec: *πρὸς ἄλλῃ δὲ τῇ πρὸς τῇ* MN *περιφερείᾳ* et q. s.? Existimo Aristotelem idcirco haec

Digitized by Google

probasse, quia si aliae duae lineae habentes eandem rationem, possent collocari in eodem plano, essent permutando illae duae (in priori figura) GR, RK, utraque utrique aequales prioribus GM, MK, per quas videtur iris. Cum enim KR sit aequalis ipsi KM, erit et GM aequalis ipsi GR, per 5, 7 et in eius scholio. Quare natura ageret tam per lineas brevissimas agendo tam per has, quam per illas, hocque pacto per has etiam iris videri posset. Cum ergo constet, non posse has esse prioribus proportionales, sed maiorem vel minorem alteram illarum, quam sit GM, sequitur, quod non faciunt angulum aequalem angulo GMK, sub quo videtur iris, nimirum angulum GRK, qui sit aequalis angulo GMK. Habet enim iris hunc angulum determinatum, ita ut sub maiori vel minori videri nequeat, ex Io. Baptista Porta. Si autem punctum R esset infra M, angulus GRK esset minor angulo iridis GMK: si vero supra, esset maior eodem, quod vel ad sensum patere potest in quovis circulo. Idque sufficiat, ne longior evadat haec tractatio. Forte etiam addi potest, quod alibi existente puncto R, quam in M, non possent anguli incidentiae et reflexionis esse aequales, quae causa esset, cur sub alio angulo, quam praedicto GMK, iris non appareret.

Praedicta omnia sunt secundum Aristotelis discursum et figurationem dicta: nam secundum veritatem possunt in eadem nube constitui plures anguli aequales, nec tamen in eodem orbe, sed unus supra alterum; ut in figura praesenti, si nubes esset ubi BD, oculus in C, sol in A, essent duo anguli ABC, ADC, aequales per 3, 33, qui tamen non sunt in gyrum constituti: posset igitur per illorum utrumque sol iridem efficere. Atque animadversio haec videtur magni momenti esse, ad iridis demonstrationem constituendam: cum hinc usitatae demonstrationes infringantur. Forte confugiendum est ad



Digitized by Google

[Cap V, § 6.8.]

illud, quod Maurolycus *) et Io. Baptista Porta **) observarunt; debere nimirum distantiam ab oculo ad centrum iridis esse aequalem altitudini, sive semidiametro iridis; ita ut non solum requiratur idem angulus, sed etiam tanta iridis altitudo, quanta requiritur, ut angulus in orbem constituatur, ex quo iris possit apparere. Haec a nemine hactenus animadversa placuit addere, ut ex iis demonstratio iridis omnibus numeris absolvi possit, quod infra (ni fallor, favente Deo) praestabimus ***).

Hucusque ostendit lineas visuales cadere ad M punctum in iridis peripheriam, pergit deinceps investigare polum, et postea centrum eiusdem ambitus; utraque autem existere in horizonte reperit, ut hinc inferat iridis portionem illam, quae oriente sole supra horizontem apparet, esse semicirculum, ut proposuerat. Differt autem polus circulo a centro eiusdem circuli. Polus est punctum extra planum circuli, ex quo tamen ut centro adhibito circino circuli peripheria describi potest; sic polus aequatoris idem est, qui polus mundi: centrum vero est in plano sui circuli, sic centrum aequatoris est idem cum centro mundi, cum aequator per illud incedat. — Dicit itaque Aristoteles cum data sit proportio linearum KM et MG in superiori quarta figura, quam nunc iterum inspicere oportet, exponatur alia linea recta BD, quae dividatur in partes B et D, proportionales cum lineis KM, GM per 6, 10. Cum ergo

F B D

KM sit minor quam GM per 1, 19, quia in triangulo GMK opponitur minori angulo, erit quoque B minor quam D. Addatur iam ipsi B linea F, ita ut sit tota FB tertia proportionalis ad duas B et D per 6, 11, hoc ordine, ut FB ad D, ita

*) *Photismi de lumine et umbra ad prospectivam radiorum et incidentiam facientes.* Lugd. 1613, 4. p. 57 sqq.

**) *De refractione* p. 202 sqq.

***) Omisimus omnia, quae non ad explicationem verborum Aristotelis spectarent, quamvis non infitiemur, quae Blancanus affert de iridis phaenomeno melius explicando, in historia physices non exigui esse ponderis.

Digitized by Google

D ad B. Deinde, ut se habet F ad GK, ita sit B ad aliam, quae sit KP in eadem figura, per 6, 12 et a puncto P ad M iungatur recta PM. Dico P esse polum circuli, quem dixi iridis, et in quem lineae a K procedentes turbinis formam effingunt; probatur autem ab Aristotele in sequentibus.

Incipit, ut dixi, probare P esse polum praedicti ambitus, sic. Primo enim sciendum in praemissa constructione esse, ut F ad GK, et B ad KP, ita D ad PM. Nam si non sit eadem ratio D ad PM cum aliis praedictis, erit eadem ratio eiusdem D ad aliam maiorem vel minorem ipsa PM. Sit ad minorem PR. Nihil enim refert sive dixeris habere eandem rationem ad minorem, sive ad maiorem, ergo permutando erunt GK, KP, PR proportionales cum F, B, D. Sed lineae F, B, D erant proportionales componendo hoc modo, ut FB ad D, ita D ad B: quare similiter erunt, ut GP ad PR, ita PR ad PK, per 5, 18. Si igitur a punctis G et K iungantur lineae ad R, quae sint GR et KR, erit ut GR ad KR, ita GP ad PR, quia orta sunt duo triangula GPR, KPR, quae habent eundem angulum ad P et latera proportionalia circa dictum angulum. Est etiam ut GP ad PR in maiori triangulo, ita PR ad KP in minori, ex constructione: quare, per 6, 6, erunt illa duo triangula aequiangula: ergo, per 6, 4, erunt latera circum aequales angulos proportionalia; quare erit ut GP ad PR, ita GR ad RK: erat autem ut KM ad GM, ita B ad D, et ita etiam GP ad PR: ergo, per 5, 11, ut KM ad MG, ita KR ad RG intra eandem circumferentiam et in eodem plano: quod esse impossibile supra ostendimus. Hoc autem impossibile sequitur, si neges esse, ut F ad GK, et B ad KP, ita D ad PM.

Quoniam igitur, inquit, linea D neque ad minorem neque ad maiorem quam P, habet eam rationem, quae est ipsius F ad GK, aut ipsius B ad KP. Similiter enim demonstratur absurdum sequi. Palam est, quoniam erit D ad PM, ut praedictae ad praedictas: quare componendo et permutando, erunt tandem ut GP ad PM, ita PM ad PK, et ita GM ad MK. Assumpsimus enim in constructione esse GM ad MK, ita FB ad D et D ad KP; erunt per 5, 11 ut GM ad MK, ita GP ad

Digitized by Google

[Cap. V, § 14.]
PM, et PM ad PK. Si quis igitur utens puncto P, tamquam polo et intervallo PM, circulum describat, omnes angulos reflexionis attinget, quos faciunt lineae productae a K et reflexae ab M ad G. Harum enim infinitam multitudinem debemus imaginari a K, ad infinita puncta M, produci in ambitu illo constituta, reflectique ad G. Si enim non attingat omnes illos angulos, sequitur, ut supra, in eodem semicirculo constitui posse duas alias rectas proportionales prioribus GM, MK, quod est impossibile. Porro sub angulo GMK linearum GM, MK, iris apparet: quare apparebit etiam sub aliis omnibus, quae a punctis GK duci possunt ad extremum lineae PM, quia erunt in eadem ratione cum illis; cum non desinant in eundem semicirculum, sed in ambitum iridis MN, in quo M, punctum imaginamur circumduci. Ex quibus patet P esse polum iridis, ex quo per puncta M, ubi fit reflexio, describitur arcus attingens omnes iridis reflexiones.

Hac ultima textus parte concludit iridis portionem supra horizontem astro oriente existentem esse semicirculum, hoc modo. Si igitur imaginatione circumducas semicirculum, in quo A, circa diametrum horizontis GKP, in hac circumvolutione duae lineae, GM et MK, in omnibus planis constitui possibilibus circa praedictam diametrum, quae supra etiam fieri a triangulis infinitis diximus, successive erunt; sive percurrunt similiter omnia illa plana, et facient ubique angulum iridis KMG eundem: pariter dum lineae, KP et PM, facient undique eundem angulum KPM. Quare omnia triangula in praedictis planis imaginata, et constituta super linea GP, similia ipsi GMP et aequalia erunt; si igitur ab angulis ipsorum, in quibus M, ductae sint perpendiculares ad latus GP, omnes cadent in idem punctum w, ut in figura; quarum una erit Mw, quae tamen caeteras omnes repraesentabit eisque omnibus in volutatione axis GKw coincidit; erunt autem omnes aequales, quandoquidem sunt triangulorum aequalium, eruntque in eodem eiusdem circuli plano, et punctum w erit centrum ipsius. Similia dicta sunt in halone. Cum ergo ipsius centrum w sit in diametro horizontis GKwPO, mani-

Digitized by Google

[Cap. V, § 14. 17.]

festum fit portionem eius, quae supra horizontem eminet, esse semicirculum, qui in figura notatur lineis LMN. Atque hoc accidit sole, vel luna in horizonte existentibus; quod erat primo loco demonstrandum.

Porro sciendum, posse nos brevius polum praedictum invenire, si nimirum ad M ducatur MP faciens angulum KPM, aequalem angulo GMK, per 1, 23: erunt enim duo triangula aequiangula GPM, KPM; angulus enim P est communis, angulus vero MKP est aequalis duobus G et GMK, per 1, 32; ergo etiam duobus ad M, sive toti GMP, et reliquus KMP reliquo, quare per 6, 4 latera circa angulos aequales proportionalia erunt, et homologa GM ad MK, ita GP ad PM, quae aequalibus angulis subtenduntur. Easdem autem proprietates habebant etiam triangula Aristotelis in figura, de qua paulo ante dicebam.



Demonstrat propositionem secundam nimirum sole supra horizontem elevato, ambitum iridis esse minorem circuli portionem, sive semicirculo minorem. Sit igitur in figura superiori, quam textui congruentem restituimus, linea Ac horizontalis, supra quam sol sit elevatus in circulo altitudinis in loco G, axis autem coni, quem reflexae faciunt, sit GKwP. Alia igitur omnia, quae supra existente in ortu astro ostensa sunt, hic pariter ostendi possunt, scilicet iridem fieri tantum per lineas proportionales et aequales lineis GM, MK, quia iris videri nequit, nisi in tali, ac determinata reflexione et angulo, ut initio supposui; et quia lineae illis proportionales non possunt alibi constitui quam in ambitu circulari, et in diversis planis, sequitur, ut supra iridem esse circularem MNL, eiusque polum P et centrum w, inveniemus similiter in axe GKwP, et quia axis hic secat horizontem in K, in hac ultima figura propter elevationem solis supra Ac, in G, sequitur

Digitized by Google



partem axis, in qua w et P existunt, infra horizontem deprimi. Et quia (ut patet ex 10, 64 Vitellionis) et P, polus, et centrum w iridis et centrum K circuli horizontis, cuius scilicet diameter esset AKS, et sol, sunt in eadem linea GKwP, si centrum iridis w sit infra horizontem, patet minorem circuli portionem, quam sit semicirculus supra horizontem eminere, in qua posui literas SLT, nam QSLTR est semicirculus, cuius pars contenta inter duos arcus QS et TR, est infra horizontem. Debemus autem hunc semicirculum et hanc portionem ipsius SLT, extantem supra horizontem imaginari erectum esse, ut planum ipsius circuli faciat angulos rectos, sive sit perpendiculare cum axe GKP; et circulum altitudinis AGMN modo fungi vice horizontis. Sic enim sola portio SLT appareret nobis, essetque rationabiliter constituta. Ex quibus secunda Aristotelis propositio manifesta est.

Probat tertiam propositionem, nimirum sole existente in meridie minimam omnium esse iridis arcus portionem: ratio autem est, quia tunc G, sive Sol, est altissimus supra horizontem, et consequenter w, centrum iridis est depressissimum, quare tunc maxima circuli iridis portio abscondetur, et proinde minima apparebit, quod erat ultimo demonstrandum *). — —

*) Reliqua, utpote nullius momenti, consulto omisimus.

Digitized by Google

Digitized by Google

COMMENTARIUS

IN

ARISTOTELIS METEOROLOGICORUM

LIBRUM QUARTUM.

PRAEMITTITUR DISSERTATIO DE FIDE ET AUCTORITATE HUIUS LIBRI, AC DE NEXU, QUI INTER HUNC AC RELIQUOS PHYSICOS LIBROS INTERCEDIT.

Digitized by Google

Digitized by Google

DISSERTATIO

de fide et auctoritate quarti Meteorologicorum libri, ac de nexu, qui inter eum ac reliqua Aristotelis physica scripta intercedit.

Antequam nostram de quaestione, utrum iure quartus Meteorologicorum liber inscribatur is, quem explicare aggredimur, an tertius liber *de generatione et interitu* sit censendus, an, quod alii maluerunt, singularis sit liber, *de mixtione* inscribendus, fusius aperiamus sententiam, ac rationem exponamus, qua reliquos, in quibus tum de communibus materiei qualitatibus, tum de elementorum natura variaque affectione deque phaenomenis transitu alterius in alterum provocatis disseruerat philosophus, iure subsequatur, alios, quibus corporum ex similaribus partibus constitutorum natura tum singularum partium, tum universa exponenda erat, merito antecedat, Vicomercati, uti facere consuevimus, verba huc pertinentia adscribenda censemus. Ac duobus quidem in locis eandem hanc quaestionem tractavit, tum in praefatione ad librum primum, tum in verbis, quae huic nostro libro praemisit. Priore loco sequentia reperiuntur: *Quaestio est de horum librorum quarto, cujus tractatio cum sit de quatuor qualitatum primarum actionibus et passionibus* (*ut ipse Aristoteles initio ejus docet*) *ad hanc inscriptionem, seu ad Meteorologiam nihil videtur attinere. Idcirco Alexander cum libris de ortu et interitu conjungendum esse judicat, quippe cum in illis de iisdem qualitatibus disseratur, elementorumque principia esse ostendantur, eaque omnia explicantur,*

Digitized by Google

quae initio quarti horum librorum epilogo quodam repetuntur. Quae Alexandri sententia valde probabilis videtur, in eamque nulla haesitatione discedendum esset, nisi quarti libri finis obstaret, qui eius modi est, ut cum libris de animalium partibus (ut ipse quoque Alexander docet) non cum Meteorologicis eum indicet cohaerere: quem tamen librum si ad opus de ortu et interitu pertineret, cum Meteorologicis, qui proxime subsequuntur, cohaerere oporteret. De rebus praeterea ex elementorum perfecta admixtione ortis, ut de similaribus, quas vocant, plantarum et animalium partibus, de metallis item et lapidibus agit, quae omnia res in sublimi genitas sequuntur, utpote ex elementorum veluti balbutiente admixtione ortas. Quibus de causis libros Meteorologicorum consequi videtur. In qua sententia fuerunt Olympiodorus atque Philoponus. Quam si quis tueri velit, inquiat Aristotelem, cum de affectionibus elementorum in tribus superioribus libris disseruisset, metallorumque et lapidum, quae in corporibus similaribus numerantur, generationis, quia ex eadem materia, ex qua illae constant, nempe ex duplici exhalatione in fine tertii meminisset, eamque communiter tradidisset, ea omnia in quarto libro explicare voluisse, quae tum in ipsa rerum metallicarum, tum in omni similarium omnium partium generatione communiter cernerentur. Itaque veluti ex accidenti ad Meteorologiam librum quartum attinere. Si cui autem Alexandri sententia probatur, is negare poterit, libri quarti finem cum libris de animalium partibus cohaerere: eo enim in loco ordinem tantum rerum agnoscendarum doceri. Itaque cum de partibus similaribus agere incepisset, earumque naturam explicasset, subiecisse, post illarum cognitam generatim naturam, particulatim quoque cognoscendum esse, tum ad dissimilarium cognitionem, demum ad ea, quae ex dissimilaribus concreta sunt, accedendum. Quo ordine minime effici, ut libri de animalium partibus, in quibus similares illae partes singulatim explicantur, statim consequantur. Imo vero cum stirpium animaliumque partes ex elementis

Digitized by Google

perfecte mixtis oriantur, idque quod imperfectum est, perfectum ordine doctrinae antecedat, ea primum tractari oportere, quae caloris et frigoris efficientia, humoris et siccitatis perpessione, quorum ratio in quarto libro explicata est, ex imperfecta elementorum admixtione gignuntur. Nec in quarto illo admixtionem solum perfectam, verum etiam imperfectam, et qualitatum primarum omnem efficientiam et passionem, seu in perfecte seu in imperfecte mixtis declarari. Atque haec fortasse verior est et probabilior sententia. Qui autem aiunt, librum separatum esse, qui de mixtis inscribatur eumque tres Meteororum libros consequi, difficultates quidem quae exsistunt, magis quodammodo effugiunt, sed tamen nec auctorem aliquem, nec codicem veterem, qui librum hunc a reliquis ita distinxerit, cuius auctoritate niti possint, ostendunt. Posteriore loco ait Vicomercatus: *Elementa, e quibus inferior hic mundus constat, ita natura comparata sunt, ut non solum ex iis mundi coagmentatio esse posset, quae nulla vi dissolveretur, sed etiam, ut stirpes et animantes, et omnino omnia, quae eo continentur, ex eorum admixtione facile procrearentur. Cumque perfecte inter se admisceri, ita ut diversum quid ab iis exoriretur, non possent, nisi vicissim agerent et paterentur, suasque sibi naturas communicarent, qualitatibus vim agendi et perpetiendi habentibus unumquodque eorum donavit. Itaque, cum elementa quatuor, quae inter se mutuo quodam nexu conspirarent, esse voluisset, quatuor principes illis qualitates distribuit, binas singulis, quarum una agendi vi maxime esset praedita, altera patiendi. Quarum etiam qualitatum vi non procreari solum res ipsas ex elementorum admixtione statuit, sed omnia, quaecunque in illis insunt, aut iisdem eveniunt, fieri. Qualitates sunt calor, frigus, humor et siccitas: prima videlicet illa rerum initia ab Hippocrate primum quodammodo inventa, tum ab Aristotele plenius explicata, quorum color et frigus agendi, humor et siccitas perpetiendi vim habent. Ex iis elementa constant, vique earum ex elementis res procreantur, et illae quidem*

Digitized by Google

innumeras pro illarum varia temperatione. Ab earum actione et perpessione, varioque temperamento, qualitates caeterae omnes, et affectiones in corporibus exsistunt, colores, sapores, odores, duritiés, mollities, concretio, liquatio, et eius generis alia, quae tum patibilitatem quandam significant, tum actiones in sensus. De quarum qualitatum primarum numero, et vi, et quemadmodum elementorum sint initia, et earum beneficio inter se admisceantur, in libro de ortu et interitu Aristoteles disseruit. De earundem autem effectione et perpessione, et quaenam opera ab illis proficiscantur, quarumque affectionum in corporibus mixtis causae sint, particulatim in hoc libro disserere instituit. Quam ob causam libri huius praeclari quidem, et longe utilissimi propositum ac scopus eius modi est, ut ad Meteorologiam, hoc est, rerum sublimium rationem ac disputationem pertinere nullo modo (ut libri primi initio dictum est) videatur, immo vero (ut Alexander commonefacit) ad libros potius de ortu et interitu, ut tertius in illis numeretur, atque opus, quod de rebus sublimibus inscriptum est, antecedat. Nam (ut diximus) in his, qui de ortu et interitu sunt, qualitatum eius modi primarum numerus et ratio explicatur, duasque ex illis agendi vi, nempe calorem et frigus, duas patiendi, humorem et siccitatem, praeditas esse traditur, idque ex earum definitionibus et operibus ostenditur. Quae omnia huius libri initio, quasi proxime pertractata, epilogo quodam repetuntur, tum activarum facultates et opera, patibilitumque species omnes pertractandae proponuntur, deinde ordine quodam pertractantur. Eorum autem, quae in sublimi fiunt, complura, imo potius omnia, praeterea ut aquae et exhalationes, seu fossilia, ut lapides et metalla, de quibus omnibus in tribus Meteorologicorum disputatum est, caloris et frigoris actione, humoris et siccitatis perpessione oriuntur, ut ratione consonum sit, harum facultatum naturam, affectionesque et perpessiones, et quaecunque earum vi efficiuntur, generaliter antea exponi, quam ad rerum commemoratarum tractationem accedatur. Sed huic ordini duo obsistunt. Unum est,

Digitized by Google

totius huius libri tractationis ratio: alterum, eiusdem cum libris de plantis et animalibus continuatio. Disseritur enim quidem in eo de quatuor qualitatum primarum actionibus et perpessionibus: sed ita, ut ad res duntaxat perfectiore quadam admixtione constantes, et terminis suis definitas, quales sunt lapides, metalla, plantarumque et animalium partes, pertinere videatur. Quo in rerum genere eae, quae in sublimi fiunt, non numerantur, cum res evanidae sint, et ex imperfecta admixtione ortae, quae etiam elementorum potius sunt affectiones, quam ex illorum admixtione procreatae. Eorum enim, quae ex elementis oriuntur, quaedam ex imperfecta illorum constant admixtione, quaedam ex perfectiore et utriusque generis alia etiam et alia inveniuntur: omnino autem imperfecta mixta ea sunt, quae ex uno elemento potissimum constant, nec alia est eorum substantialis forma, quam illius elementi, sed aliter tamen affecti, ita ut elementorum affectiones potius dicantur, quam ex illorum admixtione constantia, quemadmodum ros, pluvia, maris aqua, quae ab aqua parum differunt: item nix, grando, pruina, paulo quidem magis ab ea differentia, sed tamen et ipsa, quaedam illius affectiones. Perfectiore autem admixtione constant lapides et metalla, quamquam ea omnino perfecta non constent, cum metalla ex aqua una, et lapides ex terra videantur esse: quoniam tamen formam quandam habent ab elementis diversam, perfecte mixta nuncupantur. Omnium perfectissimae animalium et stirpium sunt partes. De quibus unis in hoc libro disseri videtur, non de caeteris mixtis. Quae praeterea in fine eius traduntur, cum tractatione de plantis et animalibus cohaerent: siquidem similium partium, quae in illis insunt, natura explicata, inquirendum esse docent, quae sint partes illae, tam quae ex iis constant, dissimiles et instrumenti vim habentes, denum animalia ipsa et plantae. His de causis videtur liber hic scientiam, quae de rebus in sublimi ortis est, consequi, eamque locum, quem habet, merito habere. Sed eae tolli possunt, si dicamus, quod vere dici potest, in hoc quarto

Digitized by Google

non ea solum, quae in admixtionem perfectam conveniunt, declarari, verum etiam ea, quae in imperfectam, qualitatumque primarum efficientiam omnem et perpessionem, quae in omnibus, seu perfecte, seu imperfecte mixta sint, cernitur. Quod enim alia sunt, rerum aquearum seu terrearum coagulationes, solutiones, exsiccationes, et eius generis alia, quam calidi, frigidi, humidi et sicci actiones et perpessiones, omnibus omnino rebus admixtionem aliquam habentibus communes. Libri autem finis, etsi cum libris de animalium partibus cohaerere videatur, non tamen necessario cohaeret. In eo enim ordo tantum doctrinae traditur, qui est inter similarium partium materiam et formam, tum inter similares et dissimilares, ac demum inter dissimilares et ea, quae illorum coagmentatione oriuntur. Qui ordo minime efficit, ut libri de animalium partibus, in quibus similes illorum partes explicantur, statim consequantur: immo vero cum partes illae ex elementis perfecte mixtis oriantur, idque quod imperfectum est, ordine doctrinae, quod perfectum est, antecedat, ea primum tractare convenit, quae qualitatum primarum efficientia et perpessione, quarum ratio in hoc libro explicatur, ex imperfecta elementorum admixtione procreantur, cuiusmodi sunt res in sublimi loco genitae. Quod si de animalium partibus libri hunc statim sequuntur, illud quoque incommodum accidet, ut metallorum ac lapidum tractatio eundem antecedat, quorum tamen perfecta est, quamquam non ut stirpium et animalium, admixtio, eademque caloris et frigoris efficientia, humoris et siccitatis perpessione procreantur. Hunc in modum Alexandri de huius libri ordine sententia, quae probabilior videtur, potest defendi. Si quis tamen eum, quem nunc habet, tueri ordinem et locum velit, is ita cum superioribus connectere eum potest, ut inquiat, cum de elementorum affectionibus, quae in sublimi efficiuntur, in illis disseruisset, metallorumque et lapidum, quae in corporibus similaribus numerantur, quia ex eadem materia, qua illae constant, ortum breviter explicasset, atque haec omnia, quemadmodum et ea, quae

Digitized by Google

tractanda restabant, qualitatum primarum actionibus et perpessionibus oriantur, in hoc quarto actiones eius modi et perpessiones omnes, totamque similarium partium rationem complecti voluisse, ne quid eorum, quae iam tradita erant, inexplicatum maneret. Aliquo igitur modo ad Meteorologiam hunc librum spectare. Qui autem aiunt, librum separatum, qui de mixtis inscriptus sit, esse, sumque tres superiores consequi, ii, quamquam libri scopum fere attingunt, cum de mixtorum affectione in eo disseratur, tamen nec auctorem aliquem, aut codicem veterem, cuius auctoritate niti possint, ut in primo dictum est, proferunt, nec eas omnino difficultates vitant, in quas incidunt ii, qui cum illis connectunt, nisi quod causa iis reddenda non est, quare in tractatione de rebus sublimibus comprehendatur, cum tamen de illis non agat. Sed quicunque tandem sit eius locus et ordo, praeclarus (ut diximus) admodum est et longe utilissimus, infinitamque rerum in se habet cognitionem, non ad omnium tantum rerum naturae ortus et interitus, mutationemque omnem agnoscendam utilem, verum etiam ad artes multas vitae humanae necessarias, ut aedificatoriam, fabriliam, fusoriam, sed cum primis ad medicinam. Ea enim ad morbum pellendum humores crassos et viscosos extenuare et incidere, crudos concoquere, putridos evacuare, partes item corporis rariores et molliores constipare et durare, constipatas et duras rarefacere et emollire, et alia eius generis innumera praestare enititur, in iisque adsequendis omnem operam ponit. Quae omnia medicus perperam efficiet, nisi cruditatis, concoctionis, densationis, putredinis, emollitionis, durationis, et aliarum eius generis affectionum actionumque rationem tenuerit, earum item rerum, quae concoqui, tenuari, densari, emolliri, durari, aliisque affici qualitatibus aptae sunt, naturam et constitutionem noverit, quam sane cognitionem omnem liber hic exhibet. Ut interim mittamus, rationem in eo tradi, qua similarium corporum seu metalla sint et lapides, seu stirpium animantiumque partes, constitutio ac temperamentum dignoscatur: quod

Digitized by Google

tum naturali philosopho, tum medico est pernecessarium. In tres autem partes divisus est. Primus de caloris et frigoris actionibus operibusque agit. Altera de potibilibus omnibus qualitatibus et facultatibus, facultatumque privationibus, quae per humorem et siccitatem similaribus corporibus conveniunt, et ut illa inter se differant, efficiunt. Postrema similarium corporum constitutionis agnoscendae rationem docet. Et haec quidem de libri scopo, ordine, utilitate et divisione praefationis loco dicta sint. — Haec de quarto libro Vicomercatus. Qua de disputatione comparanda sunt Schneideri verba Epimetr. III. ad Aristotel. *Hist. animal.* Vol. I, p. CXXIII sq.: *Paene oblitus eram de quarto libro Meteorologicorum admonere, de quo olim fuit dubitatum* *). *Argumentum enim libri plane esse videtur a Meteorologia alienum, contra cognatum atque adeo aptum et connexum cum libris duobus de ortu atque interitu; cum quibus iam olim coniungendum censuit Alexander Aegeus, qui vulgo Aphrodisiensis falso vocatur, ita ut hunc demum libri tres Meteororum sequantur. Quo facto tollitur ille nexus cum libris historiarum de animalibus* [de quo quid sit statuendum deinceps exponemus], *neque inter caput extremum libri tertii atque initium historiarum commissurae commodae et aptae vestigium apparet. Conatus est tamen Vicomercatus ordinem et seriem librorum vulgo nunc receptum defendere; et rationes ab eo positae satis mihi quidem firmae videntur esse, ut contrarias ponderе elevent. Accedit, quod in ipso initio libri primi verba:* δεῖ τε θεῖμεν ἂν ὑέρος εἶναι κοινὰ πάθη καὶ ὕδατος, ἔτι δὲ γῆς ἕως μέρη καὶ εἴδη καὶ πάθη τῶν μερῶν, *satis manifesto argumentum libri quarti indicant atque complectantur.*

Quae quamvis probabiliter et apte disputata esse non infitiemur, haud tamen quaquam sufficiunt. Itaque altius ordiamur; atque ita quidem, ut neglecta atque in aliud tempus dilata quaestione de omnium physicorum Aristotelis librorum nexu

*) In editione Aldina libro quarto signum ⊢ praefixum est.

Digitized by Google

atque ordine, quam post Dan. Furlanum (*Commentar. in librum Aristotelis de partib. animal.* I. Venet. 1574. 8.) Schneiderus (*Epimetr.* III. l. l. p. XCIV sqq.) et Titze (*de Aristotelis operum serie atque distinctione liber singularis*) tractaverant, id tantum quaeramus, quis locus nostro, de quo agimus, libro sit attribuendus.

Videamus primo loco, utrum iusto modo omnia cohaereant, si tertium esse librum de generatione et interitu statuimus nostrum, an secus. Tres olim exstitisse περὶ στοιχείων libros ex Diogene Laërtio V, 28 p. 281, scimus Quod si verum est, hos libros nullos esse alios, nisi quos hodierum habemus, duos illos de generatione et interitu (cfr. Comment. ad II, 3, 45. Vol. I p. 537 et locum *de anima* II. 11, 10, p. 423, b, ubi respicit ad *de generat. et inter.* II, 2, p. 329, b), hinc non sine veritatis quadam specie aliquis concluderet, quartum Meteorologicorum librum duobus illis de ortu et interitu esse adiungendum, ut tres numero evadant, nisi exigua tantum fides tribui posset numeris ac titulis a Diogene Laërtio compositis et undequavis conflatis (de quo librorum indice cfr. Stahr *Aristotel.* II p. 67 sq. *)). Vide etiam Trendelenburg. in Procem. Comment. ad Aristot. *de anim.* p. 123. At, ut praeteream illud, non solos libros de generatione et corruptione significari, ubi librorum περὶ στοιχείων mentio iniicitur, sed totam illam φυσικῆς πραγματείας, quae libros de caelo, de ortu et interitu et Meteoro-

*) Stahr ex Hermippi scriptis de Aristotele (cfr. Schneider l. l. p. CXXIV sq. Athen. XIII p. 291, 7. Stahr. Vol. II p. 283) indicem fluxisse ait. Obiter oblata occasione monere volumus, Hermippi nomen nobis restituendum videri Luciano *Demon.* §. 56. Tom. II p. 393 ed. Reiz, ubi haec leguntur: καὶ μὴν καὶ πρὸς τὸν Ἑρμῖνον τὸν Ἀριστοτελικὸν ἄξιον ἀπομνημονεῦσαι. εἰδὼς γὰρ αὐτὸν παγκάκιστον μὲν ὄντα, καὶ μυρία κακὰ ἐργαζόμενον, τὸν Ἀριστοτέλη δὲ διὰ στόματος καὶ αὐτοῦ τὰς δίκας κατηγορίας ἔχοντα, Ἑρμῖνε ἔφη, ἀληθῶς ἄξιος εἶ δίκας κατηγοριῶν. Perperam igitur Harles ad Fabricii *Bibl. gr.* Vol. III p. 211 not. p. p. ex hoc Luciani loco Hermini nomen substituendum censuit pro Hermia apud Boëthium ad *Categor.* II p. 151.

Digitized by Google

logica comprehendit et in qua de elementorum natura agitur partem *), contra opinionem illam monendum est, iustum librorum ordinem, ea probata, prorsus inverti. Postquam enim eo pervenit, ut (*de generat. et interit.* II, 11) de circulari ageret generatione, nulla meliore ratione transitum pararo sibi poterat ad explicationem meteoricorum, quae hoc modo fiunt, phaenomenorum: eumque hoc voluisse, indicium esse potest etiam exemplum, quo utitur, aquae in aërem transeuntis, aërisque rursus in aquam revertentis. Accedit, quod simili exemplo paulo ante in verbis: *εἰ μὲν νέφος ἔσται, δεῖ καὶ ὕσαι· καὶ εἰ ὕσει γε, δεῖ καὶ νέφος εἶναι* usus erat. Hinc patet, Aristotelem verbis (*Meteor.* I, 1, 2) *καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐγκυκλίων*, uti vidit Alexandra nobis laudatus Vol. I p. 323, ad postrema secundi de ortu et interitu libri verba respexisse: hinc deinde elucet, quomodo, quam in fine librorum ac capitum addere solet, clausulam in fine illius libri omittere potuerit ita, ut primo intuitu non prorsus absolutus videatur. Quod si contra tertium librum de generatione et interitu esse statuimus eum, qui Meteorologicorum quartus antiquitus nominatus est, res longe aliter se habet. Tunc secundus de generatione liber in fine mutilus; tunc nulla perspici potest causa, cur initio libri (*Meteor.* IV, 1, 1—4) succincte repetierit omnia ista, quae non solum in duobus prioribus de generatione et corruptione libris, sed etiam in duobus posterioribus de caelo exposuerat, quod iure fecit post tantum, quo de meteoris egerat, intervallum: tunc denique nullus transitus a similarium ac dissimilarium partium tractatione (*Meteor.* IV, 8 sqq.) ad meteora, quae simplicium corporum, elementorum, alterius in alterum transitu, provocantur. Idque aperte pugnat cum sententia Aristotelis, quam professus est *de part. animal.* II, 1, p. 646, a ubi, de ordine

*) Cfr. Galen. *de elem. sec. Hippocrat.* I, 9. Tom. I, p. 487 ed. Kühn: *Ἀριστοτέλει δ' ἔν τε τοῖς περὶ οὐρανοῦ καὶ τοῖς περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς ὁ περὶ τῶν στοιχείων λόγος ἐξείργασται, ὥσπερ ἐν τοῖς περὶ οὐσίας Χρυσίππῳ. ἀλλ' οὐδὲ τούτων οὐδέτερος ἐπιγράφει τὰ βιβλία περὶ στοιχείων.*

Digitized by Google

agens, quo tota de naturae operibus disputatio procedere debeat, primo loco elementorum posuit tractationem, deinde similarium partium doctrinam, quam tertio denique loco dissimilarium partium methodus excipiat et subsequatur. Verba haec sunt: *τριῶν δ' οὐσῶν τῶν συνθέσεων πρώτην μὲν ἄν τις θείη τὴν ἐκ τῶν καλουμένων ὑπό τινων στοιχείων, οἷον γῆς ἀέρος ὕδατος πυρός· ἔτι δὲ βέλτιον ἴσως ἐκ τῶν δυνάμεων λέγειν, καὶ τούτων οὐκ ἐξ ἁπασῶν, ἀλλ' ὥσπερ ἐν ἑτέροις εἴρηται καὶ πρότερον. ὑγρὸν γὰρ καὶ ξηρὸν καὶ θερμὸν καὶ ψυχρὸν ὕλη τῶν συνθέτων σωμάτων ἐστίν· αἱ δ' ἄλλαι διαφοραὶ ταύταις ἀκολουθοῦσιν, οἷον βάρος καὶ κουφότης καὶ πυκνότης καὶ μανότης καὶ τραχύτης καὶ λειότης καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα πάθη τῶν σωμάτων. δευτέρα δὲ σύστασις ἐκ τῶν πρώτων ἡ τῶν ὁμοιομερῶν φύσις ἐν τοῖς ζῴοις ἐστίν· οἷον ὀστοῦ καὶ σαρκὸς καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων· τρίτη δὲ καὶ τελευταία κατ' ἀριθμὸν ἡ τῶν ἀνομοιομερῶν, οἷον προσώπου καὶ χειρὸς καὶ τῶν τοιούτων μορίων.* Alio quodam argumento, quod obvium est, non utimur, quum nimis sit debile, silentio tamen ne hoc quidem praeterire volumus. Etenim *Meteor.* IV, 8, 2 ait: *ἐκ μὲν οὖν ὕδατος καὶ γῆς ..... συνίσταται.... τὰ μεταλλευόμενα, οἷον χρυσὸς καὶ ἄργυρος καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, ἐξ αὐτῶν τε καὶ τῆς ἀναθυμιάσεως τῆς ἐγκαταλειομένης ὥσπερ εἴρηται ἐν ἄλλοις.* Quibus verbis respicere videtur ad *Meteor.* III, 7. At, ut illud transeamus, necesse non esse ut ad h. l. respiciat, qua de re in Commentariis monebimus, iamiam docuit Ritterus, libros Aristotelicos, qui in aliis scriptis tamquam testes vocantur, ad haec ipsa saepenumero provocare (*Gesch. der Philosoph.* Vol. III, p. 29), ita ut ex ipsis Aristotelicis libris nihil fere de ordine, quo scripti sint, profici possit. Tetigit hanc eandem quaestionem Trendelenburg. ad Aristotel. *de anim.* p. 115: *Haec locorum inter se contentio difficillime componetur, si, ut sunt, intactos ab Aristotele manasse concesseris. Est tamen ratio, qua suspicionem amoveas, sive duplicem aliquam recensionem ab Aristotele institutam admiseris sive libros, id quod veri similius est, tamquam commentarios e scholarum, quae ha-*

Digitized by Google

buit, ordine ipsorum fortasse discipulorum opera natos esse statueris. Aristotelem enim tam longo annorum, per quos docebat, spatio non semel disciplinas, in quibus elaborabat, discipulis tradidisse tibi persuadeas. Itaque si hic liber prima vice, quae disciplinae tradebantur, conscriptus est, ille altera vel tertia, fieri potest, ut liber, etsi ipso disciplinarum ordine posterior, tamquam alio prior, si ad priorem studiorum decursum retuleris, significetur. Raro tam aperta de ordine, quem sequi instituerit, testimonia deprehenduntur, quam quod de loco, quem libri de anima et de sensu ac sensili obtineant, legitur *de generat. animal.* V, 1, p. 779, b: ἔτι δ' ἐνδέχεται τῶν χρωμάτων τὴν αἰτίαν ἀποδοῦναι καὶ κατ' ἄλλον τρόπον. ἀλλ' εἴπερ ἐστίν, ὥσπερ ἐλέχθη πρότερον ἐν τοῖς περὶ τὰς αἰσθήσεις *) καὶ τούτων ἔτι πρότερον ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς διωρισμένοις. Quo tamen ex loco, quod propter sequentia menemus, nequaquam consequitur libros de anima ante eos de generatione animalium conscriptos esse.

Anteaquam ad illam quaestionem proficiscimur, quocum opere liber noster in fine cohaereat, ad quem in extremis capitibus transitus paretur, ut hinc quoque aliquid de loco concludere conemur, quem inter Aristotelis physica scripta antiquitus obtinuerit, superest ut diligenter inspiciamus locum *de part. anim.* II, 9, p. 655, b, in quo quum diserte respicere videatur ad Meteorologicorum quartum librum, eum cum libris de generatione arcte cohaerere profiteri videtur. Verba haec sunt: ἔτι δὲ περὶ γονῆς καὶ γάλακτος ἀπελίπομεν ἐν τῇ περὶ τῶν ὑγρῶν καὶ ὁμοιομερῶν θεωρίᾳ. τοῖς γὰρ

*) Quo ex loco aliquis concludere possit, librum *de sensu et sensili* non aliter quam περὶ αἰσθήσεως inscriptum fuisse. At is, quem hodie in fronte gerit, titulus περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν defenditur Galeni auctoritate *de instrum. odorat.* c. 5. Tom. II p. 871 Kühn (V p. 359 Chart.): ἔοικε δέ τι τοιοῦτον καὶ Ἀριστοτέλης ἔν τε τῷ δευτέρῳ περὶ ψυχῆς κἀν τῷ περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν. ἐπιγράφεται δὲ τοῦτο καὶ δι' ἕτερον τρόπον ὧδε, περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητηρίων, ἐπειδὴ τὰ τῶν αἰσθήσεων ὄργανα καλεῖν οὕτως ἔθος ἐστὶ καὶ Ἀριστοτέλει. Vide Vol. I, p. 650 not.

Digitized by Google

περὶ γενέσεως λόγοις ἁρμόττουσαν ἔχει τὴν σκέψιν. τὸ μὲν γὰρ αὐτῶν ἀρχὴ τὸ δὲ τροφὴ τῶν γινομένων ἐστίν. Ibi nostrum librum videtur appellare τῶν ὑγρῶν καὶ ὁμοιομερῶν θεωρίαν, eiusque argumentum pertinere ad libros de generatione, quibus libros de generatione et interitu intellexisse videtur, quum dicat: τὸν μὲν αὐτῶν ἀρχὴ τὸ δὲ τροφὴ τῶν γινομένων ἐστί non τῶν ζῴων ἐστί. Nihilo tamen secius respicit ad libros *de generat. animal.* *) I, 16, p. 721, a: τὰ μὲν οὖν περὶ τὴν γένεσιν ὄργανα τοῖς ζῴοις, περὶ ὧν οὐκ ἐλέχθη πρότερον, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. τῶν δ' ὁμοιομερῶν ἀπελείφθη περὶ γονῆς καὶ γάλακτος ἐν τοῖς ἑχομένοις (*de generat. animal*, IV, 8, p. 776, a sqq.). Quamvis non negandum sit, non inepte huno Meteorologicorum quartum librum singulari titulo περὶ τῶν ὑγρῶν καὶ ὁμοιομερῶν θεωρίαν vocari potuisse, melius saltem quam περὶ μίξεως ut alii voluerant. Nonnulli enim, ut supra iam auctore Vicomercato monuimus, interpretes, singularem librum statuebant hunc nostrum, *de mistione* inscribendum (inter quos v. c. Gesnerus *Meditat. physic.* libr. III p. 136. V p. 27), qui tres Meteorologicorum libros proxime subsequeretur et transitum efficeret ab iis libris, in quibus de elementorum natura, deque phaenomenis transitu alterius in alterum provocatis agitur ad eos, in quibus disseritur de natura metallorum, plantarum animaliumque, omnino corporum ex similaribus partibus constitutorum. Qualem librum ipse commemorat philosophus *de sensu ac sensili* c. 3. p. 440, b: εἰ δ' ἐστὶ μίξις τῶν σωμάτων μὴ μόνον τὸν τρόπον τοῦτον, ὅνπερ οἴονταί τινες, παρ' ἄλληλα τῶν ἐλαχίστων τιθεμένων, ἀδήλων δ' ἡμῖν διὰ τὴν αἴσθησιν, ἀλλ' ὅλως πάντῃ πάντως, ὥσπερ ἐν τοῖς περὶ μίξεως εἴρηται καθόλου περὶ πάντων. At ibi ad nostrum non respici librum, neque ad singularem quendam, quem ea de re conscripserit

*) Libros *de generatione animalium* etiam aliis in locis breviter τοὺς περὶ τῆς γενέσεως λόγους vocavit, v. c. *de part. anim.* IV, 11, p. 692, a. II, 3, p. 650, b.

Digitized by Google

Aristoteles libellum, sed ad locum *de generat. et corrupt.* I, 10, p. 327, b quisque intelligit. Saepenumero enim factum est, ut in Commentar. ad II, 3, Vol. I p. 538 monuimus, ut singula quaedam capita sub peculiaribus titulis commemorentur ita, ut librum eadem de re, quae in iis tractatur, philosophus conscripsisse videatur. Qua occasione oblata, obiter monere volumus, in locis *de anim.* II, 5, 1. *de generat. anim.* IV, 3, p. 768, b, ubi mentio iniicitur scripti *περὶ τοῦ πάσχειν καὶ τοῦ πεπονθέναι*, minime respici ad *de generat. et interit.* I, 7, uti l. l. perhibuimus, sed ad Categorias, monente Trendelenburgio ad Aristotel. *de anim.* p. 123; de Aristot. *Categor.* p. 15.

Iam videamus, quem librum Meteorologicorum quartus proxime antecedat, utrum de anima libros, quod post Sylburgium voluit Bekkerus, an historiam animalium, quae Furlani erat et Schneideri sententia, an denique libros de partibus animalium, quod saltem de primo voluit Titze, de toto opere Alexander fol. 141, a laudatus in Exc. ad IV, 12, 13 *). Ac de Bekkeri sententia prius, quippe quae facillime possit refutari. Obstat enim disertum Aristotelis testimonium *Meteor.* I, 1, 3, ubi de ordine naturalis scientiae tractandae egit; obstat praeterea philosophi sententia, quam ita exponit Galenus *de usu part.* IV, 17, Tom. III, p. 328 Kühn (I p. 416 Bas. IV p. 390 Chart.): *ἀλλὰ γὰρ καὶ περὶ τούτων Ἀριστοτέλει καλῶς εἴρηται τά τ' ἄλλα καὶ ὅτι κατὰ βραχὺ τῶν φυτῶν ἡ φύσις ἀποχωροῦσα ἕτερον ἑτέρου ζῷον ἐργάζεται τελειότερον, ἕως πρὸς τὸ πάντων ἀφίκηται τελειότατον, ὑπὲρ οὗ νῦν ἡμῖν πρόκειται λέγειν*, scilicet ad hominem. De nexu cum animalium historia ita Schneiderus l. l. p. CXXI: *Caput postremum arctissime coniunctum haeret cum initio*

*) Qui Meteorologicorum quartum esse voluit librum tertium de generatione et interitu, is hunc statim subsequi libros de partibus animalium iure censere non potuit, nisi omnem nexum tollere in animo erat. Quod tamen fecit Alexander, propter opinionum diversitatem iamiam vituperatus a Furlano. cfr. Schneider l. l. p. CV sq. not.

Digitized by Google

historiarum; praeparat enim lectorem explicanda ratione et origine partium ὁμοιομερῶν et ἀνομοιομερῶν, et quae hinc componuntur, ὀργανικῶν in structura corporum animalium. Itaque librum concludit his verbis, quae transitum faciunt ad historiam: Ἐπεὶ οὖν ἔχομεν, τίνος γένους ἕκαστον τῶν ὁμοιομερῶν, ληπτέον καθ' ἕκαστον, τί ἔστιν, οἷον τί αἷμα ἢ σὰρξ ἢ σπέρμα καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον. Οὕτω γὰρ ἴσμεν ἕκαστον, διὰ τί καὶ τί ἔστιν, ἐὰν τὴν ὕλην ἢ τὸν λόγον ἔχωμεν. μάλιστα δέ, ὅταν ἄμφω, τῆς τε γενέσεως καὶ φθορᾶς καὶ πόθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως. Δηλωθέντων δὲ τούτων, ὁμοίως τὰ μὴ ὁμοιομερῆ θεωρητέον, καὶ τέλος τὰ ἐκ τούτων συνεστῶτα, οἷον ἄνθρωπον, φυτόν, καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα. Apte itaque atque ordine historiae de animalibus initium capiunt ab explicandis partibus animalium ὁμοιμερέσι et ἀνομοιμερέσι, atque hinc ad organicarum partium interpretationem pergunt. Liber autem primus de partibus animalium, ubi causas rerum explicare ingreditur philosophus, comparat viam et rationem tractandae historiae physicae, quam Aristoteles ingressus est, cum antiqua, atque omnes utriusque doctrinae modi diligenter inquiruntur atque aestimantur. Ipsa etiam diversarum partium historiae physicae dignitas atque usus expenditur et comparatur; ubi capite 4. extremo est: πῶς μὲν οὖν ἀποδέχεσθαι δεῖ τὴν περὶ φύσιν μέθοδον, καὶ τίνα τρόπον γίνοιτ' ἂν ἡ θεωρία περὶ αὐτῶν ὁδῷ καὶ ῥᾷστα, ἔτι δὲ περὶ διαιρέσεως ..... εἴρηται. Capite sequenti partes doctrinae physicae duae constituuntur; quarum altera naturam rerum divinarum et aeternarum investigat; altera vero terrestres atque humanas considerat. Priorem eamque difficiliorem sed angustiorem doctrinam explicatam ait a se libris superioribus; nunc aggredi se philosophiam de natura animalium: ἐπεὶ δὲ περὶ ἐκείνων διήλθομεν λέγοντες τὸ φαινόμενον, λοιπὸν περὶ τῆς ζωϊκῆς φύσεως εἰπεῖν, μηδὲν παραλιπόντας εἰς δύναμιν μήτε ἀτιμότερον μήτε τιμιώτερον. Caeterum lectores admoneo, quicunque rationem et viam, qua Stagirites historiam primum, deinde vero omnem philosophiam de animalibus aggressus explicuit, accurate cognoscere, intelligere, et de

Digitized by Google

ea iudicare velint, ante omnia librum hunc primum de partibus animalium diligenter ut legant et intelligentia percipere conentur. Libri enim ipsi historiarum de animalibus veluti capite et fine truncati nunc apparent. Statim enim aggrediuntur rerum et partium enarrationem, neque antea lectorem de ratione et via, qua res tractandae sint, admonent, sed in rem praesentem adducunt. Finis autem necsio quo fato intercidit; libri etiam scripti indicium faciunt, turbatum in fine fuisse a librariis antiquissimis. Haec Schneiderus. Cui etsi satis lubenter concedimus (l. l. p. LXXIX), historiam animalium pertinuisse ad exotericos libros (cfr. Stahr *Aristotel.* Vol. II p. 97), altera tamen in re cum viro docto consentire nequimus, ut volumina de animalibus conscripta omnia iis adnumeranda arbitremur, qua de re neminem dubitare posse ait Schneiderus. Quicquid viri docti statuerint de discrimine inter exotericos et acroamaticos libros *), mihi saltem liquet, acroamaticos sive

*) Cfr. Victor. *Var. Lect.* VII, 18, p. 105 (ed. Florent. 1553. fol.). Salmas. ad Simplic. p. 226—244. Zeidler *de gemino veterum docendi modo esoterico et exoterico*, quae dissertatio praemissa est libro inscripto: *Introductio in lectionem Aristotelis.* Regiomont, 1685. 4. (cuius ex cimeliis bibliothecae regiae Goettingensis copiam mihi fecit benevolentia Illustr. Reussii). Piccart. *Isagog. in. Aristotel. philosoph.* Altorf 1617. 8. Patric. *Disc.* Tom. I, p. 63. Menag. ad Diogen. V, 27, Tom. II, p. 197. ed. Meibom. Buhle *de distribut. libror. Aristot. in exoteric. et acroamat.* (Goetting. 1786. 8.) in Arist. *Opp.* Tom. II, p. 239 sqq. Wyttenb. *Opusc.* Vol. II, p. 24—30. 605. Weisse *Aristot. Physik* p. 516 sq. *Von der Seele* etc. p. 373—375. Stahr Vol II, p. 239 sqq. Ritter *Gesch. der Philos.* Vol. III, p. 21 sqq. Quam Stahr l. l. p. 278 probavit sententiam Scaligeri *adv. Robert. Titium* III, 22 de libris ἐγκυκλίοις, quos Diogenes Laërtius V, 26 commemorat, nos veram esse non censemus, quamvis verendum sit, ut ab iis, qui cum Scaligero faciunt, πάσης ἐγκυκλίου παιδείας ἄπειρος dicamur. Sunt problemata, quae hic illic hoc nomine nuncupata sunt. Vide ad Exc. IV, 3, 21. Totam praeterea quaestionem, qui libri inter Aristotelicos esotericis adnumerandi sint, qui exotericis, si non prorsus ineptam, tamen superfluam censemus cum Lobeckio in *Aglaopham.* Vol. I, p. 162 sq. quem adeas velimus.

Digitized by Google

esotericos fuisse eos, quibus uteretur in discipulorum institutione, exotericos, quos publicum in usum destinatos omnium manibus tradidisset. Hinc satis patet, historiam animalium exotericis, reliqua de animalium historia conscripta volumina esotericis esse adnumeranda, quum posterioribus in expositione *φυσικῆς πραγματείας*, ad quam proprio iure pertinebant, carere nequiverit: carere autem potuerit historia animalium. Unde factum, ut tot tantaque repetita sint in libris de partibus et de generatione animalium, quae in historia iam exposuerat: hinc explicandum, quomodo factum, ut nunquam in historia ad reliquos libros aut scribendos aut iam conscriptos provocaverit, quod toties in libris de partibus animalium factum esse videmus. Cfr. II, 1, p. 646, a: *ἐκ τίνων μὲν οὖν μορίων καὶ πόσων συνέστηκεν ἕκαστον τῶν ζῴων, ἐν ταῖς ἱστορίαις ταῖς περὶ αὐτῶν δεδήλωται σαφέστερον. δι' ἃς δ' αἰτίας ἕκαστον τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ἐπισκεπτέον νῦν, χωρίσαντας καθ' αὑτ' τῶν ἐν ταῖς ἱστορίαις εἰρημένων.* II, 3, p. 650, a: *δεῖ δὲ ταῦτα θεωρεῖν ἔκ τε τῶν ἀνατομῶν καὶ τῆς φυσικῆς ἱστορίας.* II, 17, p. 660, b: *εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν ταῖς ἱστορίαις ταῖς περὶ τῶν ζῴων.* III, 5, p. 668, b: *τὰ δὲ μετ' ἀκριβείας ὡς ἔχουσιν αἱ φλέβες πρὸς ἀλλήλας, ἔκ τε τῶν ἀνατομῶν δεῖ θεωρεῖν καὶ τῆς ζωϊκῆς ἱστορίας* *). IV, 10, p. 689, a: *ἔκ τε τῆς ἱστορίας τῆς περὶ τὰ ζῷα φανερὸν καὶ τῶν ἀνατομῶν, καὶ ὕστερον λεχθήσεται ἐν τοῖς περὶ γενέσεως.* Ex omnibus hisce locis, praesertim ex postremo patet, historiam animalium non effecisse partem *τῆς φυσικῆς πραγματείας*. Nemo enim anatomicos libros ad eam pertinuisse arbitrabitur, neque ulli unquam, quantum equidem scio, in mentem venit. Quod autem in alterum librorum, quorum mentionem fecit, cadit, de utroque valeat, necesse esse, ex eo potissimum elucet, quod tam arcte in aliis etiam locis coniungantur. Et omnino longe aliis verbis ad animalium

*) Apollon. Dyscol. *Histor. mirabil.* c. 27: *Ἀριστοτέλης δ' ἐν τοῖς ζωϊκοῖς (δύο γάρ εἰσιν αὐτοῦ πραγματεῖαι, ἡ μὲν περὶ ζῴων, ἡ δὲ περὶ ζωϊκῶν) οἱ φθεῖρές φησιν ἐν τῇ κεφαλῇ ἐν ταῖς μακραῖς οὐ φθίνουσι νόσοις, μελλόντων τελευτᾶν πασχόντων.* Qua de re quid statuendum sit, alii videant.

Digitized by Google

historiam provocasset, si ad libros de naturali disciplina in usum discipulorum instituendorum conscriptos pertinuisset, quod videmus, ubi alios eius modi libros laudat, qua in re constanter utitur verbis *ὥσπερ εἴρηται πρότερον*, *περὶ τούτων ὕστερον ἐροῦμεν*, *περὶ τούτων ἄλλος ὁ λόγος*, *ὥσπερ εἴρηται ἐν ἄλλοις*, ac similibus, quemadmodum ubi in libris *de part. animal.* II, 2, p. 649, a. II, 4, p. 650, b. III, 5, p. 668, b provocat ad *Meteorol.* IV, 6, 2 sqq. IV, 7, 13. IV, 7, 14, quae ad loca vide Commentar. nostr.

Demta igitur ex numero librorum, qui *φυσικὴν πραγματείαν* efficiebant, historia animalium, quod et ipse titulus arguit a tali scriptorum genere alienus, omnia iusto nexu cohaerent, et ea, quam Titze validis argumentis suffultam proposuit sententiam, ut primus de partibus animalium liber omnino primus sit omnium, quos de animalibus conscripsit philosophus (id quod secundum nostram, quam exposuimus opinionem de libris tantum ad *πραγματείαν* pertinentibus valet), probatur novoque argumento stabilitur. Quod si primum illum librum in fronte historiae animalium ponimus, non video, qua ratione incommodum evitari possit illud, quod veteres eundem iam ordinem singulorum librorum agnoverunt, qui hodienum in libris scriptis et editis servatur. Ita, ut uno exemplo defungamur, Gellius *Noct. Attic.* XIII, 7 verba laudat ex animalium historiae sexto, quae re vera deprehenduntur VI, 31, p. 579, a sq.

Hucusque nunc progredi voluimus: sed et certiora de reliquorum librorum ordine statui posse arbitramur, quam quae hucusque a viris doctis proposita videmus. Qua de re agendi melior nobis aliquando sese offeret occasio, quam ob rem, quam extremis tantum labris nunc attigimus quaestionem in illud tempus differimus absolvendam. Genuinum esse librum nostrum, quod propter Patricium monemus, docet Philochori apud Athenaeum *Deipnosoph.* XIV, p. 656 laudatio verborum, quae deprehenduntur IV, 3, 22, docet praeterea Galeni, quatuor Meteororum libros agnoscentis, disertum testimonium, qua de re vide Prolegom. Vol. I p. VII.

Digitized by Google

Fuere praeterea, qui quarti libri argumentum praetenue ac tanto philosopho minime dignum censuerint. Quibus ne longae immoremur disputationi, nihil obiicimus, nisi aurea illa ipsius Aristotelis verba *de part. animal.* I, 5, p. 645, a: *δεῖ μὴ δυσχεραίνειν παιδικῶς τὴν περὶ τῶν ἀτιμοτέρων ἐπίσκεψιν. ἐν πᾶσι γὰρ τοῖς φυσικοῖς ἔνεστί τι θαυμαστόν. καὶ καθάπερ Ἡράκλειτος λέγεται πρὸς τοὺς ξένους εἰπεῖν τοὺς βουλομένους αὐτῷ, οἳ ἐπειδὴ προσιόντες εἶδον αὐτὸν θερόμενον πρὸς τῷ ἅπνῳ ἔστησαν (ἐκέλευε γὰρ αὐτοὺς εἰσιέναι θαρροῦντας· εἶναι γὰρ ἐνταῦθα θεούς), οὕτω καὶ πρὸς τὴν ζήτησιν περὶ ἑκάστων προσιέναι δεῖ μὴ δυσωπούμενον ὡς ἐν ἅπασιν ὄντος τινὸς φυσικοῦ καὶ καλοῦ. τὸ γὰρ μὴ τυχόντως ἀλλ' ἕνεκά τινος ἐν τοῖς τῆς φύσεως ἔργοις ἐστὶ καὶ μάλιστα· οὗ δ' ἕνεκα συνέστηκεν ἢ γέγονε τέλος, τὴν τοῦ καλοῦ χώραν εἴληφεν.* Tantum abesmus, ut horum virorum sententiae subscribamus, ut Aristotelem admiremur, qui tam idoneum a meteoris ad animalium tractationem transitum sibi paraverit.

Restat, ut, ne quid videatur deficere, Patricii et Accorambboni verba huc pertinentia adscribamus. Et Accorambonus quidem in fronte adnotationum, quas in quartum librum conscripsit (*Vera mens Aristotel.* p. 488), haec posuit: *Putat Alexander quod hic liber immediate subsequi debeat librum de generatione et corruptione. Sed hoc falsum est, quia ibi Aristoteles agit de communi generatione naturali, hic autem de generatione partium similarium tractat, quae spectant ad tractatum de animalibus et de plantis, quia haec constituuntur ex partibus similaribus: sed ante tractatum de animalibus opus fuit prius tractare de mixtis imperfectis in Meteoris, ideo post librum de generatione et corruptione sequuntur tres libri Meteorum, quos hic liber quartus sequitur, qui medius est inter Meteora et tractatum de animalibus, ut confirmatur ex auctoritate Aristotelis, qui in fine huius libri proponit se acturum de animalibus. Praeterea omnia, quae hic traduntur, conveniunt animalibus et plantis, non autem meteoris, neque mineralibus; ut est concoctio, maturatio, assatio, elixatio et huius modi, quae*

Digitized by Google

*fiunt in animalibus et plantis, non autem in meteoris. Idque iure efficit Aristoteles. Cum enim in libro de generatione et corruptione egerit universaliter de generatione in communi omnium rerum naturalium tam simplicium, quam mixtarum, postea aggressurus tractatum de animalibus et plantis, quae componuntur et constant primo ex partibus similaribus, ex quibus postea dissimilares et instrumentales partes animalium et plantarum conficiuntur, ideo prius in hoc libro agit de generatione partium similarium, quarum partium postea historiam recenset in libris de historia animalium et historia plantarum, causas vero earum adsignat in libris de partibus animalium et in libris de causis plantarum *): coniungit vero hunc tractatum cum Meteoris, quia hae partes similares a natura fiunt, et producuntur a naturali calore et frigore, ut etiam metalla et ea, quae sub terra fiunt, ab eadem natura procreantur, et a calore vel frigore naturali. Non possum vero non admodum mirari Olympiodorum, tantum philosophum, dicere in prooemio huius libri quod in tertio Meteororum Aristoteles agit de his similaribus particulariter, quae fiunt a duplici illa exhalatione sicca et humida, nunc vero agit universaliter de partibus omnibus similaribus, quae constant ex quatuor elementis; idque agit iuxta consuetam Aristotelis methodum, procedens a particularibus ad universalia: nec memor fuit Olympiodorus dictorum Aristotelis in prooemio Physicorum textu quarto, et multis aliis in locis, quod est procedendum ab universalibus*

*) Possunt haec verba lectorem in errorem inducere, quasi putasset Accorambonus *Historiam plantarum* et libros *de causis plantarum* non a Theophrasto, sed ab Aristotele profectos esse. Cui tamen opinioni aperte repugnant ea, quae ipse Accorambonus de genuina historiae plantarum a Theophrasto origine dixit p. 697. Cum vero discipuli toti fere penderent a magistri vestigiis, quemadmodum ex ipsis librorum titulis videre licet (cfn. Brandis in *Rhein. Mus.* I, 4, p. 267 sqq. Stahr *Aristot.* II p. 80 sqq. p. 295), inversa etiam ratione ex titulis librorum, ab Aristotelis discipulis profectorum de titulis operum ipsius philosophi deperditorum concludi posse Accorambonus censebat.

Digitized by Google

ad particularia, et hanc viam semper Aristoteles et ubique observat *). *Quod enim Aristoteles hic intendat solum agere de partium similarium animantium generatione et corruptione patet, cum ipse dicit hic* (IV, 1, 7): *Finis enim hic est omnium aliorum putrefactio, nisi aliquid vi corrumpatur eorum, quae natura constant: potest enim et caro, et os comburi, quorum finis corruptionis naturalis est putredo. Et paulo superius dixit, quod omnis corruptio naturalis est via ad putredinem, ut senectus et sideratio* (ἄνανσις): *senectus autem est animalium partium, sideratio vero est plantarum; quare de horum partibus similaribus tantum loquitur hic Aristoteles: nam haec sola, praeter elementa et mixta imperfecta, habent similares partes: post mineralia namque ordine naturae sequuntur plantae et animalia, quae sola re vera habent partes similares, quae constituunt partes dissimilares, et a toto differunt. Elementa vero et mixta imperfecta tota sunt similaria: partes enim horum non distinguuntur a toto. Considerat itaque Aristoteles generationem et corruptionem, et reliqua huius modi accidentia, ut fiunt a quatuor elementorum qualitatibus in animalibus et plantis et eorum partibus, ut clare ipse testatur hic in prooemio, cum inquit* (IV, 1, 5): *Prius itaque simplex generatio, et naturalis mutatio sunt opus harum quatuor qualitatum, et contraria corruptio secundum naturam: haec itaque insunt plantis et animalibus et eorum partibus. Quare haec considerantur ab Aristotele ut insunt animalibus, plantis, et partibus horum, non universaliter, ut fiunt in partibus quibuscunque similaribus, ut clarissime patet in progressu huius libri, ubi omnia exempla et inductiones affert Aristoteles ex animalibus et plantis, de concoctione, assatione, elixatione, et reliquis affectibus, quae in hoc volumine declarat.*

Haec Accorambonus. Cuius etiam verba, quae in

*) *Phys.* I, 1, 184, a: ἐκ τῶν καθόλου ἐπὶ τὰ καθ' ἕκαστα δεῖ προϊέναι. Cfr. *Analyt. poster.* I, 2, p. 72, a. I, 24, p. 85, b sq. *Metaphys. Z*, 10, p. 1034, b. Alios locos composuit Accorambonus l. l. p. 380.

Digitized by Google

fine adnotationum in quartum Meteorologicorum librum posuit p. 491 adscribenda videntur: *Clare hic* (IV, 12, 12 sq.) *Aristoteles coniungit hunc librum cum libro de animalium historia, in quo prius distinguit animalia secundum partes, et nomina omnium partium singillatim explicat: statim enim in principio illius libri explicat, quod animalium partes aliae sint simplices, aliae compositae; mox distinguit animalia iuxta diversas eorum generationes; postremo agit de natura singularum specierum animalium; quibus peractis in libris postmodum de partibus animalium reddit causam cur diversae partes sint positae in diversis animalibus; in libris vero de anima eorum forma et ratio, quae est anima, declaratur; et in libris de generatione animalium causam animalium efficientem determinat. Quapropter hunc librum debent sequi libri de animalibus, ut clare hic Aristoteles ordinem librorum explicat. Cum enim dicit, sumendum est singulatim quid sit, ut sanguis, caro etc. proponit historiam partium quoad vi est; mox infert libros de partibus et de anima, cum dicit: Sic enim sciemus unumquodque cur, et quid sit, si materiam et rationem habeamus. In libris enim de partibus agit de materia animalium, et in libris de anima de forma et ratione. Ultimo proponit libros de generatione animalium, dicens: Maxime vero ambo generationis et corruptionis, et unde principium motus: de causa enim efficiente animalium egit in illis libris, quae omnia etiam singillatim in libris de historia tractat historice; de partibus, de anima, de generatione, et tandem de animalium speciebus. Habemus enim hic quod Aristoteles tractat de temperatura et causis tam materialibus, quam efficientibus partium similarium animalium, praecipue quas postea explicat in libris de animalibus: et licet interdum adducat etiam exempla mineralium, id agit, ut clarius per ea, quae iam explicata sunt in tertio Meteororum, haec explicet, quae hic traduntur, utque hunc librum cum illis coniungat, est enim medius* (*ut diximus*) *inter libros Meteororum et libros de animalibus.*

Digitized by Google

Longior est Francisci Patricii dissertatio (*Discuss. Peripatet.* Tom. I, Lib. IX, p. 112—125): De physicorum librorum ordine maxime semper fuit inter Peripateticos omnes controversia. Quam rem propositum est hoc loco quam diligentissime discutere: non equidem interpretum, qui nimis multi sunt, opiniones et argumenta recensendo aut reprobando: sed quodnam Aristotelis fuerit propositum, demonstrando. Ac sane ut nemo fere est, qui Physices libros octo praecedere non affirmet: consequi quatuor de coelo: post vero sequi duos de generatione et corruptione: quibus proxime iungantur Meteorologici, non concedat: atque in hac re omnes ad unum concordes esse videantur, sic ab his, maxima inter omnes fuit semper dissensio. Namque Simplicius prooemio Physicorum, post Meteorologicos, disponit libros de metallis si superessent *): de historia animalium, de generatione ac de partibus. Post hos librum de incessu, de somno et alios: ultimo loco libros de plantis. Philoponus vero prooemio librorum de generatione et corruptione, longe aliter. Nam post Meteoros ponit libros de animalibus multiplices. Post hos libros de plantis, de metallis et quartum Meteororum. Prooemio vero Physicorum longe etiam a se ipso differt. Nam post Meteoros, hoc ordine disponit. Metallicos, de plantis, de animalium historia, de generatione, de partibus, de motibus eorum, de somno, de vita et morte, et postremo libros de anima. Atque haec est inter Graecos,

*) Fortasse non abs re erit adscribere Accoramboni verba, in quibus de Aristotelis (III, 7, 6) verbis: *κοινῇ μὲν οὖν εἴρηται περὶ πάντων αὐτῶν· ἰδίᾳ δ' ἐπισκεπτέον προχειριζομένοις περὶ ἕκαστον γένος* agit p. 485: Clare hic nos docet Aristoteles, quod ea, quae de mineralibus tractare intendebat, hic egit, nec alium librum de illis construxit, ut aliqui putant; dicit enim, quod satis est universaliter egisse hic de illis, particulariter vero agere de eorum speciebus relinquit illis artificibus, qui singulas horum species tractant: ut de argento ad argentarios, de auro ad aurifices, de ferro atque aere ad fabros aerarios tractare spectat: philosophus enim universales rerum causas primas prospicere debet.

Digitized by Google

qui ad nos pervenerunt *), discordia. Inter duos Arabas Avicennam et Averroëm **) non minor est, cum neuter cum altero, vel cum Graecis concordet. Avicenna post Meteorologicos Metallicos statuit, post hos libros de anima. Averroës vero post Metallicos, libros de plantis ordinat [eosque quidem, quos hodienum habemus, supposititios], quos sequi ait animalium historiam, quam subsequantur libri de partibus et de anima. Latinorum autem interpretum, quum Graecos illos non vidissent, pars illi Arabi, pars huic adhaesit. Franciscus autem Caballus ***), qui inter primos Aristotelicae philosophiae professores, graecos interpretes in scholis nominavit et est secutus, duos libros de ordine physicorum Aristotelis librorum conscripsit. Visusque est sibi Aristotelis sententiam penitus perspexisse. Atque ex eius mente ita collocat, ut post Meteoros primo loco Historiam animalium locet, quam sequantur libri de partibus, post libellum de ingressu, quem de partibus ad motum utilibus uti nos appellat: post hunc libros de anima, ac deinde libellos de sensu, de memoria, de somno, de animalium motu, de animalium generatione, de vitae longitudine, de iuventute et senectute, de respiratione, de vita et morte, ac postremo de sanitate et morbo. Libros vero de plantis, quia adhuc non exierunt, nullo ordine locavit: quos tamen in reliquis omnibus eum secutus Marcus Antonius Ianua †),

*) Scilicet dolendum interiisse libros, in quibus de ordine operum Aristotelis agebatur, Andronici Rhodii (Schneider l. l. p. XCV sqq. Stahr *Aristotel.* I, p. 159 II, 129 sqq.), Ptolemaei (Brandis in *Rhein. Mus.* I, 3 p. 249 not.), Adrasti Aphrodisaei (ἱστορεῖ Ἄδραστος ἐν τῷ περὶ τῆς τάξεως τῶν Ἀριστοτέλους συγγραμμάτων et q. s. Simplic. ad *Categor.* fol. 4, b. Schneider l. l. p. XCIV), Hermippi Smyrnaei (Schneider l. l. p. CXXIV. Stahr l. l. II p. 283), aliorumque.

**) Averroïs sententiam expositam reperies in editione latina Oper. Aristotel. Iuntin. (Venet. 1550 fol.) Vol. IV, fol. 3, a sq. Vol. V, fol. 181, b sq.

***) De quo cfr. Furlan. l. l. p. 10 sq. ac Patric. *Disc. peripat.* Tom. I, Libr. XIII p. 163.

†) Vide Furlan. l. l. p. 20.

Digitized by Google

quem nos aliquot annis audivimus, post omnes de animalibus collocavit. In hac tanta sententiarum tam magna confusione, quam etiam librariorum licentia suo quodam ordine Aristotelicos libros imprimentium adauget, non alius quam Aristoteles ipsemet idoneus accesserit index. Qui etiam litium istarum causa fuit. Ac prius remedia ex eo tentemus afferre, quam morbi causam horreamus. Testimonia ergo ex ipsius libris (quod nemo superiorum satis plene fecit) adducenda nobis sunt, et quam fieri potest accuratissime expendenda. Id ante omnia admonentes physicorum librorum ordinem quatuor locis esse interruptum, quae loca suis locis indicabimus. Primo itaque loco eum locamus librum, qui Physicorum primus est. Secundo loco eum, qui secundus, praeposito tamen illi primo et tertio capite minoris *A* Metaphysicorum qui a Graecis fuit appellatus. Quae sententia quamvis nova sit, non tamen est ab Aristotele aliena. Nam fine illius primi (p. 192, b) *πάλιν δὲ ἄλλην ἀρχὴν ἀρξάμενοι λέγωμεν* non difficulter principium minoris A cohaeret (p. 993, a): *ἡ περὶ τῆς ἀληθείας θεωρία τῇ μὲν χαλεπὴ τῇ δὲ ῥᾳδία.* Nam re vera hoc aliud quoddam principium, id est universalius est. Atque aptissimum, quod subiungatur tantis et tot antiquorum de principiorum veritate controversiis. Quibus illa verba aptissime coniunguntur (p. 993, b): *τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τῶν περὶ τῆς ἀληθείας ἀποφηναμένων. παρὰ γὰρ ἐνίων παρειλήφαμέν τινας δόξας, οἱ δὲ τοῦ γενέσθαι τούτοις αἴτιοι γεγόνασιν.* Quod vero cap. II causarum infinitas non admittatur, apte locabitur post causarum quatuor tractationem et ante caput de fortuna, atque ita prooemium secundi, quod et Sadoletus Cardinalis, et Ioannes Franciscus Beatus sunt arbitrati, efficietur et para. Hunc tertio loco sequatur is qui secundus ad haec usque tempora est habitus. Quarto loco qui tertius, quinto vero qui quartus fuit. Atque hi quinque physici Aristotelico nomine appellabantur. Quintum vero qua ratione antiquiores quidam interpretes et cum iis Simplicius inter physicos potius quam inter libros de motu locarint, sane non video, cum nihil aliud hoc libro contineatur, quam tres de motu considerationes:

Digitized by Google

scilicet ut Simplicius idem ait, prima de partibus subiectis motui; secunda, quomodo motus sit unus genere, specie, numero; postremo, quo pacto motus motui opponitur et quies quieti. Quapropter hunc librum, si alium quemquam (quod et Porphyrium ait Simplicius sensisse) inter libros de motu collocabimus, et primo quidem loco. Secundo loco, qui proxime eum sexto loco sequebatur. Tertio non is, qui septimus fuit, sed qui octavus est habitus. Nam optime videtur fini sexti cohaerere, ubi cum conclusisset, motum non esse infinitum ita ut terminis careret, proponit inquirendum, an tempore possit esse infinitus: unus scilicet, non autem eo modo, quo post localem sequatur alteratio atque augmentatio, has consequatur generatio. Sic enim multi motus sunt non unus. Sed si quis tempore infinitus sit, is procul dubio circularis est. Sic enim eo fine scriptum est (p. 241, b): *ὅτι μὲν οὖν οὕτως οὐκ ἔστιν ἄπειρος μεταβολή, ὥστε μὴ ὡρίσθαι πέρασι, φανερόν. ἀλλ' εἰ οὕτως ἐνδέχεται ὥστε τῷ χρόνῳ εἶναι ἄπειρον τὴν αὐτὴν οὖσαν καὶ μίαν, σκεπτέον. μὴ μιᾶς μὲν γὰρ γινομένης οὐθὲν ἴσως κωλύει, οἷον εἰ μετὰ τὴν φορὰν ἀλλοίωσις εἴη καὶ μετὰ τὴν ἀλλοίωσιν αὔξησις καὶ πάλιν γένεσις· οὕτω γὰρ ἀεὶ μὴ ἔσται τῷ χρόνῳ κίνησις, ἀλλ' οὐ μία διὰ τὰ μὴ εἶναι μίαν ἐξ ἁπασῶν. ὥστε δὲ γίνεσθαι μίαν, οὐκ ἐνδέχεται ἄπειρον εἶναι τῷ χρόνῳ πλὴν μιᾶς· αὕτη δ' ἐστὶν ἡ κύκλῳ φορά.* Cui recte cohaeret inquisitio principio octavi proposita: an is motus factus aliquando fuerit, et quae sequuntur multa theoremata ad huius motus infinitatem temporaneam et aeternitatem pertinentia. At septimo libro omnia ab hac consideratione aliena, cum nihil aliud in eo discutiatur, ut Simplicius est testis, quam quatuor problemata, haec scilicet. Quidquid movetur, ab aliquo movetur. Quaecunque moventur loco, reducuntur ad primum motum. Quod motor omnis simul est cum eo, quod movetur. Postremo quo pacto, et qui motus inter se sint comparandi. Neque scio qua ratione paulo ante dixerit idem Simplicius, quod eaedem quaestiones et earum demonstrationes atque eodem ordine habeantur in hoc, quae etiam octavo habentur: quum octavo nullum eorum

Digitized by Google

problematum, praeter primum, neque id eodem ordine tractetur. Quapropter Eudemi Aristotelis auditoris, cuius testimonio in Aristotelis libris legitimis inveniendis usi sumus, minime invalidiori testimonio, etiam in reprobandis utamur. Eum testatur Simplicius, hunc librum omnino omisisse, cum alia omnia reliquis contenta prosecutus esset *). Cuius auctoritati adsensit Alexander Aphrodisiensis, aliique antiquiores interpretes, quibus etiam accessit Themistius maiore eius libri parte. Quorum omnium iudicio et auctoritati non est Simplicii unius auctoritas praeferenda. Itaque eum de hoc numero eiiciemus, ac tertio loco de motu eum, qui octavus physicae auscultationis fuit, statuemus. Quique illi physici vel de natura, vel etiam de principiis, uti etiam antea monuimus, appellabuntur. Hi vero tres de motu. Post quos interpretes omnes sequi eos qui de caelo dicuntur, concordes asserunt: neque absque ratione. Nam quum de principiis naturalium rerum, earumque communibus accidentibus egisset, his libris ipsasmet naturales res aggreditur, quae res corpora et corporea sunt, corporum autem prima simplicia sunt: inter quae caeli et excellentia et virtute primum tenent locum. Atque ideo duobus primis libris de caelo deque caeli partibus et passionibus agit: duobus vero sequentibus de elementis, quae post caelum etiam simplicia corpora sunt: ideoque de elementis, non amplius de caelo sunt appellandi, quorum prior est ille, qui incipit: *περὶ μὲν οὖν τοῦ πρώτου οὐρανοῦ καὶ τῶν μερῶν, ἔτι δὲ περὶ τῶν ἐν αὐτῷ φαινομένων ἄστρων, ἐκ τινῶν τε συνεστᾶσι καὶ ποῖα ἄττα τὴν φύσιν ἐστί, πρὸς δὲ τούτοις ὅτι ἀγέννητα καὶ ἄφθαρτα διειλήφαμεν πρότερον.* Et paulo post haec: *περὶ μὲν οὖν τοῦ πρώτου τῶν στοιχείων εἴρηται καὶ ποῖόν τι τὴν φύσιν, καὶ ὅτι ἄφθαρτον καὶ ἀγέννητον. λοιπὸν δὲ περὶ τῶν δυοῖν εἰπεῖν.* Duo appellans nostratia haec elementa ob motus duos, quibus sursum et deorsum moventur. Quod autem post hos sequantur libri de generatione et corruptione

*) Cfr. Brandis in *Rhein. Mus.* I, 4, p. 281 sqq. Stahr. *Aristot.* II, p. 82 sqq. p. 100. Weisse *Phys.* p. 300.

Digitized by Google

clare indicant verba, quae subiungit: ἅμα δὲ συμβήσεται περὶ τούτων λέγουσι καὶ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς διασκέψασθαι. Quod idem fine secundi apparet. Ait enim: περὶ μὲν οὖν βαρέος καὶ κούφου καὶ τῶν περὶ αὐτὰ συμβαινόντων ἀφωρίσθω τοῦτον ἡμῖν τὸν τρόπον. Et initio librorum de generatione: περὶ δὲ γενέσεως καὶ φθορᾶς τῶν φύσει γινομένων καὶ φθειρομένων, ὁμοίως κατὰ πάντων τάς τε αἰτίας διαιρετέον καὶ τοὺς λόγους αὐτῶν. Quod vero ad hos iungantur Meteorologici ex initio ipsorum clarum fit, in quo quaecunque hactenus peregit, commemorat: περὶ μὲν οὖν τῶν πρώτων αἰτίων τῆς φύσεως, καὶ περὶ πάσης κινήσεως φυσικῆς, ἔτι δὲ περὶ τῶν κατὰ τὴν ἄνω φορὰν διακεκοσμημένων ἄστρων καὶ περὶ τῶν στοιχείων τῶν σωματικῶν, πόσα τε καὶ ποῖα καὶ τῆς εἰς ἄλληλα μεταβολῆς καὶ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς τῆς κοινῆς, εἴρηται πρότερον. Omnibus scilicet libris, quos commemoravimus *). Post quae omnia proponit quae sibi sint exsequenda usque ad finem propositae de naturali philosophia methodi. Atque ut eo ordine quo praecedentia tractavit, repetiit: ita ratione consentaneum est eum, eo ordine sequentia quoque proponere, quo ordine agere in animo habuerat: sic autem proponit. Se de meteoris acturum, quae longiore sermone quot et qualia sint enumerat, post ea subdit: διελθόντες δὲ περὶ τούτων θεωρήσωμεν, εἴ τι δυναίμεθα **) εἰπεῖν κατὰ τὸν ὑφηγημένον τρόπον περὶ ζώων καὶ φυτῶν, καθόλου τε καὶ χωρίς· σχεδὸν γὰρ τούτων ῥηθέντων, τέλος ἂν εἴη γεγονὰς τῆς ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν προαιρέσεως πάσης. Quibus ultimis verbis magnopere est animadvertendum, eum propositum habuisse de tota rerum natura tractare: quod sibi putat absolutum fore, postquam de

*) Patricius nempe verba περὶ μὲν τῶν πρώτων αἰτίων τῆς φύσεως ad quinque Physicos, περὶ πάσης κινήσεως φυσικῆς ad tres de motu, περὶ τῶν κατὰ τὴν ἄνω φορὰν διακεκοσμημένων ἄστρων ad duos de caelo, περὶ τῶν στοιχείων τῶν σωματικῶν ad duos de elementis, περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς τῆς κοινῆς ad duos de generatione et interitu libros refert.

**) Ita, ut corrigere volaimus, aperte exhibet Patricius: et ita etiam infra p. 122.

Digitized by Google

animalibus et plantis et universaliter et particularius pertractaverit. Atque hic quidem universalis est reliquorum librorum ordo: agendum esse de meteoris, de animalibus, de plantis. Particularem vero explicat hoc eodem loco, ordinem meteororum. Animalium et plantarum reticet hic: sed animalium ordinem libris de animalibus exponit, plantarum vero ut videtur nullibi. Meteora sic disponit: *λοιπὸν δέ τι ταύτης τῆς μεθόδου θεωρητέον, ὃ πάντες οἱ πρότερον μετεωρολογίαν ἐκάλουν. ταῦτα δ' ἐστίν, ὅσα συμβαίνει κατὰ φύσιν μέν, ἀτακτοτέραν μέντοι τοῦ πρώτου στοιχείου τῶν σωμάτων περὶ τὸν γειτνιῶντα μάλιστα τόπον τῇ φορᾷ τῶν ἄστρων, οἷον περί τε γάλακτος καὶ κομητῶν καὶ τῶν ἐκπυρουμένων καὶ κινουμένων φασμάτων, ὅσα τε θείημεν ἂν ἀέρος εἶναι κοινὰ πάθη καὶ ὕδατος. ἔτι δὲ γῆς ὅσα εἴδη καὶ μέρη καὶ πάθη τῶν μερῶν, ἐξ ὧν περί τε πνευμάτων καὶ σεισμῶν θεωρήσαιμεν ἂν τὰς αἰτίας καὶ περὶ πάντων τῶν γενομένων κατὰ τὰς κινήσεις τὰς τούτων, ἐν οἷς τὰ μὲν ἀποροῦμεν, τῶν δ' ἐφαπτόμεθά τινα τρόπον, ἔτι δὲ περὶ κεραυνῶν πτώσεως καὶ τυφώνων καὶ πρηστήρων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐγκυκλίων, ὅσα διὰ πῆξιν συμβαίνει πάθη τῶν αὐτῶν σωμάτων τούτων.* Quae quidem omnia videntur exsequi tribus libris sequentibus: etiamsi ordine aliquatenus diverso quam proposita fuerunt: apteque fines priorum cum principiis sequentium copulantur*). Sed unum omisisse videtur, tractationem scilicet de terrae speciebus et partibus, et caetera, quae confusius proposita fuerant inter meteorologicas passiones. Ac forte correctius legeretur, si verba illa in hunc modum disponerentur: *ἐξ ὧν περί τε πνευμάτων καὶ σεισμῶν θεωρήσαιμεν ἂν τὰς αἰτίας. ἔτι δὲ περὶ κεραυνῶν πτώσεως καὶ τυφώνων καὶ πρηστήρων καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐγκυκλίων· ἐν οἷς τὰ μὲν ἀποροῦμεν, τῶν δ' ἐφαπτόμεθά τινα τρόπον, ἔτι δὲ γῆς ὅσα τε εἴδη καὶ μέρη καὶ πάθη τῶν αὐτῶν σωμάτων τούτων.*

*) Mihi, ut semel hoc monesm, illud tenendum videtur principium, quod ubi de ordine agit librorum quos iamiam conscripserat, audiendus Aristoteles, ubi de conscribendorum serie ac nexu, nulla, aut exigua saltem philosopho fides tribuenda.

Digitized by Google

Quod autem haec lectio magis librorum tractatibus respondeat, inde apparet, quod primo libro, id quod primo proposuerat tractat *), ordine inverso de ignitis passionibus, cometis, de lacte et communibus aquae et aëris passionibus: secundo deinde libro, non de terrae speciebus vel partibus, vel partium passionibus, sed de ventis et terrae motibus. Tertio demum de fulminibus, typhonibus, presteribus, nostrae lectionis ordine. Post quae agendum erat de terrae speciebus et partibus et partium passionibus, quod etiam fine libri tertii indicavit (III, 7, 1): *ὅσα μὲν οὖν ἔργα συμβαίνει παρέχεσθαι τὴν ἔκκρισιν ἐν τοῖς τόποις τοῖς ὑπὲρ τὴν γῆν σχεδὸν ἔστι τοσαῦτα· ὅσα δ' ἐν αὐτῇ τῇ γῇ ἐγκατακλειομένη τοῖς τῆς γῆς μέρεσιν ἀπεργάζεται λεκτέον.* Sane respondet illis verbis primi: *γῆς ὅσα εἴδη καὶ μέρη* (I, 1, 3) haec: *ἐν τοῖς τῆς γῆς μέρεσιν* et quae paulo post: *δύο δὲ καὶ τὰ εἴδη τῶν ἐν τῇ γῇ γινομένων τὰ μὲν ὀρυκτὰ τὰ δὲ μεταλλευτά.* Ex quibus verbis eorumque recto ordine secure affirmare possumus, post tres hos libros meteororum sequi libros fossilium, librum de lapide, libros de metallis. Haec enim sunt terrae species, et partes et partium passiones, quae in terrae partibus ex inclusa exhalatione generantur; de quibus fine hoc tertii libri generaliter quaedam tangit, proponit tamen separatim de uno quoque agere: *κοινῇ μὲν οὖν εἴρηται περὶ πάντων αὐτῶν, ἰδίᾳ δὲ ἐπισκεπτέον προχειριζομένοις περὶ ἕκαστον γένος.* Quorum quidem generum, testatur Laërtius eum de lapide librum conscripsisse: Philoponus autem et Simplicius etiam de metallis affirmant. Qui libri si unquam resurgent post tertium Meteororum collocandi erunt. Ita enim et propositio prior

*) Quis hinc suspicetur Patricium librum Meteorologicorum primum suppositituum esse arbitratum, quod tamen fecit *Disc. Peripat.* Tom. I. Lib. III p. 23? Sed haec opinionum varietas et inconstantia Patricio, quamvis ubi silet odium contra Aristotelem, oculatissimo homini, propria videtur. Non iniquum de Patricio iudicium tulit Jourdain p. 228 vers. germ. Quam infeliciter graece doctus fuerit exemplo probavit Stahr *Aristotel.* II, p. 213, quibus sexcenta alia addi possunt.

Digitized by Google

et ultima conclusio requirunt. Atque hic series naturalium librorum primo loco est interrupta: in quo desunt tractatio fossilium, lapidum et metallorum. Quam vero Peripatetici omnes Meteororum quartum nominarunt, Meteorus non est. Neque enim materia illi, sicuti tribus aliis, et his quibus caremus, exhalatio vel humida vel sicca est: sed pertinet ad id quod his verbis propositum initio primi fuerat: *καὶ περὶ τῶν γινομένων κατὰ τὰς κινήσεις τούτων, ὅσα διὰ πῆξιν συμβαίνει πάθη τῶν αὐτῶν σωμάτων τούτων*, scilicet elementorum. Quorum motiones quid aliud sunt quam actio et passio ad se invicem. Ideoque duo activa, duo passiva esse constituit statim initio quarti: *ἐπειδὴ τέτταρα διώρισται αἴτια τῶν στοιχείων, τούτων δὲ κατὰ τὰς συζυγίας, καὶ τὰ στοιχεῖα τέτταρα συμβέβηκεν εἶναι, ὧν τὰ μὲν δύο ποιητικά, τὰ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρόν, τὰ δὲ δύο παθητικά, τὸ ξηρὸν καὶ τὸ ὑγρόν.* Quarum activarum et passivarum paulo post ait esse inquirendas operationes: *διωρισμένων δὲ τούτων ληπτέον ἂν εἴη τὰς ἐργασίας αὐτῶν, αἷς ἐργάζονται τὰ ποιητικὰ καὶ τῶν παθητικῶν τὰ εἴδη.* Quae quidem verba respondent illis: *καὶ περὶ πάντων τῶν γινομένων κατὰ τὰς κινήσεις τὰς τούτων.* Hic enim motus dixit, quas ibi *ἐργασίας*. De motibus ergo et operationibus activorum et passivorum agendum esse ait: quas quidem enumerat statim: *πρῶτον μὲν οὖν καθόλου ἡ ἁπλῆ γένεσις καὶ ἡ φυσικὴ μεταβολὴ τούτων τῶν δυνάμεων ἔστιν ἔργον, καὶ ἡ ἀντικειμένη φθορὰ κατὰ φύσιν. αὗται μὲν οὖν τοῖς φυτοῖς ὑπάρχουσι καὶ ζώοις καὶ τοῖς μέρεσιν αὐτῶν.* Atque de his quidem generatione et corruptione naturali primo capite huius libri egit, quod fine indicat: *τί μὲν οὖν ἔστι γένεσις καὶ φθορά, εἴρηται.* Post quas dicendum esse ait de reliquis omnibus quae ab his activis et passivis efficiuntur, secundo capite: *λοιπὸν δὲ εἰπεῖν τὰ ἐχόμενα εἴδη, ὅσα αἱ εἰρημέναι δυνάμεις ἐργάζονται ἐξ ὑποκειμένων τῶν φύσει συνεστώτων ἤδη.* Easque statim enumerat, actionem caloris esse concoctionem, et huius species maturationem, elixationem, assationem: frigiditatis vero inconcoctionem: huius species, cruditatem, inquinationem, tostionem. Atque hae omnes sunt *ἐργασίαι*,

Digitized by Google

quae κατὰ τὰς κινήσεις elementorum fiunt. In quibus explicandis usus etiam est verbis motum significantibus: ὁρίζουσαι, συμφύουσαι, μεταβάλλουσαι τὰ ὁμογενῆ καὶ μὴ ὁμογενῆ, ὑγραίνουσαι, ξηραίνουσαι, σκληρύνουσαι, μαλάττουσαι, γεννῶσι, ἀργάζονται. Atque haec toto capite quarto pertractantur, quae ex motione et operatione elementarium potentiarum proveniunt, tum activarum tum passivarum. Quinto vero incipit ea omnia tractare, quae his verbis illa: ὅσα διὰ πῆξιν συμβαίνει πάθη τῶν αὐτῶν σωμάτων τούτων sequentibus proposuerat: ἀνάγκη δὲ σκληρὸν ἢ μαλακὸν εἶναι τὸ ὡρισμένον σῶμα οἰκείῳ ὅρῳ· ἢ γὰρ ὑπείκει ἢ μή. ἔτι πεπηγὸς εἶναι. τούτῳ γὰρ ὁρίζεται. ὥστε ἐκεῖ πᾶν μὲν τὸ ὡρισμένον καὶ συνεστηκὸς ἢ μαλακὸν ἢ σκληρόν, ταῦτα δὲ πήξει ἐστίν, ἅπαντα ἂν εἴη τὰ σώματα καὶ τὰ σύνθετα καὶ τὰ ὡρισμένα οὐκ ἄνευ πήξεως. πήξεως οὖν πέρι ἑητέον. De qua fuse satis disputat totis capitibus V. VI. VII: octavo vero, etiamsi inserat verba haec: ἐκ μὲν οὖν ὕδατος καὶ γῆς τῇ ὁμοιομερῆ σώματα συνίσταται καὶ ἐκ φυτοῖς καὶ ἐν ζῴοις, καὶ τὰ μεταλλευόμενα, οἷον χρυσὸς καὶ ἄργυρος, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα ἐξ αὐτῶν τε καὶ τῆς ἀναθυμιάσεως τῆς ἑκατέρου ἐγκατακλειομένης, ὥσπερ εἴρηται ἐν ἄλλοις. Quae ad aliam rem spectare videntur pertractatam iam et fine tertii et libris de metallis, attamen persequitur inceptum: περὶ μὲν οὖν πηκτοῦ καὶ ἀπήκτου καὶ τηκτοῦ καὶ ἀτήκτου εἴρηται καθόλου μὲν πρότερον, ὅμως δ' ἐπέλθωμεν καὶ νῦν. Eaque prosequitur capitibus integris IX. X. XI. Namque dixerat prius omne terminatum et constitutum, vel molle vel durum: ταῦτα δὲ πήξει ἐστίν. Itaque quaecunque his capitibus disputantur: πήξει ἐστί. Ex quorum numero sunt etiam τὰ ὁμοιομερῆ quae sunt in plantis et animalibus. Haec enim vel mollia vel dura sunt, atque πήξει ἐστί. De quibus capite duodecimo proponit dicendum: λεκτέον καθ' ἕκαστον τί ἐστιν, οἷον τί αἷμα ἢ σὰρξ ἢ σπέρμα καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον. Haec autem esse testatur ex elementis: ἐκ μὲν γὰρ τῶν στοιχείων τὰ ὁμοιομερῆ. Quod capite VIII. sic dixerat: ἐκ μὲν οὖν ὕδατος δὲ καὶ γῆς τὰ ὁμοιομερῆ σώματα συνίσταται ἐν φυτοῖς καὶ ἐν ζῴοις. Post quae in fine capitis ait etiam de non similaribus et aliis

Digitized by Google

agendum: *διηλωθέντων δὲ τούτων ὁμοίως τὰ μὴ ὁμοιομερῆ θεωρητέον καὶ τέλος τὰ ἐκ τούτων συνεστῶτα, οἷον ἄνθρωπον, φυτὸν καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα*, quae octavo capite sic expresserat: *τούτοις δὲ διαφέρει ὀστοῦν καὶ σὰρξ καὶ νεῦρον καὶ ξύλον καὶ φλοιὸς καὶ λίθος καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον τῶν ὁμοιομερῶν μὲν φυσικῶν δὲ σωμάτων*. Quae autem sint ista corpora, enumeravit eodem octavo capite per octo et decem iugationes: *εἴπωμεν δὲ πρῶτον τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν, ὅσα κατὰ δύναμιν καὶ ἀδυναμίαν λέγεται*. Quibus tum plantarum, tum lapidum, tum animalium, tum aliorum omnium similares partes efficiantur: suntque ea, congelabile et non congelabile, fusile et non fusile et reliqua eo loco ab eo enumerata. Atque his expositis partium similarium expositionem aggreditur initio, uti diximus, capitis duodecimi: *λέγωμεν τί σὰρξ ἢ ὀστοῦν ἢ τῶν ἄλλων τῶν ὁμοιομερῶν*, de quibus atque aliis quibusdam quum quaedam tetigisset, nec tamen perfecisset eorum tractationem, sic in fine capitis et libri concludit: *διηλωθέντων δὲ τούτων, ὁμοίως τὰ μὴ ὁμοιομερῆ θεωρητέον καὶ τέλος τὰ ἐκ τούτων συνεστῶτα, οἷον ὄνθρωπον, φυτὸν καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα*. Itaque recte dicemus, hunc librum non de meteoris, vel exhalationibus tractare, ut tres illi libri, ut liber metallorum et fossilium: sed de iis, quae per motus activos et passivos elementorum fiunt, et etiam de iis, quae ex his iisdem elementis fiunt per concretionem, atque ideo liber his non est inter Meteorologicos posthac numerandus. Quod et Alexander Aegeus commentariis suis, qui sub Aphrodisei ferantur, est attestatus. Sed quum duas habeat partes, alteram de iis, quae per motus elementorum fiunt, quae capitibus quatuor continetur: alteram vero de iis, quae per concretionem fiunt, quae octo capitibus est comprehensa, videretur ex hac maiore libri parte inscriptio vera desumenda: *περὶ τῶν πέξει γενομένων* vel *περὶ πηγνυμένων*. Sed cum elementorum operationes causa sint etiam concretorum, sintque ambabus partibus communes, *περὶ τῶν στοιχείων ἐργασιῶν* liber videtur rectius inscribendus nosque posthac eo nomine utemur. In cuius calce, cum prima de similaribus partibus dicat agendum,

Digitized by Google

postea de dissimilaribus, ultimo de constantibus ex his: clarius haec est, hunc librum sequi debere eum, qui de similaribus partibus agit. Nempe libri de partibus animalium in quibus ὁμοιομερῆ primo, postea etiam ἀνομοιομερῆ tractantur. Id autem Aristotelis mentem fuisse magis etiam confirmatur ex initio ipsius de partibus tractationis, quae est libro secundo, ubi post pauca quaedam, quae de historia memorat, ita scribit: τριῶν δ' οὐσῶν τῶν συνθέσεων, πρώτην μὲν ἄν τις θείη τὴν ἐκ τῶν καλουμένων ὑπό τινων στοιχείων, οἷον γῆς, ἀέρος, ὕδατος, πυρός, ἔτι δὲ βέλτιον ἴσως ἐκ τῶν δυνάμεων λέγειν. καὶ τούτων οὐκ ἐξ ἁπασῶν, ἀλλ' ὥσπερ ἐν ἑτέροις εἴρηται καὶ πρότερον. ὑγρὸν γὰρ καὶ ξηρὸν καὶ θερμὸν καὶ ψυχρὸν ὕλη τῶν συνθέτων σωμάτων ἐστί. αἱ δὲ ἄλλαι διαφοραὶ τούτοις ἀκολουθοῦσι, οἷον βάρος καὶ κουφότης καὶ πυκνότης καὶ μανότης καὶ τραχύτης καὶ λειότης καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα πάθη τῶν σωμάτων. δευτέρα δ' ἡ σύστασις ἐκ τῶν πρώτων ἢ τῶν ὁμοιομερῶν φύσει ἐν τοῖς ζῴοις ἐστίν· οἷον ὀστοῦ καὶ σαρκὸς καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων. τρίτη δὲ καὶ τελευταία κατ' ἀριθμὸν ἡ τῶν ἀνομοιομερῶν, οἷον προσώπου καὶ χειρὸς καὶ τῶν τοιούτων μορίων. Quae certe respondent verbis capitis XII libri de elementorum actionibus: τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα μύρια θερμότητι καὶ ψηχρότητι καὶ ταῖς τούτων κινήσεσιν ἐνδέχεται γίνεσθαι πηγνύμενα τῷ θερμῷ καὶ τῷ ψυχρῷ, λέγω δ' ὅσα ὁμοιομερῆ, οἷον σάρκα, ὀστοῦν, τρίχας, νεῦρα καὶ ὅσα τοιαῦτα· πάντα γὰρ διαφέρει ταῖς πρότερον εἰρημέναις διαφοραῖς, τάσει, ἕξει, τραύσει, σκληρότητι, μαλακότητι καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τοιούτοις, αὐτὰ δ' ὑπὸ ψυχροῦ καὶ θερμοῦ καὶ τῶν κινήσεων γίνεται μιγνυμένων. τὰ δ' ἐκ τούτων συνεστῶτα οὐθενὶ ἂν δόξειε τὰ ἀνομοιομερῆ, οἷον κεφαλή, ἢ χείρ, ἢ ποῦς, ἀλλ' ὥσπερ καὶ τοῦ χαλκὸν ἢ ἄργυρον γενέσθαι αἰτία ψυχρότητος καὶ θερμότητος κίνησις, τοῦ δὲ πρίονα ἢ φιάλην ἢ κιβωτὸν οὐκ ἔτι, ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν τέχνη, ἐκεῖ δὲ φύσις, ἢ ἄλλη τις αἰτία. ἐπεὶ οὖν ἔχομεν τίνος γένους ἕκαστον, ληπτέον καθ' ἕκαστον τί ἐστιν. Quod quidem libris de partibus, uti legentibus est manifestum prosequitur. Toto enim hoc primo capite secundi libri, de qualitatibus, de similaribus, de dissimilaribus quaedam proponit, distinguit,

Digitized by Google

describit generaliter: secundo vero sic aggreditur: *τῶν ὁμοιομερῶν μορίων ἐν τοῖς ζῴοις ἐστὶ τὰ μὲν μαλακὰ καὶ ὑγρά, τὰ δὲ σκληρὰ καὶ στερεά.* Deinde omnibus capitibus usque ad decimum de similaribus partibus agit. Post quae decimo capite initium est tractationis de dissimilaribus et organicis, de quibus fine XII. capitis libri de elementorum motionibus proposuerat se acturum, post similarium partium tractationem: *δηλωθέντων δὲ τούτων ὁμοίως τὰ μὴ ὁμοιομερῆ θεωρητέον.* De quibus sane reliquo toto secundo et sequentibus duobus libris agit. Quorum fine post hos vocat libros de animalium generatione, his verbis: *περὶ μὲν οὖν μορίων διὰ τίνα αἰτίαν ἕκαστόν ἐστιν ἐν τοῖς ζῴοις εἴρηται περὶ πάντων τῶν ζῴων καθ' ἕκαστον. τούτων δὲ διωρισμένων ἐφεξῆς ἐστὶ τὰ περὶ τὰς γενέσεις αὐτῶν διελθεῖν.* Quod quidem (etiamsi obscurius aliquanto) proposuerat fine duodecimi illius capitis de similaribus partibus loquens: *ληπτέον καθέκαστον τί ἐστι, οἷον τί αἷμα ἢ σὰρξ ἢ σπέρμα καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον. οὕτω γὰρ ἴσμεν ἕκαστον διὰ τί καὶ τί ἐστιν, ἐὰν τὴν ὕλην ἢ τὸν λόγον ἔχωμεν, μάλιστα δ' ὅταν|ἄμφω τῆς τε γενέσεως καὶ φθορᾶς καὶ πόθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως.* Haec enumeratio causarum est, a quibus orsus est libro primo de generatione animalium, connectens eius initium cum fine librorum de partibus iam allato: *ἐπεὶ δὲ περὶ τῶν ἄλλων μορίων τῶν ἐν τοῖς ζῴοις εἴρηται καὶ κοινῇ καὶ καθέκαστον γένος περὶ τῶν ἰδίων χωρίς, τίνα πρότον διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἕκαστον, λέγω δὲ ταύτην ἕνεκα τοῦ, ὑπόκεινται γὰρ αἰτίαι τέσσαρες:* et paulo post: *παντὶ μὲν τῷ ὅλῳ τὰ ἀνομοιομερῆ, τοῖς δὲ ἀνομοιομερέσι τὰ ὁμοιομερῆ, τούτοις δὲ τὰ καλούμενα στοιχεῖα τῶν σωμάτων.* Omnia itaque consona et conformia sunt principio libri secundi de partibus, et medio capitis duodecimi libri de elementorum actionibus, et fini propositionis primi Meteororum factae: *λοιπὸν δὲ τῶν μὲν μορίων τὰ πρὸς τὴν γένεσιν συντελοῦντα τοῖς ζῴοις, περὶ ὧν οὐδὲν διώρισται πρότερον, περὶ αἰτίας τε τῆς κινούσης, τίς αὐτή,* scilicet est dicendum. Duo itaque reliqua sunt, ut tractentur, partes ad generationem animalium et movens causa generationis. Quae autem sit agens haec causa exponit

Digitized by Google

secundo capite sequente: καθάπερ γὰρ εἴπομεν τῆς γενέσεως ἀρχὰς εἶναι τὸ ἄρρεν καὶ τὸ θῆλυ, τὸ μὲν ἄρρεν ὡς τῆς κινήσεως καὶ τῆς γενέσεως ἔχον τὴν ἀρχήν. De quibus principiis toto progressu primi et secundi capitis agitur, reliqua libri parte, et sequentibus tribus libris omnium generum animalium, tum partes generativas, tum etiam causas corruptionis animalium, his verbis: εὐλόγως δὲ πάντων οἱ χρόνοι καὶ τῶν γενέσεων καὶ τῶν κινήσεων καὶ τῶν βίων μετρεῖσθαι βούλονται κατὰ φύσιν περιόδοις. λέγω δὲ περίοδον ἡμέραν καὶ νύκτα καὶ μῆνα καὶ ἐνιαυτὸν καὶ τοὺς χρόνους τοὺς μετρουμένους τούτοις. Et paulo post de luna loquens: διὸ συμβάλλεται εἰς πάσας τὰς γενέσεις καὶ τελειώσεις. καὶ γὰρ θερμότητες καὶ ψύξεις μέχρι συμμετρίας τινὸς ποιοῦσι τὰς γενέσεις, μετὰ δὲ ταῦτα τὰς φθοράς· τούτων δὲ ἔχουσι τὸ πέρας τὸ τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς τελευτῆς αἱ τούτων κινήσεις τῶν ἄστρων. Post libros quinque de generatione (quod eiusdem scientiae sit contraria speculari) sequetur liber qui hactenus pro decimo historiae est circumlatus: quem Theodorus Gaza fragmenta vocavit, voluitque libris de generatione adiungi, alii nothum vel hypomnematicum sunt arbitrati. Ego vero quod causas exponat, cur generatio impediatur, puto eum esse, quem Laërtius περὶ τοῦ μὴ γεννᾶν appellat: quod etiam Franciscus Caballus animadvertit, debereque non adiungi, sed opponi libris de generatione. Quem postea puto sequetur liber περὶ πορείας, non quod vel ab illius, vel librorum de generatione caloe sit vocatus, aut initium ipsius illis cohaereat: sed quia nullo alio commode cadit loco: et quia, si hoc loco ponatur, omnia quam aptissime consequentur. Nam fine ipsius libros de anima vocat: τῶν μὲν οὖν μορίων τῶν τ' ἄλλων καὶ αὐτῶν τῶν περὶ πορείαν τῶν ζῴων καὶ περὶ πᾶσαν τὴν κατὰ τόπον μεταβολήν, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. τούτων δὲ διωρισμένων ἐχόμενόν ἐστι θεωρῆσαι περὶ ψυχῆς. Post libros de anima sequitur liber de sensu. Quem sic orsus est: ἐπειδὴ περὶ ψυχῆς καθ' αὑτὴν διώρισται πρότερον καὶ περὶ τῶν δυνάμεων ἑκάστης κατὰ μόριον αὐτῆς, ἐχόμενόν ἐστι ποιήσασθαι τὴν ἐπίσκεψιν περὶ τῶν ζωὴν ἐχόντων ἁπάντων,

Digitized by Google

τίνες εἰσὶν ἴδιαι καὶ τίνες κοιναὶ πράξεις αὐτῶν. Quas actiones enumerat: φαίνεται δὲ τὰ μέγιστα καὶ τὰ κοινὰ καὶ ἴδια τῶν ζῴων κοινὰ τῆς τε ψυχῆς ὄντα καὶ τοῦ σώματος, οἷον αἴσθησις καὶ μνήμη καὶ θυμὸς καὶ ἐπιθυμία et caetera ibi enumerata. In fine cuius libri ait, se dicturum de memoria: τῶν δὲ λοιπῶν πρῶτον σκεπτέον περὶ μνήμης καὶ τοῦ μνημονεύειν, et hunc librum incipiens sic ait: περὶ μνήμης καὶ τοῦ μνημονεύειν λεκτέον τί ἐστι. Post quem videntur sequi debuisse tractationes earum rerum, quas post memoriam initio de sensu proposuerat: videlicet de animositate, concupiscentia et omnino appetitu: et post hanc tractatio de voluptate et dolore, quem librum, de voluptate scilicet, asserit Laërtius Aristotelem scripsisse, qui tamen ad nos non pervenit. Atque hic secundus est locus, quo naturalium librorum series interrumpitur. Post hos enumerat etiam alia quaedam: πρὸς δὲ τούτοις τὰ μὲν πάντων ἐστὶ τῶν μετεχόντων ζωῆς κοινά, τὰ δὲ τῶν ζῴων ἐνίοις. τυγχάνουσι δὲ τούτων τὰ μέγιστα, τέσσαρες οὖσαι συζυγίαι τὸν ἀριθμὸν μόναι, οἷον ἐγρήγορσις καὶ ὕπνος καὶ νεότης καὶ γῆρας καὶ ἀναπνοὴ καὶ ἐκπνοὴ καὶ ζωὴ καὶ θάνατος, περὶ ὧν θεωρητέον τί τε ἕκαστον αὐτῶν καὶ διὰ τίνας αἰτίας συμβαίνουσι. φυσικοῦ δὲ καὶ περὶ ὑγιείας καὶ νόσου τὰς πρώτας ἰδεῖν ἀρχάς. Itaque harum coniugationum quum prima sit ea, quae somnum et vigilias comprehendit, de somno et vigilia post librum de voluptate agendum esset. Qui quia periit, simul cum eo qui de appetitu fuit, vel esse debuit, post librum de memoria, de somno librum collocabimus. In quo somno cum et insomnia fiant et divinationes etiam aliquando, existimo eos libellos, qui sub his titulis de insomniis et divinatione feruntur, non esse separatos, sed partes libri de somno *). Quod ut credam duae rationes

*) Quo ex libro petita esse, quae de Eudemi somnio narrat Cicero *de divinat.* I, 25 mihi persuasum habeo. Etenim, quum commemorata esset res ab Aristotele, uti Cicerone auctore discimus, vix dubium, quin illo in loco eius narrationis mentio facta fuerit, in quo de divinatione per somnum ageret. Alii ex Eudemo dialogo petitam esse narratiunculam perhibuerunt, ut Stahr *Aristotel.* Vol. II,

Digitized by Google

faciunt: altera quod eo fine libri de somno, libri de insomniis, nihil suo more repetit tria haec unita his verbis: *τί μὲν ὁ ὕπνος καὶ ἐνύπνιον καὶ διὰ τίνα αἰτίαν ἑκάτερον αὐτῶν γίνεται, ἔτι δὲ περὶ τῆς εἰς τῶν ἐνυπνίων μαντικῆς εἴρηται. περὶ δὲ τῆς κοινῆς κινήσεως τῶν ζῴων λεκτέον.* In fine cuius repetit fere omnia quae a primo de partibus egit: *περὶ μὲν τῶν μορίων ἑκάστου τῶν ζῴων καὶ περὶ ψυχῆς, ἔτι δὲ περὶ αἰσθήσεως καὶ μνήμης καὶ ὕπνου καὶ τῆς χοινῆς κινήσεως εἰρήκαμεν τὰς αἰτίας· λοιπὸν δὲ περὶ γενέσεως εἰπεῖν.* In quibus verbis tria sunt animadvertenda, primum quod dicat de partibus omnium animalium actum esse: sub eo nomine comprehendisse etiam librum illum, qui de ingressu animalium inscribitur: nam inscribi etiam potest de partibus ad motum utilibus, ut ex eius initio patet: *περὶ δὲ τῶν χρησίμων μορίων τοῖς ζῴοις πρὸς τὴν κίνησιν τὴν κατὰ τόπον.* Secundum, quod dixit de somno, non etiam de insomniis et divinatione, quia illius libri partes essent. Tertium, quod ait de generatione esse reliquum, ut tractetur, tamquam non fuerit de ea hactenus tractatum. Sed necesse est aut hoc loco esse mendum, aut fine quarti de partibus. Ibi enim etiam habet haec verba: *περὶ μὲν οὖν μορίων διὰ τίνα αἰτίαν ἕκαστόν ἐστιν ἐν τοῖς ζῴοις, εἴρηται περὶ πάντων τῶν ζῴων καθ' ἕκαστον. τούτων δὲ διωρισμένων ἑφεξῆς ἐστι τὰ περὶ τὰς γενέσεις αὐτῶν διελθεῖν.* Quare necessario est dicendum altero locorum mendum esse. Meo autem iudicio reponenda loco secundo pro voce illa *γενέσεως* contraria vox *φθορᾶς*. Nam toto libro qui de longitudine vitae inscriptus est, causas corruptionis tractat velut

---

p. 162, de quo vide Interpp. ad Plutarch. *Dion.* c. 22. (Tom. V, p. 290 Reiske), ad Diogen. Laërt. V, 22. Ad quem ablegasse lectores Aristotelem, quum *de anim.* I, 4, 1 provocaret ad *τοὺς ἐν ποιητῇ γινομένους λόγους* volunt interpretes graeci, Simplicius fol. 14, a: *ἐν ποιητῇ δὲ γινομένους λόγους τοὺς συμμίκτους καὶ τοῖς πολλοῖς ἠρωτημένους καλεῖ, αἰνιττόμενος μὲν ἴσως καὶ τοὺς ἐν Φαίδωνι* (p. 89 sqq.), *λίγων δὲ καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ ἐν τῷ διαλόγῳ τῷ Εὐθύμῳ γραφέντας ἐλεγκτικοὺς τῆς ἁρμονίας* — Philoponus, Sophonias. At vero similius respexisse Aristotelem ad Platonem. Cfr. Trendelenburg. p. 265.

Digitized by Google

fine ipso concludit, *περὶ μεγέθους ζωῆς*. Nam hic liber necessario illum sequitur, quum nullus praeter hunc, et eum quem hic fine suo vocat, de iuventute et senectute, et alius ab hoc vocatus, de respiratione supersint. Vocat autem hic liber suo fine eum qui de iuventute et senectute est his verbis: *λοιπὸν δὲ ἡμῖν θεωρῆσαι περὶ νεότητος καὶ γήρως καὶ ζωῆς καὶ θανάτου*. Quae praeter primam de somno et vigilia iugationem, duo aliae iugationes sunt initio libri de sensu enumeratae. Quarta vero fuerat de respiratione et expiratione, quem fine illius proponit: *τῶν δὲ ζῴων ἐπεὶ τὰ μὲν ἔνυδρά ἐστι τὰ δ' ἐν τῷ ἀέρι ποιεῖται τὴν δίαιταν ἐκ τούτων καὶ διὰ τούτων πορίζεται τὴν κατὰ ψύξιν τὰ μὲν τῷ ὕδατι τὰ δὲ τῷ ἀέρι. τίνα δὲ τρόπον καὶ πῶς λεκτέον ἐπιστήσασι τὸν λόγον*. Quod sequenti libello de respiratione peragit, ad finem cuius quum pervenisset ita concluait: *καὶ περὶ μὲν οὖν ζωῆς καὶ θανάτου καὶ τῶν συγγενῶν ταύτης τῆς σκέψεως σχεδὸν εἴρηται περὶ πάντων· περὶ ὑγιείας δὲ καὶ νόσου οὐ μόνον ἔστιν ἰατροῦ ἀλλὰ καὶ φυσικοῦ μέχρι τοῦ τὰς αἰτίας εἰπεῖν*. Qui libellus si superesset, post hunc de respiratione ponendus esset. Nam tribus locis eum loco ultimo statuit, initio scilicet de sensu uti vidimus: initio etiam libelli de longitudine vitae: *περὶ μὲν οὖν ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως εἴρηται πρότερον, περὶ δὲ ζωῆς καὶ θανάτου λεκτέον ὕστερον, ὁμοίως δὲ καὶ περὶ νόσου καὶ ὑγιείας ὅσον ἐπιβάλλει τῇ φυσικῇ φιλοσοφίᾳ*, et fine, uti diximus, libelli de respiratione. Atque hic est tertia horum librorum interruptio. His expeditis (dixerat fine libelli de longitudine vitae) methodum de animalibus fore absolutam. *λοιπὸν δ' ἡμῖν θεωρῆσαι περὶ νεότητος καὶ γήρως καὶ ζωῆς καὶ θανάτου. τούτων γὰρ διωρισθέντων τέλος ἂν ἡ περὶ τῶν ζῴων ἔχοι μέθοδος*: respiratione scilicet ad vitam et mortem pertinente. Sed quanam ratione dicit ipse: his pertractatis methodum de animalibus finem habituram, quum adhuc historia animalium non sit tradita? Scio Aristotelicos omnes contendere, historiam alios omnes de animalibus libros praecedere, quia scilicet *τὸ ὅτι* prius et notius nobis esse censent, quam *τὸ διότι*, esseque a notioribus nobis exordiendum. Quod si verum est, cur

Digitized by Google

tot propositionibus, tot repetitionibus, in finibus, in initiis tot librorum historia nunquam est nominata? nusquam in sequelam vocata? praeterquam uno tantum loco, scilicet initio secundi de partibus: *ἐκ τίνων μὲν οὖν μορίων καὶ πόσων συνέστηκεν ἕκαστον τῶν ζῴων ἐν ταῖς ἱστορίαις ταῖς περὶ αὐτῶν δεδήλωται σαφέστερον*, dixit declaratum est manifestius, non autem declaratum est prius vel ante. Quod etiam si dixisset, non statim sequeretur, historias praecedere debere. Saepe enim illud *πρότερον* non ordinem, sed tempus, quo libri scripti sunt, declarat. Veluti libro primo de syllogismo (*Analyt. pr.* I, 1, p. 24, b): *καθάπερ ἐν τοῖς Τοπικοῖς εἴρηται*, cum procul dubio Analytica praecedant Topicos libros. Et *de caelo* II, 2, p. 284, b: *διώρισται μὲν οὖν περὶ τούτων ἐν τοῖς περὶ τὰς τῶν ζῴων κινήσεις*, cum tamen ordine hi multo posteriores sint libris de caelo. Tertio etiam Meteoro (III, 2, 12): *ἔστω δὲ περὶ τούτων ἡμῖν τεθεωρημένον ἐν τοῖς περὶ τὰς αἰσθήσεις δεικνυμένοις*, quum tamen liber de anima secundus et etiam liber de sensu ordine sint Meteoris posteriores. Non est itaque ex his citationibus ordo librorum eliciendus, nisi cum principiis fines alligat, et finibus principia. In quibus certe adhuc historia non est appellata: atque id verissima ratione, quum librorum de animalibus ultima esse debeat: tum ratione ordinis Aristotelicae philosophiae, tum etiam mente et proposito ipsius Aristotelis. Hoc itaque videamus primo, an verum sit. Proposuit primo Meteoro sic: *διελθόντες δὲ περὶ τούτων θεωρήσωμεν* *) *εἴ τι δυναίμεθα εἰπεῖν κατὰ τὸν ὑφηγημένον τρόπον, περὶ ζῴων καὶ φυτῶν καθόλου τε καὶ χωρίς. σχεδὸν γὰρ τούτων ῥηθέντων τέλος ἂν εἴη γεγονὸς τῆς ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν προαιρέσεως πάσης.* In quibus clarum est eum prius posuisse de animalibus, postea de plantis **); ac prius univer-

---

*) Exhibet *θεωρήσαιμεν*.

**) Vereor ne Aristotelis vita non suffecerit, ut quam instituere voluit de plantis tractationem, eam ipse absolvere potuerit. Quamvis enim provocet *Histor. anim.* V, 1, p. 539, a ad plantarum historiam, tamquam ad librum iamiam conscriptum, quamvis laudetur apud

Digitized by Google

saliter et postea separatim. Quem etiam ordinem fine libri de elementorum actionibus repetit particularius aliquanto: *ἐπεὶ οὖν ἔχομεν τίνος γένους ἕκαστον τῶν ὁμοιομερῶν λεπτέον καθ' ἕκαστον τί ἐστιν*, primo itaque de similaribus partibus; postea: *δηλωθέντων δὲ τούτων ὁμοίως τὰ μὴ ὁμοιομερῆ θεωρητέον*: postremo *καὶ τέλος τὰ ἐκ τούτων συνεστῶτα, οἷον ἄνθρωπον, φυτόν, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα*. Tria itaque proponit se tractaturum, partes similares, partes dissimilares et composita ex his: Priores illas procul dubio tractare incipit (uti vidimus) secundo libro de partibus animalium: cum in fine primi methodum tradidisset, qua usurum se fore ostendit *ἐν τῇ ζωϊκῇ φύσει*. Ac primum commemorat similares partes: *οὐκ ἔστι γὰρ ἄνευ πολλῆς δυσχερείας ἰδεῖν, ἐξ ὧν συνέστηκε τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, οἷον αἷμα, σάρκες, ὀστᾶ, φλέβες καὶ τὰ τοιαῦτα μόρια*. Neque hanc solum materiam, sed totam etiam compositionem et figuram: quibus partes dissimilares innuit, quas secundo loco proposuerat loco citato, se tractaturum, prout etiam his libris de partibus tractat. Tertio loco, non statim composita ipsa aggreditur, ut prius promiserat, sed ante haec, ait, quoniam hae dissimilares partes instrumenta quaedam sint, instrumentum autem omne operationis gratia sit, post instrumentorum explicationem, ait necessario esse de actionibus tractandum: quum etiam totum corpus actionis cuiusdam plenae et perfectae gratia constitutum sit: *ἐπεὶ δὲ τὸ μὲν ὄργανον πᾶν ἕνεκά τοῦ, τῶν δὲ τοῦ σώματος μορίων ἕκαστον ἕνεκα τοῦ, τὸ δὲ οὗ ἕνεκα πρᾶξίς τις,*

Diogen. Laërt. V, 25. Athen. XIV, 18, p. 652. Schol. Nicandri v. 645, p. 42, Alexander tamen Aphrodisiensis ad Aristot. *de sens.* c. 4 extr. sua aetate nullos Aristotelis de plantis libros amplius exstitisse auctor est. Videtur Theophrastus magistri opus, morte fortassis interruptum ad finem perduxisse, quum historiam plantarum et libros de plantarum causis adderet: ac vero simile est, quum tanta antiquitus confusio in veterum Peripateticorum libris laudandis existeret, Theophrastei operis particulam pro Aristotelico opere habitam esse iis, qui posterius laudarent. De Aristotele botanico vide Sprengel *Hist. rei herbar.* (Amstelaed. 1807) Tom. I, p. 55 sqq.

Digitized by Google

φανερὸν ὅτι καὶ τὸ σύνολον σῶμα συνέστηκε πράξεώς τινος ἕνεκα πλήρους. Et postea: λεκτέον ἄρα τὰς πράξεις πρῶτον τάς τε κοινὰς πάντων καὶ τὰς κατὰ γένος καὶ τὰς κατὰ εἶδος. Quae autem sint actiones istae paulo inferius exponit: λέγω δὲ πάθη καὶ πράξεις, γένεσιν, αὔξησιν, ὀχεῖαν, ἐγρήγορσιν, ὕπνον, πορεῖαν καὶ ὁπόσα ἄλλα τοιαῦτα τοῖς ζῴοις ὑπάρχει. Ex quo proposito, statim libro sequenti, et aliis duobus, partes primo similares, postea dissimilares explicat, deinde harum actiones. Inter quas prima posita fuerat generatio, quam sequentibus libris exponit: deinde alias aliis sequentibus, tum actiones, tum etiam passiones, usque ad libellum de sanitate et morbo. Post quem tota integra, quae ex similaribus atque etiam dissimilaribus partibus constant, quaeque actiones praedictas agunt, vel passiones patiuntur. Ipsa scilicet composita et integra animalia, quae fine libri de elementorum operationibus ultimo loco tractanda promiserat. Quam rem libris de animalium historia exsequitur. Itaque quod proposuit rite etiam prosequitur. Estque animalium historia non primo loco, ut omnes Peripatetici sensere, collocanda: sed Aristotelica auctoritate postremo. Sed cur dixerat fine libri de longitudine vitae: τούτων γὰρ διωρισθέντων τέλος ἂν ἡ περὶ τῶν ζῴων ἔχοι μέθοδος? Quo modo finem est habitura, si animalium historia non est adhuc expedita? Aio methodum de animalibus, libello de sanitate et morbo terminari: historiam methodi non esse partem. Historiam re vera τὸ ὅτι tractare, methodum vero τὸ διότι. — — — Ante quos de animalium historiis libros locandi forte essent, si superessent, libri anatomici, in quibus partium historia est perscripta. Et hoc loco disrumpitur iam quarto naturalium librorum ordo. Postremo loco hi quos de integris compositis habemus. Hunc itaque assero tot Aristotelis testimoniis esse verum et genuinum Aristotelicorum naturalium librorum ordinem si ad hos libri de plantis addantur, quos Aristoteles et initio primi Meteori et fini libri de elementorum actionibus post integra animalia posuit, eorumque tractationem in locum alium reiecit *de*

Digitized by Google

generat. animal. I, 1 : *περὶ μὲν οὖν φυτῶν αὐτὰ καθ' αὑτὰ χωρὶς ἐπισκεπτέον.* Libro vero *de vit. longitud.* c. 6: *ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων δὲ καθ' αὑτὰ ἐν τοῖς περὶ φυτῶν διορισθήσεται,* post tractationem scilicet omnium animalium expletam. Post hos omnes de natura et de animalibus libros locandus est liber de mundo ad Alexandrum. Quem superioribus libris [*Disc. Peripatet.* Tom. I, Lib. VI, p. 69] pro Aristotelico recepimus. Qui totius naturalis philosophiae ac etiam sapientiae quadamtenus videtur esse epitome et compendium, atque hoc nomine ab antiquioribus multis vocatum fuisse superioribus ostendimus. Post quem si essent superstites libri medicinales essent collocandi. —

Haec Patricius. Transeamus iam ad singulorum explicationem.

COMMENTARIUS

IN

METEOROLOGICORUM LIBRUM QUARTUM.

Cap. I.

De elementorum natura ex mente Aristotelis cum satis egisse nobis videamur in Comment. ad I, 2, 2, Vol. I, p. 328 sqq. paucis h. l. ubi omnia ista, quae in libris *de caelo* (III, 5, p. 304, a) ac *de generat. et interit.* (II, 2, p. 329, b. II, 3, p. 330, a) exposuerat, succincte repetit, verbis defungimur. Auctorem theoriae de elementis eorumque quatuor causis, calido ac frigido, sicco ac humido, Galenus *de element. sec. Hippocrat.* I, 9. Tom. I, p. 481 sq. Hippocratem iure praedicat: *νυνὶ δὲ περὶ τῶν ἀνωτέρω στοιχείων, ἃ τὴν αἴσθησιν διαφεύγει, πρόκειται διελθεῖν, ὑπὲρ ὧν καὶ Ἱπποκράτης ἐν τῷ περὶ φύσεως ἀνθρώπου βιβλίῳ διείλεκται, τὰ μὲν ἴδια καὶ προσεχῆ τοῦ σώματος ἡμῶν στοιχεῖα τοὺς τέσσαρας φάμενος εἶναι χυμούς, τὰ δὲ κοινὰ πάντων ὑγρὸν καὶ θερμὸν καὶ ξηρὸν*

Digitized by Google

καὶ ψυχρόν. ἀπὸ γὰρ τῶν πριστήτων ὀνομάζει τὰ στοιχεῖα, δι' ὃς καὶ στοιχεῖα γέγονε. θερμότητος γὰρ ἄκρας ἐγγιναμένης τῇ ὕλῃ, στοιχεῖον ἔσται τὸ σύμπαν ἤδη· κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ ψυχρότητος, ὑγρότητός τε καὶ ξηρότητος. οὐ γὰρ δὴ τῷ ξανθόν, ἢ λευκόν, ἢ μέλαν ὑπάρχειν, ἢ τῷ κοῦφον ἢ βαρὺ τὸ στοιχεῖον κρίνεται· κατὰ ταὐτὰ οὐδὲ τῷ πυκνόν, ἢ μανόν, οὐδὲ τῷ θλίβειν, ἢ τέμνειν, ἢ θλᾶν οὐδ' ἁπλῶς εἰπεῖν, ἑτέρᾳ τινὶ ποιότητι πλὴν τῶν εἰρημένων τεττάρων. αὗται γὰρ μόναι, τὴν ὑποκειμένην φύσιν ἀλλοιοῦσαι, τῆς εἰς ἄλληλα μεταβολῆς τῶν στοιχείων εἰσὶν αἰτίαι, καὶ φυτῶν καὶ ζῴων δημιουργοί. Cfr. Galen, in Hippocrat. *de natur. hominis* I. Tom. XV, p. 119 sqq. *de natural. facult.* I. Tom. II, p. 5 sqq. Praeterea adscribamus locum ex libro Hippocratico *de carnibus* (quem et ipsi spurium iudicavimus, et iam olim Galenus, quamvis ea de re hic illic dubitet, de quo cfr. *Historiam litterar. Hippocrat.* Tom. I, p. CLV Kühn, ab alio conscriptum esse suspicatus est), in quo haec continentur Tom. I, p. 425: δοκέει δέ μοι ὃ καλέομεν θερμόν, ἀθάνατόν τε εἶναι καὶ νοεῖν πάντα καὶ ὁρῆν καὶ ἀκούειν καὶ εἰδέναι πάντα καὶ τὰ ὄντα καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι. τοῦτο οὖν τὸ πλεῖστον ὅτε ἐταράχθη πάντα, ἐξεχώρησεν εἰς τὴν ἀνωτάτω περιφορήν. καὶ ὀνομῆναί μοι τοῦτο δοκέουσιν οἱ παλαιοὶ αἰθέρα. ἡ δευτέρα μοῖρα κάτωθεν αὐτῇ καλέεται μὲν γῆ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν καὶ πουλὺ κινοῦν· καὶ ἐν τουτέῳ ἐνῇ δὴ πουλὺ τοῦ θερμοῦ. ἡ δὲ τρίτη μοῖρα καὶ τοῦ ἠέρος μέσον χωρίον εἴληφε θερμόν τι ὄν *). ἡ δὲ τετάρτη τοῦ ἐγγυτάτω πρὸς τῇ γῇ ὑγρότατόν τε καὶ παχύτατον. Quae Heracliteam magis et Anaxagoricam redolent originem,

*) Obiter moneamus, etiam illud docero, librum *de mundo* a Stoico scriptore esse profectum, quod aër frigidus perhibetur. Qua de re, cum supra dixerimus, nunc laudamus Galeni locum *de simpl. medicam. facultat.* II, 20, Tom. XI, p. 510: ἀέρα ἅπαντα θερμὸν ὑπάρχειν τὴν φύσιν, ὡς δηλοῖ καὶ ἡ γένεσις αὐτοῦ. λεπτυνθὲν οὖν καὶ λυθὲν ὑπὸ θερμότητος ὕδωρ, ἀέρα γίνεσθαι. καὶ δῆλον ὡς ἐντεῦθεν αὐτοὺς διαδέχεται μέγιστον ζήτημα, τὸ καὶ τοῖς ἐνδοξοτάτοις φιλοσόφοις ἠμφισβητημένον, Ἀριστοτέλους μὲν καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ θερμὸν ὑπολαμβανόντων εἶναι τὸν ἀέρα, τῶν δ' ἀπὸ τῆς στοᾶς ψυχρόν.

Digitized by Google

quam Hippocraticam et Aristotelicam. Praeterea de sicci et humidi natura, deque singulis singularum qualitatum nominibus adeundus etiam est Galen. *de temperam.* I, 6. Tom. I, p. 538 sqq. I, 7, p. 552 sqq. — Sed haec hactenus. Caput in editione B. et apud Gesnerum inscribitur: *Ὅτι τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν ποιητικά, τὸ δὲ ξηρὸν καὶ τὸ ὑγρὸν παθητικά. καὶ ὅτι ἡ ἁπλῆ καὶ φυσικὴ γένεσις τούτων* [*τῶν δυνάμεων*] *ἔστιν ἔργον. Καὶ ὅτι τῇ ἁπλῇ γενέσει ἐναντίον μάλιστα κοινὸν σῆψις ἡ σαπρότης. τοῦτο γὰρ τέλος ἁπάντων, εἰ μή τι βίᾳ φθαρῇ καὶ περὶ σήψεως ἐφεξῆς πλείω.*

1. G. p. 27 cum apodosin desideraret periodi inceptae verbis *ἐπεὶ δὲ διώρισται*, aut hyperbaton statuendum esse censuit, ut huc referatur, quod sequitur §. 4: *διωρισμένων δὲ τούτων* et q. s. aut corrigere maluit: *ἤδη δὲ τέτταρα* et q. s. At apodosis concipitur verbis *φανερόν, ὅτι τὰ μὲν ποιητικά, τὰ δὲ καθητικά*, in quibus post tantum spatium conclusionis particulae *μὲν οὖν* addidit. — *ἐπειδή* pro *ἐπεὶ δέ* Olymp. fol. 61, a et 61, b. — *ὥρισται* pro *διώρισται* E. F. posterior etiam inverso verborum ordine *αἴτια ὥρισται*. — *τέτταρα τὰ αἴτια διώρισται* mutato verborum ordine additoque articulo Olymp. fol. 61, b. — Articulum ante *συζυγίας* omittunt F. H. N. *συζυγίαν* H. N. In eadem re exponenda *de generat. et interit.* II, 3, p. 330, a usus est verbo *συζεύξεις*. — *τὰ δὲ δύο παθητικὰ τὸ ξηρὸν καὶ ὑγρόν.* Galenus tum alibi, tum libro I *de natural. facultat.* Tom. II, p. 5 sqq. quasi contra Aristotelem contendit, non solum calidum et frigidum, sed etiam humidum et siccum, qualitates esse efficientes: quod tamen Aristoteles non negat simpliciter, sed comparatione harum qualitatum inter se facta, has efficientes, illas patibiles dicit. — *καὶ τὸ ξηρὸν καὶ τὸ ὑγρόν* E.

2. Adscribenda sunt verba Vicomercati: Illud mirandum fortasse videbitur, quod calori tantum et frigori vim efficiendi, humori et siccitati vim patiendi attribuat, cum tamen qualitates hae omnes effectrices sint et patibiles, nec aliter humidum in siccum et siccum in humidum agat, quam calidum in frigidum et frigidum in calidum. Ita

Digitized by Google

elementa vicissim oriuntur, ita ad res procreandas inter sese admiscentur, eorum videlicet facultatibus omnibus vicissim agentibus atque patientibus. Quam etiam ob causam in libris de ortu et interitu, eiusmodi qualitatibus omnibus, ut activis et patibilibus est usus. Quamquam et ibi secundi libri initio [II, 2, p. 329, b: *δεῖ δὲ ποιητικὰ καὶ παθητικὰ εἶναι ἀλλήλων τὰ στοιχεῖα· μίγνυται γὰρ καὶ μεταβάλλει εἰς ἄλληλας. θερμὸν δὲ καὶ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρόν, τὰ μὲν τῷ ποιητικὰ εἶναι, τὰ δὲ τῷ παθητικὰ λέγεται. θερμὸν γάρ ἐστι τὸ συγκρῖνον τὰ ὁμογενῆ· τὸ γὰρ διακρίνειν, ὅπερ φασὶ ποιεῖν τὸ πῦρ, συγκρίνειν ἐστὶ τὰ ὁμόφυλα· συμβαίνει γὰρ ἐξαιρεῖν τὰ ἀλλότρια. ψυχρὸν δὲ τὸ συνάγον καὶ συγκρῖνον ὁμοίως τά τε συγγενῆ καὶ τὰ μὴ ὁμόφυλα· ὑγρὸν δὲ τὸ ἀόριστον οἰκείῳ ὅρῳ εὐόριστον ὄν. ξηρὸν δὲ τὸ εὐόριστον μὲν οἰκείῳ ὅρῳ, δυσόριστον δέ.*] calidum et frigidum activa, humidum et siccum patibilia esse tradiderit, ut in eo ipso opere et libro secum pugnare Aristoteles videatur. Hanc dubitationem in primo de naturalibus facultatibus Galenus (l. l.) cum animadvertisset, ita diluit, ut diceret, calorem et frigus in plantis et animalibus magis agere, minus humorem et siccitatem. Atque hoc si quis pronuntiet, Hippocratem consentientem se habiturum, sed si in omnibus rebus ita habere existimaverit, non Hippocratem solum, sed Aristotelem quoque id negaturum. De hisce igitur facultatibus, quatenus in plantis et animalibus agunt et patiuntur, hoc pronuntiatum esse sensit Galenus. In caeteris vero, veluti in elementis, omnes aequaliter agere et pati. Quae Galeni sententia cum huius libri proposito consentit, quando in eo de hisce qualitatibus agitur, qua in plantis maxime et animalibus, seu earum similaribus partibus agunt et patiuntur. Unde paulo post dicit, ortum naturalem, et illi adversum interitum caloris et frigoris actionem esse primam, eumque plantarum esse et animalium eorumque partium. Quin et concoctio eiusque species, quas secundo loco a calore tradet prodire, ad stirpes maxime et animalia pertinent. Quod si in angustum nimis, qualitates huius modi in hoc libro consi-

Digitized by Google

derata videamur adducere, cum in lapidibus quoque et metallis, et aliis non animatis, ut melle, oleo, sale, actiones earum et perpessiones considerentur, concedere non gravabimur, in omnium similarium partium corporibus ex elementorum admixtione ortis, caloris et frigoris efficientiam actionemque magis propriam esse, humoris et siccitatis perpessionem. Omnium enim materia humor est et siccitas, agentes causae calor et frigus, et imprimis calor. Sed hanc responsionem id videtur labefactare, quod ait, humidum et siccum, tum ipsa per sese, tum etiam admixta determinari, aliaque perpeti a calido et frigido, ut non solum in rebus ex elementorum admixtione ortis, verum etiam in ipsis simplicibus elementis, in quibus humidum et siccum per se sunt et solitaria, ea perpeti ac non agere, dictum videatur. Quod eo etiam confirmatur, quia in secundo de ortu et interitu, ubi elementorum mutuum tradit ortum, hoc ipsum, quod hic, hisce qualitatibus, ut antea diximus, tribuit. An dicendum est, quamquam hae qualitates omnes agendi et patiendi vim habeant, calidi tamen et frigidi magis proprium esse agere, quam pati, humidi et sicci magis proprium pati, quam agere, quemadmodum et in agentibus calor magis agit, quam frigus, et humidum magis patitur, quam siccum. Est enim calor veluti forma, frigus et aliae qualitates veluti materia, quod de igne, cuius proprius calor est, ab Aristotele nonnunquam est traditum, unde et ignis omnia in se convertit, elementisque frigidis terra et aqua alitur: quare calor agendi vim maximam obtinet et longe maiorem, quam frigus. Humidum autem a calore et frigore facilius patitur, quam siccum, sed inter se collata, facilius siccum ab humido afficitur, quam humidum a sicco: quemadmodum pumex appropinquatus aquae, citius ab illa humectatur, quam illa ab eo exsiccetur, cum tamen aqua vi caloris citius absumatur. Ita igitur hae qualitates affectae sunt, ut duae ex iis patiendi, duae agendi vim magis habeant. Atque hoc quidem, cum ubique verum sit, seu in simplicibus, seu in mistis, magis tamen in mistis cernitur, in quibus humidum et siocum a calido et frigido plura perpeti apta sunt.

Digitized by Google

Haec igitur earum naturam Aristoteles, tam in secundo illo de ortu et interitu, tum hoc in loco aperuit, duobusque modis confirmavit, inductione et earum definitionibus. — Haec Vicomercatus. Quid sit ἐπαγωγή patet ex locis *Analyt. poster.* II, 19, p. 100, b: *Δῆλον δή, ὅτι ἡμῖν τὰ πρῶτα ἐπαγωγῇ γνωρίζειν ἀναγκαῖον. καὶ γὰρ καὶ ἡ αἴσθησις οὕτω τὸ καθόλου ἐμποιεῖ. Analyt. poster.* I, 13, p. 81, a: *φανερὸν δὲ καὶ ὅτι, εἴ τις αἴσθησις ἐκλέλοιπεν, ἀνάγκη καὶ ἐπιστήμην τινὰ ἐκλελοιπέναι, ἣν ἀδύνατον λαβεῖν, εἴπερ μανθάνομεν ἢ ἐπαγωγῇ ἢ ἀποδείξει. ἐστὶ δ' ἡ μὲν ἀπόδειξις ἐκ τῶν καθόλου, ἡ δ' ἐπαγωγὴ ἐκ τῶν κατὰ μέρος. Analytic. prior.* II, 21, p. 67, a: *ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἐν τῷ Μένωνι λόγος, ὅτι ἡ μάθησις ἀνάμνησις. οὐδαμοῦ γὰρ συμβαίνει προεπίστασθαι τὸ καθέκαστον, ἀλλ' ἅμα τῇ ἐπαγωγῇ λαμβάνειν τὴν τῶν κατὰ μέρος ἐπιστήμην, ὥσπερ ἀναγνωρίζοντας.* Potissimus de inductione locus est in *Analytic. prior.* II, 23, p. 68, b: *ἐπαγωγὴ μὲν οὖν ἐστι καὶ ὁ ἐξ ἐπαγωγῆς συλλογισμός, τὸ διὰ τοῦ ἑτέρου θάτερον ἄκρον τῷ μέσῳ συλλογίσασθαι. οἷον εἰ τῶν* $\overline{\alpha}$, $\overline{\gamma}$ *μέσον τὸ* $\overline{\beta}$, *διὰ τοῦ* $\overline{\gamma}$ *δεῖξαι τὸ* $\overline{\alpha}$ *τῷ* $\overline{\beta}$ *ὑπάρχειν. οὕτω γὰρ ποιούμεθα τὰς ἐπαγωγάς. οἷον ἔστω τὸ* $\overline{\alpha}$ *μακρόβιον, τὸ δ' ἐφ' ᾧ* $\overline{\beta}$ *τὸ χολὴν μὴ ἔχον· ἐφ' ᾧ δὲ τὸ* $\overline{\gamma}$ *τὸ καθέκαστον μακρόβιον, οἷον ἄνθρωπος καὶ ἵππος καὶ ἡμίονος. τῷ δὲ* $\overline{\beta}$ *ὅλῳ ὑπάρχει τὸ* $\overline{\alpha}$· *πᾶν γὰρ ἄχολον μακρόβιον. Topic.* I, 12, p. 105, a: *ἐπαγωγὴ* [*ἐστὶν*] *ἡ ἀπὸ τῶν καθ' ἕκαστον ἐπὶ τῶν καθ' ὅλον ἔφοδος.* Hinc fit, ut ὁρισμός et ἐπαγωγή sibi opponantur v. c. *Magn. Moral.* I, 1, p. 1182, b. ἐπαγωγή et συλλογισμός v. c. *Ethic. Nicom.* VI, 3, p. 1139, b. Cfr. omnino Zeidler *Introduct. in lection. Aristotelis* p. 305 sqq. qui inductionem plurimis exemplis ex Aristotele petitis illustravit, Ritter *Gesch. der Philosoph.* Vol. III, p. 98 sqq. et Trendelenburg ad Aristotel. *de anim.* I, 1, 2, p. 194 sqq. de verbis ἀπόδειξις, ὁρισμός, ἐπαγωγή, διαίρεσις late disputantem. Addimus verba Vicomercati: *Hac probandi ratione maxime utitur, cum res adeo non latet, nec tam incerta est, ut demonstrationem, ad eius fidem faciendam adhibere necesse sit: eius modi haec sunt, quae*

Digitized by Google

sub sensum fere cadunt, et ab omnibus ita se habere propemodum intelliguntur. Est autem inductio perspicua, et ab his actionibus et perpessionibus, quae ob oculos perpetuo obversantur, ducta: quae facile intelligitur, si quae commemoratae sunt actiones et perpessiones singillatim expendamus. Quo utitur vocabulo πίστις, id frequentare in talibus solet dictionibus Aristoteles v. c. *Phys.* V, 1, p. 224, b. — τὰ ϑ' ὁμογενῆ addito τε H. N. · Verba καὶ τὰ μὴ ὁμογενῆ omittit E. τὰ μὴ ὁμοιογενῆ Alex. fol. 126, a. A. Ita etiam *de anim.* I, 1, p. 402, b ambigitur inter ὁμοειδῆ et ἁμοιοειδῆ. Adde V. L. ad I, 5, 4, Vol. I, p. 379. καὶ μὴ ὁμογενῆ omisso articulo B. — ἀκληραίνουσαι F. — πάϑη om. P. — καϑίστηκεν pro συνέστηκεν Alex. A. Vic. B. P.

3. Statim ab initio pro ἔτι N. praebet ὅτι. — οἷς ὁριζόμεϑα: sequitur iam singularum qualitatum διορισμός. — καὶ τὸ ψυχρόν addito articulo H. N. — τὸ μὲν γὰρ συνερ. addito μέν H. — ὅπερ pro ὥσπερ E. Alex. fol. 126, a. A. Vic. B. (sed in margine ὥσπερ) — τι post ποιητικόν omittit E. — τὸ δὲ ὑγρὸν καὶ ξηρὸν παϑητικά H. N. — Verba καὶ δυσόριστον omittit E. — τὸ πάσχειν pro τῷ πάσχειν N. — De verbis εὐόριστον καὶ δυσόριστον cfr. Ioann. Philopon. ad Aristotel. *de generat. et interit.* fol. 48, b sq.: δείξας διὰ τῶν ὅρων τοῦ ϑερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ, ὅτι ποιητικὰ εἰκότως λέγεται, λοιπὸν τοὺς τοῦ ὑγροῦ καὶ ξηροῦ προχειριζόμενος ὅρους, δείκνυσιν ὅτι παϑητικὰ ταῦτα. τὸ εὐόριστον γὰρ καὶ δυσόριστον παϑῶν ὀνόματά ἐστιν. ἀπορήσειε δ' ἄν τις πρὸς τὸν ὅρον τοῦ ξηροῦ, πῶς φησιν αὐτὸ εὐόριστον οἰκείῳ ὅρῳ. ἰδοῦ γάρ φησιν ἡ τέφρα ξηρὰ οὖσα διαρρεῖ. πρὸς ὃ ῥητέον, ὅτι εἰ καὶ μὴ περιώρισται ἡ τέφρα καὶ μένει τὸν οἰκεῖον ὅρον φυλάττουσα, ἀλλ' εὖν δύναται σωρευϑῆναι. ὅπερ οὐχ ὑπάρχει τῷ ὑγρῷ. καὶ ἄλλως δὲ ἔχει τινὰ καὶ σύστασιν οἰκείαν καὶ οὐ πᾶσα διαπίπτει, ὡς καὶ ἡ ψάμμος. καὶ περὶ τῆς φλογὸς δὲ ἀποραῦσί τινες, ὡς ξηρᾶς οὔσης καὶ ἀλλοτρίῳ ὅρῳ σχηματιζομένης ἐν τοῖς καμίνοις. ῥητέον δέ, ὅτι πρῶτον μὲν οὐδέποτε ἡ φλὸξ ἀκριβῶς συσχηματίζεται τοῖς περιέχουσιν ἀνώμορος οὖσα καὶ οὐχ ὅλῳ συσχηματιζομένη τῷ περιέχοντι. ϑᾶττον γὰρ

Digitized by Google

ἂν οὕτως ἀποσβεσθείη μὴ διαλαμβανομένη κενοῖς ἑκατέρωθεν, κενοῖς δέ φημι πυρός. ἄλλως τε καὶ εἰ συγχωρηθείη ὁρίζεσθαι τοῖς περιέχουσιν, ἀλλ' οὖν καὶ οἰκείῳ συνέχεται σχήματι. οὐ γὰρ διαπίπτει καὶ χεῖται, ἀλλὰ συνεχὴς μένουσα ἐπὶ τὸ ἄνω χωρεῖ. τὸ μέντοι ὑγρὸν τοῖς περιέχουσιν ἀκριβῶς συσχηματίζεται. εἰ οὖν ἐν κεράμῳ παγείη ὕδωρ, εἶτα καταθραύσεις τὸν κέραμον, ὄψει συνεσχηματισμένον αὐτῷ. Adde Aristotelis verba *de generat. et interit.* I, 10, p. 328, b: διὸ τὰ εὐόριστα τῶν διαιρετῶν καὶ παθητικῶν μικτά (διαιρεῖται γὰρ εἰς μικρὰ ταῦτα ῥᾳδίως. τοῦτο γὰρ ἦν τὸ εὐορίστῳ εἶναι), οἷον τὰ ὑγρὰ μικτὰ μάλιστα τῶν σωμάτων· εὐόριστον γὰρ μάλιστα τὸ ὑγρὸν τῶν διαιρετῶν, ἐὰν μὴ γλίσχρον ᾖ.

4. *Omnia fere, quae hoc in libro tractare instituit his verbis proponit, caloris et frigoris actiones et opera, humoris et siccitatis naturam ac facultates patibiles earumque privationes, quae rebus ex eorum admixtione procreatis insunt, et earum ipsarum rerum constitutionem. Quae omnia duobus capitibus quodammodo complectitur, cum ait facultatum efficientia opera sumenda esse itemque patibilium species.* Vicomercatus. — ἂν εἴη omittit Olymp. fol. 61, b; at tuetur verba fol. 62, a, ubi ante ἐργάζονται inserit οὕτως (quod etiam fecit P.) et articulum ante παθητικῶν omisit. — ἃς ἐργάζονται H. N. — τῶν παθητικῶν τὰ εἴδη. cfr. *de generat. et interit.* I, 1, p. 314, b: τὰ γὰρ πάθη, καθ' ἃ φαμεν τοῦτο συμβαίνειν, διαφοραὶ τῶν στοιχείων εἰσί. λέγω δ' οἷον θερμόν, ψυχρόν, λευκόν, μέλαν, ξηρόν, ὑγρόν, μαλακόν, σκληρὸν καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον. Caeterum de sicco et humido dignus est qui comparetur locus *de part. animal.* II, 3, p. 649, b: ἐχόμενον δὲ καὶ περὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ διελθεῖν ἀκολούθως τοῖς εἰρημένοις. λέγεται δὲ ταῦτα πλεοναχῶς, οἷον τὰ μὲν δυνάμει τὰ δ' ἐνεργείᾳ. κρύσταλλος γὰρ καὶ πᾶν τὸ πεπηγὸς ὑγρὸν λέγεται ξηρὸν μὲν ἐνεργείᾳ καὶ κατὰ συμβεβηκός, ὄντα δυνάμει καὶ καθ' αὑτὰ ὑγρά, γῆ δὲ καὶ τέφρα καὶ τὰ τοιαῦτα μιχθέντα ὑγρῷ ἐνεργείᾳ μὲν ὑγρὰ καὶ κατὰ συμβεβηκός, καθ' αὑτὰ δὲ καὶ δυνάμει ξηρά· διακριθέντα δὲ ταῦτα τὰ μὲν ὕδατος ἀναπληστικὰ καὶ ἐνεργείᾳ καὶ δυνάμει ὑγρά, τὰ

Digitized by Google

δὲ γῆς ἅπαντα ξηρά, καὶ τὸ κυρίως καὶ ἁπλῶς ξηρὸν τοῦτον μάλιστα λέγεται τὸν τρόπον. ὁμοίως δὲ καὶ θάτερα τὰ ὑγρὰ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἔχει τὸ κυρίως καὶ ἁπλῶς, καὶ ἐπὶ θερμῶν καὶ ψυχρῶν.

5. φυσικὴν γένεσιν h. l. intelligit, per quam corpora ex elementorum permixtione progenita et plantae potissimum et animalia eorumque partes, quae vera et perfecta constant illorum admixtione, eduntur in lucem: non eam, quae *de generat. et interit.* I, 3. 4. fuit explicata et trifariam divisa, ut cuiusvis substantiae simplex generatio uno modo diceretur: altero, substantiae nobilioris ex minus nobili procreatae, ut ignis ex terra: tertio, rei magis sensilis ex minus sensili, ut ignis ex aëre. Quae triplex simplicis generationis ratio latius patet, quam ad praesens attinet institutum: nam elementorum quoque est communis, de quorum generatione nullus in hoc libro est sermo. Videsis etiam *Phys.* V, 1, p. 225, a: ἡ μὲν οὖν ἐξ οὐχ ὑποκειμένου εἰς ὑποκείμενον μεταβολὴ κατ' ἀντίφασιν γένεσίς ἐστιν· ἡ μὲν ἁπλῶς ἁπλῆ· ἡ δέ τις τινός· οἷον ἐκ μὴ λευκοῦ εἰς λευκόν, γένεσις τούτου· ἡ δ' ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἁπλῶς εἰς οὐσίαν, γένεσις ἁπλῶς, καθ' ἣν ἁπλῶς γίνεσθαι, καὶ οὔ τι γίνεσθαι λέγομεν. ἡ δ' ἐξ ὑποκειμένου εἰς ὑποκείμενον φθορά· ἁπλῶς μὲν ἡ ἐκ τῆς οὐσίας εἰς τὸ μὴ εἶναι. τὶς δὲ ἡ εἰς τὴν ἀντικειμένην ἀπόφασιν, καθάπερ ἐλέχθη καὶ ἐπὶ τῆς γενέσεως. Verba φυσικὴ μεταβολή ac deinde κατὰ φύσιν addidit, ut violentas generationes et transmutationes excluderet, de quibus agit *Phys.* V, 6, p. 230, a: ἆρα οὖν καὶ γενέσεις εἰσὶν ἔνιαι βίαιοι καὶ οὐχ εἱμαρμέναι, αἷς ἐναντίαι αἱ κατὰ φύσιν, καὶ αὐξήσεις βίαιοι καὶ φθίσεις· οἷον αὐξήσεις αἱ τῶν ταχὺ διὰ τρυφὴν ἡβώντων καὶ οἱ σῖτοι οἱ ταχὺ ἀδρυνόμενοι καὶ μὴ πιληθέντες. — Ad αὗται Alexander supplet αἱ δυνάμεις, Olympiodorus, quicum facit Vicomercatus, ἡ ἁπλῆ γένεσις καὶ ἡ ἀντικειμένη φθορά, et ita etiam nos verbum interpretandum esse arbitramur. — καὶ τοῖς ζῴοις H. Olymp. fol. 62, b, quod non necessarium. cfr. ad I, 3, 5.

Digitized by Google

6. καὶ ἡ φυσικὴ γένεσις addito articulo H. N. — De re cfr. *Metaphys.* Z, 7, p. 1032, a: αἱ δὲ γενέσεις αἱ μὲν φυσικαὶ αὗταί εἰσιν ὧν ἡ γένεσις ἐκ φύσεώς ἐστιν. τὸ δ' ἐξ οὗ γίνεται, ἣν λέγομεν ὕλην· τὸ δ' ὑφ' οὗ, τῶν φύσει τι ὄντων· τὸ δὲ τί, ἄνθρωπος ἢ φυτὸν ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων, ἃ δὴ μάλιστα λέγομεν οὐσίας εἶναι. ἅπαντα δὲ γενόμενα ἢ φύσει ἢ τέχνῃ ἔχει ὕλην: δυνατὸν γὰρ καὶ εἶναι καὶ μὴ εἶναι ἕκαστον αὐτῶν, τοῦτο δ' ἐστὶν ἐν ἑκάστῳ ὕλη. καθόλου δὲ καὶ ἐξ οὗ φύσις καὶ καθὸ φύσις. τὸ γὰρ γινόμενον ἔχει φύσιν, οἷον φυτὸν ἢ ζῷον. καὶ ὑφ' οὗ, ἡ κατὰ τὸ εἶδος λεγομένη φύσις ἡ ὁμοειδής· αὕτη δ' ἐν ἄλλῳ· ἄνθρωπος γὰρ ἄνθρωπον γεννᾷ. οὕτω μὲν οὖν γίνεται τὰ γινόμενα διὰ τὴν φύσιν, αἱ δ' ἄλλαι γενέσεις λέγονται ποιήσεις. πᾶσαι δ' εἰσὶν αἱ ποιήσεις ἢ ἀπὸ τέχνης ἢ ἀπὸ διανοίας. τούτων δέ τινες γίνονται καὶ ἀπὸ ταὐτομάτου καὶ ἀπὸ τύχης παραπλησίως ὥσπερ ἐν τοῖς ἀπὸ φύσεως γινομένοις· ἔνια γὰρ κἀκεῖ ταὐτὰ καὶ ἐκ σπέρματος γίνεται καὶ ἄνευ σπέρματος. — μεταβολή omittit E. καὶ μεταβολή Olymp. — ὅταν ἔχωσι λόγον. Scilicet non temere conflata esse elementa, ut hoc vel illud efficiatur, aliis in locis saepenumero monuit. Cfr. *de anima* I, 5, 6, p. 410, a: οὐ γὰρ ὁπωσοῦν ἔχοντα τὰ στοιχεῖα τούτων ἕκαστον, ἀλλὰ λόγῳ τινὶ καὶ συνθέσει, καθάπερ φησὶ καὶ Ἐμπεδοκλῆς τὸ ὀστοῦν·

> ἡ δὲ χθὼν ἐπίηρος ἐν εὐστέρνοις χοάναισιν
> τὰ δύο τῶν ὀκτὼ μερέων λάχε νήριδος αἴγλης
> τέσσαρα δ' Ἡφαίστοιο· τὰ δ' ὀστέα λεῦκ' ἐγένοντο.

Metaphys. I, p. 34 sq. Br. I, 10, p. 993, a Bekk.: Ἐμπεδοκλῆς τὸ ὀστοῦν τῷ λόγῳ φησὶν εἶναι, ubi Alexander Aphrodisiensis, laudatus Trendelenburgio ad *de anima* l. l. p. 279 ait: ὅτι δὲ ταῦτα ἔλεγον οὐ διαρθροῦντες Ἐμπεδοκλέους μέμνηται λέγοντος τὸ ὀστοῦν κατὰ τὸν λόγον ὀστοῦν εἶναι, οὐ κατὰ τὴν ὕλην. ἡ μὲν γὰρ ὕλη κοινὴ καὶ τοῖς ἄλλοις κατ' αὐτόν (τὰ γὰρ τέσσαρα στοιχεῖα), ὀστοῦν δὲ ἐν τῇ ποιᾷ τούτων καὶ ποσῇ κράσει φησὶ γίνεσθαι, λέγων (sequuntur versus laudati). *de generat. et interit.* II, 6, p. 333, a: ἄτοπον δὴ φαίνεται, εἰ τὰ σώματα ἀμετάβλητα ὄντα, μὴ ἀναλογίᾳ

Digitized by Google

σύμβλητά ἐστιν, ἀλλὰ μέτρῳ τῶν δυνάμεων, καὶ τοῦ εἶναι ἴσον θερμόν, ἢ ὅμοιον πυρὸς τοσονδὶ καὶ ἀέρος πολλαπλάσιον· τὸ γὰρ αὐτὸ πλεῖον τῷ ὁμογενὲς εἶναι, τοιοῦτον ἕξει τὸν λόγον. ἀλλὰ μὴν οὐδ' αὔξησις ἂν εἴη κατ' Ἐμπεδοκλέα, ἀλλ' ἢ ἡ κατὰ πρόθεσιν. πυρὶ γὰρ αὔξει τὸ πῦρ·

αὔξει δὲ χθὼν μὲν σφέτερον γένος, αἰθέρα δ' αἰθήρ·

ταῦτα δὲ προστίθεται. δοκεῖ δ' οὐχ οὕτως αὔξεσθαι τὰ αὐξανόμενα. Adi etiam eiusdem capitis finem, ubi alia plura de compositionis ratione deprehenduntur. Quod omnino de omni naturali motu docuit *Phys.* VII, 5, p. 249, b sq., non temere hoc agere in illud, sed certam quandam quantitatem in aliam aeque certam. Addimus verba Vicomercati: *Etiam Hippocrates de mulieribus, quae concipiunt, loquens, ait, quotquot perhumidos habent uteros, eas non parere: rationem enim seu proportionem in iis extingui: rationem inquam humoris ad calorem, quo ex humore, qui in utero est, conceptum fieri oportet* *). *ἐκ τῆς ὕλης τῆς ὑποκειμένης ἑκάστῃ φύσει* (ita enim construendum, quod propter interpretes nonnullos latinos adiicio). Cfr. *Metaphys.* H, 4, p. 1044, a: *περὶ δὲ τῆς ὑλικῆς οὐσίας δεῖ μὴ λανθάνειν, ὅτι εἰ καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πάντα πρώτου ἢ τῶν αὐτῶν ὡς πρώτων καὶ ἡ αὐτὴ ὕλη ὡς ἀρχὴ τοῖς γινομένοις, ὅμως ἐστί τις οἰκεία ἑκάστου.* οἷον φλέγματός ἐστι πρώτη ὕλη τὰ γλυκέα ἢ λιπαρά· *χολῆς δὲ τὰ πικρά, ἢ ἄλλ' ἄττα.* Quomodo *φύσις* sit intelligendum vide in Commentar. ad I, 4, 3, Vol. I, p. 367. — *αὗται δ' εἰσὶν* sc. *ἡ ὑποκειμένη ὕλη ἑκάστῃ φύσει.* — *γεννῶσι* sc. *τὴν ὕλην* i. e. *τὰς παθητικὰς δυνάμεις.* Caeterum

*) Locum procul dubio ante oculos habuit *Aphorism.* II, p. 1255 Foës. Tom. III, p. 747 Kühn: *Ὁκόσαι ψυχρὰς καὶ κυπνὰς τὰς μήτρας ἔχουσι, εὖ κυΐσκουσι, καὶ ὁκόσαι καθύγρους ἔχουσι τὰς μήτρας, εὖ κυΐσκουσι. ἀποσβέννυται γὰρ αὐταῖς ὁ γόνος. καὶ ὁκόσαι ξηρὰς μᾶλλον καὶ περικαεῖς, ἐνδεὴς γὰρ τῆς τροφῆς φθείρεται τὸ σπέρμα, ὁκόσαι δὲ ἐξ ἀμφοτέρων τὴν κρᾶσιν ἔχουσι εὔμετρον, αἱ τοιαῦται ἐπίκυνοι γίνονται.* Cfr. Galen. in Hippocrat. *de nat. hominis* I. Tom. XV, p. 47 sq. *Comment.* in Hippocrat. *Epidemior. secund.* III. Tom. XVII, Part. I, p. 442. in *Aphorism.* V. Tom. XVII. Part. II, p. 864 sq.

Digitized by Google

cum *Phys.* I, 9, p. 192, a *ὕλην* explicet hac ratione: *λέγω γὰρ ὕλην τὸ πρῶτον ὑποκείμενον ἑκάστῳ, ἐξ οὗ γίνεταί τι ἐνυπάρχοντος μὴ κατὰ συμβεβηκός. εἴτε φθείρεταί τε, εἰς τοῦτο ἀφίξεται ἔσχατον. ὥστε ἐφθαρμένη ἔσται πρὶν φθαρῆναι* et illud *πρῶτον ὑποκείμενον* cuivis corpori elementa esse dicat, ex quo omnia constent corpora et in quae denique dissolvantur (*de generat. et interit.* II, 1, p. 329, a), quo factum sit modo, ut h. l. *ξηρότητα* et *ὑγρότητα*, passivas facultates, tamquam *ὕλην* statuerit et qua explicandum ratione, quod calorem et frigus causas originis huius materiae esse contenderit, exponere conatus est Vicomercatus, cuius subtilis et ingeniosa hoc de loco disputatio quae perlegatur digna est. — *καὶ τὸ ψυχρόν* F. cfr. ad §. 5. — *κρατοῦντα* intellige *μεταβάλλοντα καὶ ὁρίζοντα*, quorum posterius patet ex §. 8. — *κατὰ μέρος* sc. *φθορά*. Verba proprie sic erant adornanda: *κατὰ μέρος δὲ φθορά* (opposita *τῇ καθόλου* §. 5) *γίνεται, ὅταν μὴ κρατῇ τὸ θερμὸν καὶ ψυχρόν. τοῦτο δὲ μώλυσίς ἐστι καὶ ἀπεψία.* Alexander fol. 127, a, cur verba *κατὰ μέρος* addiderit Aristoteles, hunc in modum explicat: *εἰπὼν δὲ τὴν κατὰ μέρος ἀσθένειαν τοῦ ποιοῦντος τὴν ἀπεψίαν ποιεῖν λέγει, ὅτι τῇδε οὐ τινὶ γενέσει οὐδὲ κατὰ μέρος, ἀλλ' ἁπλῇ ἐναντίον καὶ κοινὸν σῆψις. ὥσπερ γὰρ πᾶσα γένεσις ἁπλῆ τε καὶ κατὰ φύσιν γίνεται τῷ ὑπὸ τῶν ποιούντων τὰ πάσχοντα πάσχειν τῶν μὲν κρατούντων τῶν δὲ κρατουμένων, οὕτω καὶ πᾶσα φυσικὴ φθορὰ μὴ κρατούντων τῶν ποιητικῶν τῆς ὕλης κατὰ σῆψιν γίνεται. πᾶσαν γάρ φησι τὴν κατὰ φύσιν φθοράν, ὁδὸν εἰς σῆψιν εἶναι.* — *μόλυνσις* pro *μώλυσις* F. H. N. et ita Alex. Olymp. A. Vic. B. P. Etiam Bekkerus IV, 3, 26 retinuit *μόλυνσις*, quod ibi defenditur auctoritate codicis E., qui IV, 3, 24 praebet *μωλύνσει*. Forma substantivi lexicis, in quibus deest, accedat. Verba *μωλύω, μολύνω* de imperfecta elixatione usurpari solent. Ita *κρέα πρὸς ὀλίγον τῷ πυρὶ μεμολυσμένα* apud Heliodor. *Aeth.* II, p. 91. Poët. *de virib. herbar.* c. 7, v. 101 *μωλυθεῖσα πυρὶ μαλερῷ* (cfr. v. 138). Quid significet *μώλυσις* secundum Aristotelem infra explicatur IV, 3, 18 sqq.

Digitized by Google

7. *De generat. animal.* III, 11, p. 762, a, ubi de generatione aequivoca loquitur, de putredine ait: *ἡ δὲ σῆψις καὶ τὸ σηπτὸν περίττωμα τοῦ πεφθέντος ἐστί.* Ad Aristotelicam de putredinis origine theoriam conferendus etiam est locus *Problem.* II, 33, p. 870, a: *σήπεται πᾶν τὸ σηπόμενον ὑπ' ἀλλοτρίου θερμοῦ, ἀπὸ δὲ τοῦ οἰκείου πέττεται. ἐν μὲν οὖν τῷ θέρει τὸ ἀλλότριον ἰσχύει· διὸ σήπεται [πάντα] μᾶλλον ἐν αὐτῷ. ἐν δὲ τῷ χειμῶνι τὸ οἰκεῖον· διὸ οὐ σήπει ὁ χειμών.* Omnino veteres putredinis causam calorem et humorem statuebant. Vide Macrob. *Saturnal.* I, 17. VII, 16. — *τὸ ἐναντίον* P. — Verba *εἰς τοῦθ' ὁδός ἐστιν* post *οἷον γῆρας καὶ αὔανσις* ponit N. — *αὔανσις, αὐότης* et similia cum spiritu aspero scribenda censet Schneiderus ad Aristot. *Hist. animal.* III, 10, 5, p. 150. — De verbis *οἷον γῆρας καὶ αὔανσις* cfr. *de respirat.* c. 17, p. 478, b: *ἐστὶ μὲν οὖν πᾶσι τοῖς ζῴοις κοινὸν γένεσις καὶ θάνατος. οἱ δὲ τρόποι διαφέρουσι τῷ εἴδει. οὐδὲ γὰρ ἀδιάφορος ἡ φθορά, ἀλλ' ἔχει τι κοινόν. θάνατος δ' ἐστὶν ὁ μὲν βίαιος, ὁ δὲ κατὰ φύσιν. βίαιος μέν, ὅταν ἡ ἀρχὴ ἔξωθεν ᾖ, κατὰ φύσιν δ' ὅταν ἐν αὐτῷ. καὶ ἡ τοῦ μορίου σύστασις ἐξ ἀρχῆς τοιαύτης, ἀλλὰ μὴ ἐπίκτητόν τι πάθος. τοῖς μὲν οὖν φυτοῖς αὔανσις, ἐν δὲ τοῖς ζῴοις καλεῖται τοῦτο γῆρας.* *Problem.* XXXVIII, 9, p. 967, b: *διὰ τί οἱ γηράσκοντες μελάντεροι γίνονται; ἢ ὅτι πᾶν σηπόμενον μελάντερον γίνεται, πλὴν εὐρῶτος; τοῦτο δ' ἐστὶ γῆρας καὶ σαπρότης.* Exsiccationem (*αὔανσιν*) plantarum eiusque causas tetigit etiam *de iuvent. ac senect.* 6, p. 470, a. Cfr. praeterea Galen. *de temperament.* II, 2. Tom. I, p. 581: *δικαίως Ἀριστοτέλης εἰκάζει τὸ γῆρας αὐαινομένῳ φυτῷ. καὶ γὰρ οὖν καὶ τὰ φυτὰ νέα μὲν ὄντα, μάλακά τ' εἰσὶ καὶ ὑγρά· γηρῶντα δέ, ἀεὶ καὶ μᾶλλον φαίνεται ξηραινόμενα· τελευτῶντα δέ, τελέως ἀποξηραίνεται, καὶ τοῦτ' ἐστιν αὐτοῖς ὁ θάνατος.* — *τέλος γάρ* pro *τέλος δέ* E. et ita Alex. fol. 127, a (qui post *γάρ* addit *τοῦ*) B. Vic. (qui post *γάρ* ponunt *τοῦτο*), *τέλος δὲ τοῦτο* A. — *πάντων τῶν ἄλλων τούτων σαπρότης* F. H. N. — *ἐάν* pro *ἄν* N. cfr. ad III, 5, 2. — *τε* pro *τι* quod sequitur F. H. Neutrum praebet E. — *ἐστὶ σῆψις* inverso ordine F.

Digitized by Google

8. *διὸ καί* et *εἰ τά* pro *εἶτα* Olymp. Aldi fol. 62, b. — *γίνεται δὲ φθορᾶ* Olymp. qui etiam *καταχρατῇ* exhibet pro *κρατῇ*. — *ἐκ τούτων* i. e. *τοῦ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ*. Ad verba *ὡρίσθη τῷ ὑγρῷ τὸ ξηρὸν ἐργαζομένων τῶν ποιητικῶν* cfr. IV, 4, 3: *ἐπεὶ δ' ἐστὶ τὸ μὲν ὑγρὸν εὐόριστον, τὸ δὲ ξηρὸν δυσόριστον, ὅμοιόν τι τῷ ὄψῳ καὶ τοῖς ἡδύσμασι πρὸς ἄλληλα πάσχουσιν. τὸ γὰρ ὑγρὸν τῷ ξηρῷ αἴτιον τοῦ ὁρίζεσθαι, καὶ ἑκάστερον ἑκατέρῳ οἷον κόλλα γίνεται, ὥσπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἐποίησεν ἐν τοῖς φυτικοῖς· ἄλφιτα ὕδατι κολλήσας. καὶ διὰ τοῦτο ἐξ ἀμφοῖν ἐστὶ τὸ ὡρισμένον σῶμα.* — Verba *ἐργαζομένων τῶν ποιητικῶν* illustrantur iis, quae leguntur IV, 5, 3: *ποιεῖ δὲ τὸ ποιοῦν δυσὶ δυνάμεσι καὶ πάσχει τὸ πάσχον παθήμασι δυσίν, ὥσπερ εἴρηται. ποιεῖ μὲν θερμῷ καὶ ψυχρῷ, τὸ δὲ πάθος ἢ παρουσίᾳ ἢ ἀπουσίᾳ θερμοῦ ἢ ψυχροῦ.* — *διὰ τὰ περιέχον* bene explicat Vicomercatus: Hoc autem [*τὸ κρατεῖν τὸ ὁριζόμενον τοῦ ὁρίζοντος*] ambientis vi et opera efficitur, quod calore affectum, nativum rei intereuntis calorem, quo maxime materia determinabatur, ad se trahendo dissolvit, ita ut illa absque determinante remaneat. Quoniam autem naturalis calor in humore naturali sedem habet, tum, cum ab externo trahitur, una cum humore a re exit. Itaque fit, ut res, quae naturaliter interit, humida primum, tum sicca et arida reddatur. Atque, cum hoc in rebus putrescentibus fieri cernatur, efficitur, ut putredo naturalis interitus sit finis: quod Aristoteles in his verbis demonstrare instituit. Alexander fol. 127, a: *διὰ τὸ περιέχον· τῷ τὴν ἐν τῷ περιέχοντι πλείω θερμότητα ἀναλίσκειν τὴν ἐν τῷ φθειρομένῳ ἐλάττω οὖσαν.* Veram esse hanc horum verborum interpretationem elucet ex §. 10, ubi ad putredinem opus esse dicit alieno calore, quem *τοῦ περιέχοντος* esse ait. Conferenda etiam sunt verba Aristotelis *de respirat.* c. 8, p. 474, b: *φθορὰ δὲ πυρός, ὥσπερ εἴρηται πρότερον, σβέσις καὶ μάρανσις· σβέσις μὲν ἡ ὑπὸ τῶν ἐναντίων. διόπερ ἀθρόον τε ὑπὸ τῆς τοῦ περιέχοντος ψυχρότητος καὶ θᾶττον, ὅτι σβέννυται διασπώμενον. αὕτη μὲν οὖν ἡ φθορὰ βίαιος. ὁμοίως ἐπὶ τῶν ἀψύχων καὶ τῶν ἐμψύχων ἐστί· καὶ*

Digitized by Google

γὰρ ὀργάνοις διαιρουμένου τοῦ ζῴου καὶ πηγνυμένου διὰ ψύχους ὑπερβολήν, ἀποθνήσκουσιν. ἡ δὲ μάρανσις διὰ πλῆθος θερμότητος. καὶ γὰρ ἂν ὑπερβάλῃ τὸ περιὸν θερμὸν καὶ τροφὴν ἂν μὴ λαμβάνῃ, φθείρεται τὸ πυρούμενον οὐ ψυχόμενον, ἀλλὰ μαραινόμενον. ὥστε ἀνάγκη γίνεσθαι κατάψυξιν, εἰ μέλλει τεύξεσθαι σωτηρίας. τοῦτο γὰρ βοηθεῖ πρὸς τὴν φθοράν. de long. et brev. vit. c. 5. p. 466, a: δεῖ λαβεῖν, ὅτι τὸ ζῷόν ἐστι φύσει ὑγρὸν καὶ θερμόν, καὶ τὸ ζῆν τοιοῦτον. τὸ δὲ γῆρας ψυχρὸν καὶ ξηρόν. καὶ τὸ τεθνηκός· φαίνεται γὰρ οὕτως. ὕλη δὲ τῶν σωμάτων τοῖς οὖσι ταῦτα τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρόν, καὶ τὸ ξηρὸν καὶ τὸ ὑγρόν. ἀνάγκη τοίνυν γηράσκοντας ξηραίνεσθαι. διὸ καὶ μὴ εὐξήραντον δεῖ εἶναι τὸ ὑγρόν. καὶ διὰ τοῦτο τὰ λιπαρὰ ἄσηπτα. αἴτιον δ' ὅτι ἀέρος· ὁ δ' ἀὴρ πρὸς τἆλλα. πῦρ δ' οὐ γίνεται σαπρόν. οὐδ' αὖ ὀλίγον δεῖ εἶναι τὸ ξηρόν. εὐξήραντον γὰρ τὸ ὀλίγον. Hinc explicationem nanciscitur ex mente Aristotelis, quod eodem libro c. 1. p. 465, a commemoratur: εἰσὶ γὰρ ἄνθρωποι οἱ μὲν μακρόβιοι, οἱ δὲ βραχύβιοι, ἕτεροι καθ' ἑτέρους τόπους διεστῶτες· τὰ μὲν γὰρ ἐν τοῖς θερμοῖς τῶν ἐθνῶν μακροβιώτερα, τὰ δ' ἐν τοῖς ψυχροῖς βραχυβιώτερα· καὶ τῶν τὸν αὐτὸν δὲ τόπον οἰκούντων, διαφέρουσιν ὁμοίως τινὲς ταύτην πρὸς ἀλλήλους τὴν διαφοράν. Quam caloris externi et interni necessariam, ut ita dicam, reciprocationem, saepenumero tangit Aristoteles ex. gr. de part. animal. III, 6, p. 669, a, de anim. II, 8, 10 etc.

9. ἰδιώς γε Alex. fol. 127, a. A. Vic. B. P. — Postquam qua latiore significatione vocabulum σῆψις accipiendum sit, scilicet tamquam oppositum naturali generationi exposuit, iam quo sensu proprie ac vulgo accipiatur, docet. κατὰ μέρος φθείρεσθαι videtur intelligere ea, quae non omnino intereunt, sed a natura tantum sua et constitutione recedant (χωρίζονται) et alterantur (ἀλλοιοῦνται) possuntque etiam ad illam interdum reduci, quomodo et res ex parte igni putantur, quae non absolute generantur, sed cum genita sunt, tales aut tales reddantur. Qua in re ad exemplum elementorum, excepto igne provocat, quae cum minime intereant, κατὰ μέρος tamen interire dici possunt, alterationem quandam

Digitized by Google

subeuntia, quam putredinem vocant. Male igitur Alexander fol. 127, a: ὅταν χωρισθῇ καὶ ἐκστῇ τῆς οἰκείας φύσεως, τουτέστι τῆς ἐν αὐτοῖς κινητικῆς ἀρχῆς. τοιοῦτον δὲ τὸ ἐν ἑκάστῳ θερμόν. — De re cfr. *Problem.* XXV, 20, p. 939, b ubi etiam aër putredini obnoxius esse negatur: διὰ τί ὕδωρ μὲν καὶ γῆ σήπεται, ἀὴρ δὲ καὶ πῦρ οὐ σήπεται; ἢ ὅτι θερμότατον γίνεται τὸ σηπόμενον ἅπαν, πυρὸς δὲ οὐθὲν θερμότερον; ἢ ὅτι ψυχθῆναι δεῖ πρότερον; τὸ δὲ πῦρ ἀεὶ θερμόν· ὁ δὲ ἀὴρ πυρὸς πλήρης. σήπεται δὲ οὐθὲν θερμόν, ἀλλὰ ψυχθέν. γῆ δὲ καὶ ὕδωρ καὶ θερμὰ καὶ ψυχρὰ γίνεται. *de long. et brevit. vit.* c. 5, p. 466, a: πῦρ δ' οὐ γίνεται σαπρόν. Aquam putrescere notissimum. Quales autem aquae quando ac qua ratione putrefiant, docet Hippocrates *de aëre, aq. et loc.* §. 43 sqq.: περὶ δὲ τῶν ὀμβρίων καὶ ὁκόσα ἀπὸ χιόνος φράσω ὅκως ἔχει· τὰ μὲν οὖν ὄμβρια κουφότατα καὶ γλυκύτατά ἐστι καὶ λεπτότατα καὶ λαμπρότατα· τήν τε γὰρ ἀρχὴν ὁ ἥλιος ἀνάγει καὶ ἀναρπάζει τοῦ ὕδατος τό τε λεπτότατον καὶ κουφότατον. δῆλον δὲ αἱ ἅλες ποιέουσι. τὸ μὲν γὰρ ἁλμυρὸν λείπεται αὐτέου ὑπὸ πάχεος καὶ βάρεος καὶ γίγνεται ἅλες, τὸ δὲ λεπτότατον ὁ ἥλιος ἀναρπάζει ὑπὸ κουφότητος. ἀνάγει δὲ τὸ τοιοῦτο οὐκ ἀπὸ τῶν ὑδάτων τῶν λιμναίων, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ θαλάσσης καὶ ἐξ ἁπάντων, ἐν ὁκόσοισι ὑγρόν τί ἐστι. ..... Διὰ ταῦτα δὲ καὶ σήπεται τῶν ὑδάτων τάχιστα ταῦτα καὶ ὀδμὴν ἴσχει πονηρὴν τὸ ὄμβριον, ὅτι ἀπὸ πλείστων ξυνῆκται καὶ συμμέμικται, ὥστε σήπεσθαι τάχιστα. — τἆλλα πάντα pro πάντα τἆλλα F. H. N. simplex ἄλλα praebet Olymp. — καὶ γὰρ δὴ καὶ ὕδωρ E.

10. φθορά τι ἐν ἑκάστῳ ὑγρ. F. H. — Verba ὑπ' ἀλλοτρίας θερμότητος desunt apud Olympiodorum Aldi neque lecta sunt ab ipso Olympiodoro, qui τὴν τοῦ περιέχοντος explicat τὴν ἀλλοτρίαν θερμότητα. — Cfr. *de generat. animal.* V, 4, p. 784, b: γίνεται δ' ἡ σῆψις ὑπὸ θερμότητος μὲν πᾶσα, οὐ τῆς συμφύτου, ὥσπερ εἴρηται ἐν ἑτέροις (quibus verbis aperte ad h. l. provocat). ἔστι δ' ἡ σῆψις καὶ ὕδατος καὶ γῆς καὶ τῶν σωματικῶν πάντων τῶν τοιούτων. διὸ καὶ τῆς γεώδους ἀτμίδος οἷον ὁ λεγόμενος εὐρώς. καὶ γὰρ ὁ

Digitized by Google

εὐρώς ἐστι γεώδους ἀτμίδος σαπρότης. Problem. XXII, 14, p. 931, a: *σῆψιν ποιεῖ ταχέως, ἅτε θερμὰ ὄντα.*

11. *πάσχει* sc. *τὰ σηπόμενα.* — *τὸ ἐνδεὲς δὲ ὂν τ.* H. et omisso *τό* F. N. *η δὲ ἐνδεές* E. scilicet *ἦ δ' ἐνδεές*, quod aperte exhibent Alex. fol. 127, b. G. p. 28. *τὸ δὲ ἐνδεὲς ὄν* P.

12. Ad quaestionem, cur si ficus in furno siccentur duriores fiant, quam si exemptae foris refigerentur, quam proponit *Probl.* XXII, 10, p. 930, b, respondet: *ἢ ὅτι ἐν μὲν τῇ καμίνῳ ἐξατμίζει πᾶν τὸ ὑγρὸν ὑπὸ τοῦ θερμοῦ· ἔξω δὲ περιεστηκὼς ὁ ἀὴρ ψύχρων, κωλύει τὸ ὑγρὸν ἐξιέναι καὶ συνίστασθαι. μᾶλλον γὰρ ἐξατμίζει.* Quae causa ab ea, quam h. l. in quaestione paulo aliena, simili tamen, affert, non abhorret. — *διὰ γὰρ τοῦτο* transposito *γάρ* N. — *συνεξατμίζεται* pro *συνεξατμίζει* F. H. N. — *ἐπάξον* E. pro *σπῶν* et ita etiam A. B. Alex. fol. 127, b in verborum repetitione. Retinuimus tamen cum Bekkero vulgatam, tum quia ipse Alexander in commentario utatur verbo *ἐπισπᾶσθαι*, tum quia *σπῶν* aperte exhibeat Olympiodorus, tum denique propter locum *de iuvent. ac senect.* c. 6, p. 470, a: *τὸ σπώμενον ἐκ τῆς γῆς ὑγρόν.* — *οὐκ ἔστιν* pro *οὐκετ' ἔστιν* F. H. N. *ἔσται* pro *ἔστιν* F.

13. Quod tempestate frigida, ab externo internus calor superari facile non possit, non tantum externi ipsius debilitas facit, sed interni maius robur, ut qui antiperistaseos beneficio magis sit coactus, atque eum perdere volenti, efficacius queat resistere. Quam ob causam Hippocrates in aphorismis dicebat, ventres hieme et vere calidiores esse, quam aestate *).

*) Tom. III, p. 710 ed. Kühn: *αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμότατοι φύσει καὶ ὕπνοι μακρότατοι.* Adde Galen. *de placit Hippocrat. et Platon.* VIII. Tom. V, p. 704. *de causis pulsuum* III. Tom. IX, p. 129. *in Hippocrat. de nat. homin.* I. Tom. XV, p. 89. *in Hippocrat. de sal. vict. rat.* Tom. XV, p. 180. *in Hippocrat. de humorib.* II. Tom. XVI, p. 252. *in Epidemior. sext.* IV. Tom. XVII. Part. II,

Digitized by Google

Vicomercatus. Cfr. locum ex *Problemat.* II, 33, p. 870, a ad §. 7 laudatum Inde explicandum, cur flantibus ventis aquiloniis res minus putrefiant, quam austrinis, docente Hippocrate *de morbo sacro.* Tom. I, p. 608 et Galeno in Hippocratis *Epidem. I. Comment.* I. Tom. XVII. Part. I, p. 59. Adde *Problem.* XXVI, 17, p. 942, a: *διὰ τί ὁ νότος δυσώδης; ἢ ὅτι ὑγρὰ καὶ θερμὰ ποιεῖ τὰ σώματα* (cfr. Galen. in Hippocrat. *de humorib. Comment.* III. Tom. XVI, p. 411), *ταῦτα δὲ σήπεται μάλιστα.* Utramque hanc conditionem, qua opus est, ut corpora putrescant, affert etiam Galenus. Etiam putredinis causam calorem esse externum dicit, non innatum *de method. med.* XI. Tom. X, p. 753. *In Hippocrat. de aliment. Commentar.* III. Tom. XV, p. 297; omnem putredinem fieri ex materia humida ac perfecte siccum putredine nunquam corrumpi *in Hippocrat. Epidem. III. Comment. III.* Tom. XVII. Part. I, p. 651. *in Aphorism. III.* Tom. XVII. Part. II, p. 582; ex imbribus fieri ac post multas pluvias *in Hippocrat. de humorib.* III. Tom. XVI, p. 372. *in Hippocrat. Epidem. I. Comm. I.* Tom. XVII. Part. I, p. 32. *in Epidem. III. Comment. III.* p. 652. *in Aphorism.* III. Tom. XVII. Part. II, p. 580. 602; in humidis et calidis corporum locis, qualis os est, putredinem cito accedere *de compos. medic. sec. locos* VI. Tom. XII, p. 951. Omnino de putredinis causa et natura adi *de meth. medendi* XI. Tom. X, p. 745. 753 sq. Adde *de febr. different.* I, 5. Tom. VII, p. 287: *ἑτοιμότατα σήπεται πάνθ' ὅσα θερμὰ καὶ ὑγρά, καὶ πολλὰ κατὰ θερμὸν χωρίον, εἰ μὴ τύχῃ διαπνοῆς τε ἅμα καὶ ἀναψύξεως* (posterius repetit II, 11, p. 375). *de simpl. medicam.* V, 15. Tom. XI, p. 755: *τὰ γὰρ ὄντως σηπτικὰ ὑγραίνοντα μετὰ τοῦ θερμαίνειν ἐστίν. ..... πλείους μὲν οὖν εἰσιν οἱ τῶν φθειρομένων τρόποι. τά τε γὰρ ὑπερψυχθέντα καὶ ὑπερθερμανθέντα καὶ ὑπερυγρανθέντα καὶ ὑπερξηρανθέντα* (itaque in quibus ratio non servatur cfr. ad §. 6)

---

p. 205. *in Aphorism.* Tom. XVII. Part. II, p. 415. *in Hippocrat. de humorib.* III. Tom. XVI, p. 480.

Digitized by Google

φθείρεται, ἀλλ' οὐ πάντα γε τὰ φθειρόμενα σήπεσθαί φαμεν, ἀλλ' ὅσα μετὰ ὑνσωδίας τοῦτο πάσχει. — ἀέρι post περιέχοντι om. E. — πλεῖον recipimus pro πλέον ex F. H. N. A. Vic. cfr. ad I, 4, 6.

14. Vicomercatus monet, Aristotelem omisisse aliam, cur congelata corpora non putrescant, causam, nimirum quia solida sint atque compacta. Quae prae reliquis putredine non affici docuit Galenus *de simpl. medic. facult.* XI. — καὶ ὁ ἀὴρ θερμόν E. H. Alex. fol. 127, b. — Verba κρατεῖται τὸ δὲ κινοῦν omisit prima manu E. Paulo autem difficiliora sunt intellectu, cum non perspiciatur primo obtutu, quale sit illud κινοῦν, quod obtinet. Agitur autem ex quatuor motuum (*Metaphys. Λ*, 2, p. 240 Br. p. 1069, b. *N*, 1, p. 292 Br. p. 1088, a. *de anim.* I, 3, 3, p. 406, a), sive trium omissa generatione et interitu (uti in aliis locis facit Aristoteles v. c. *Metaphys. K*, 11, p. 234 sq. Br. p. 1068, a. *Phys.* V, 1, p. 225, a. V, 2, p. 226, b. *de caelo* IV, 3, p. 310, a. *de anim.* II, 4, 6, p. 415, b) generibus de illo, quo humor alterationem (ἀλλοίωσιν) subit talem, ut ex liquido statu in rigidum transeat inque eo diutius perseverare valeat. — τό ante ζέον omittit pr. E. — ὥστ' οὐδὲ κρατεῖ οὐδὲ ποιεῖ N. — μίαν pro οὐδεμίαν E.

15. ὁμοίως δὲ τὸ κινούμενον omisso καί N. — καὶ τὸ ῥέον addito articulo H. Olymp. fol. 63, a. — Verbum ἀκινητίζειν lexicis accedat. Caeterum alius sententiae esse videtur *Problem.* XXII, 4, p. 930, a cum quaerat: διὰ τί τὰ περικάρπια καὶ τὰ κρέα καὶ ὅσα τοιαῦτα ἐν τοῖς ἀσκοῖς ἄσηπτα γίνεται, ὅταν σφόδρα φυσησῶσι· καὶ τὰ ἐν τοῖς ἀκριβῶς περιπωματιζομένοις ὡσαύτως; et respondeat: ἢ διότι σήπεται μὲν κινούμενα πάντα; τὰ δὲ πλήρη ἀκίνητα. ἀδύνατον γὰρ ἄνευ κενοῦ κινηθῆναι. ταῦτα δὲ πλήρη. Huc etiam pertinet *Problem.* XIV, 7, p. 909, b: διὰ τί οἱ μὲν ἐν τοῖς εὐπνόοις τόποις βραδέως γηράσκουσιν, οἱ δὲ ἐν τοῖς κοίλοις καὶ ἑλώδεσι ταχέως; ἢ τὸ γῆρας σηπεδών τίς ἐστι; σήπεται δὲ τὸ ἠρεμοῦν. τὸ δὲ ἐν κινήσει ὂν ἢ ὅλως ἀσηπὲς ἢ ἧττον τοῦτο πάσχει, οἷον τὸ ὕδωρ. ἐν μὲν οὖν τοῖς ὑψηλοῖς διὰ

Digitized by Google

τὴν εὔπνοιαν ὁ ἀὴρ ἐν κινήσει ἐστίν, ἐν δὲ τοῖς κοίλοις μένει. ἔτι δὲ ἐκεῖ μὲν διὰ τὴν κίνησιν ἀεὶ καθαρὸς ὁ ἀὴρ καὶ ἕτερος γίνεται, ἐν δὲ τοῖς ἑλώδεσι μένει. Problem. XXXVII, 3, p. 966, a: *τὸ μὲν γὰρ μένον σήπεται, ὥσπερ καὶ ὕδωρ τὸ μὴ κινούμενον.* Plato *Theaetet.* 27, p. 153 C: *αἱ μὲν ἡσυχίαι σήπουσι καὶ ἀπολλύουσι, τὰ δ' ἕτερα σώζει. — ἀκινήτου ζῶντος* pro *ἀκινητίζοντος* Olymp. — *προϋπαρχούσης* sc. *θερμότητος*, quod propter Alcyonium et Gesnerum monemus, qui supplerunt *κινήσεως*.

16. *ἐν γὰρ τῷ πλείονι ..... δυνάμεις.* Cfr. *de generat. animal.* V, 4, p. 785, a: *τὸ δὲ πολὺ οὐκ εὔσηπτον.* Omnino Aristoteles saepenumero contendit maiores copias minus facile pati, quam minores: minores facilius quam maiores eiusdem rei acervos. Vide *de caelo* III, 6, p. 305, a: *τὸ ἔλαττον σῶμα τοῦ μείζονος εὐφθαρτότερόν ἐστι. de generat. et interit.* I, 10, p. 328, a: *καὶ μικρὰ δὲ μικροῖς παρατιθέμενα μήγνυται μᾶλλον. ῥᾷον γὰρ καὶ θᾶττον ἄλληλα μεθίστησι. τὸ δὲ πολὺ καὶ ὑπὸ πολλοῦ χρονίως τοῦτο δρᾷ. de long. et brev. vitae* c. 5, p. 466, a: *εὐξήραντον γὰρ τὸ ὀλίγον. de part. animal.* II, 3, p. 650, a: *ἡ μὲν πρώτη φανερὰ τοῖς ζῴοις λειτουργία διὰ στόματος οὖσα καὶ τῶν ἐν τούτῳ μορίων, ὅσων ἡ τροφὴ δεῖται διαιρέσεων. ἀλλ' αὕτη μὲν οὐδεμίας αἰτία πέψεως, ἀλλ' εὐπεψίας μᾶλλον. ἡ γὰρ εἰς μικρὰ διαίρεσις τῆς τροφῆς ῥᾷα ποιεῖ τῷ θερμῷ τὴν ἐργασίαν. Problem.* XX, 20, p. 925, a: *τὸ γὰρ πολὺ ἔργον πεπάνθαι, τὸ δὲ μέτριον ῥᾷον.* XXV, 8, p. 938, b: *μᾶλλον γὰρ σάττεται κατὰ μικρὸν σαττόμενον ἅπαν ἢ ἀθρόον. —* ἤ ante *ὥστε κρατεῖν* omittunt E. Alex. fol. 127, b. A. Vic. B. — *κρατεῖ* pro *κρατεῖν* E. — *περιέχοντι* pro *περιεστῶτι* H. N.

17. *καί* post *διό* omittunt E. H. N. — *θάλαττα* pro *θάλασσα* F. N. De *aqua marina* ponitur etiam apud Theophrast. *de igne* §. 67, p. 728. *Geoponic.* VII, 23, 1, p. 541: *θάλασσα ἐψημένη. — μένος* pro *μέρος* aperto mendo Alexander Aldi. — *διαιρουμένη* omittit E.

18. Cfr. Sext. Empiric. *Pyrrhonic. Hypotyp.* I, 14, 40, p. 12: *τῶν ζῴων τὰ μὲν χωρὶς μίξεως γίνεται, τὰ δ' ἐκ*

Digitized by Google

συμπλοκῆς· καὶ τῶν μὲν χωρὶς μίξεως γινομένων τὰ μὲν ἐκ πυρὸς γίνεται [*πυρίβια* Diogen. Laërt. IX, 79. cfr. quae monebimus ad IV, 4, 5], *ὡς τὰ ἐν τοῖς καμίνοις φαινόμενα ζωόφυτα· τὰ δ' ἐξ ὕδατος φθειρομένου, ὡς κώνωπες· τὰ δ' ἐξ οἴνου τρεπομένου, ὡς σκνῖπες· τὰ δ' ἐκ γῆς* [*ὡς μύες*, quod procul dubio ex textu excidit. Cfr. Aristot. *Histor. animal.* VI, 37, p. 580, b. Macrob. *Saturnal.* VII, 16, p. 447. Fabulam de muribus ex limo Nili in Thebaide oriundis, tamquam argumentum, omnia animantia primitus in Aegypto originem cepisse, tradit Diodor. Sicul. I, 10, ubi cfr. Wesseling]· *τὰ δ' ἐξ ἰλύος, ὡς βάτραχοι* [cfr. verba St. Augustini *contra Faustum* VI, 8, ubi *ranas repente ex una pluvia terram generare* ait, ideoque *caeli et terrae filias* non sine elegantia quadam appellat]· *τὰ δ' ἐκ βορβόρου, ὡς σκώληκες* [Aristot. *hist. anim.* V, 19]· *τὰ δ' ἐξ ὄνων, ὡς κάνθαροι· τὰ δ' ἐκ λαχάνων, ὡς κάμπαι· τὰ δ' ἐκ καρπῶν, ὡς οἱ ἐκ τῶν ἐρίνεων ψῆνες* [cfr. Harduin. ad Plin. XV, 19]· *τὰ δ' ἐκ σηπομένων, ὡς μέλισσαι ταύρων* [cfr. Voss. ad Virg. *Georg.* IV, 541 sqq.] *καὶ σφῆκες ἵππων* [Harduin. ad Plin. XI, 20]. Addi poterant pedunculi. Cfr. *Probl.* XX, 12, p. 924, a quem locum adscribemus ad IV, 2, 7. Tales generationes statuit adhuc Linnaeus *Amoenitat. academ.* Tom. V, p. 94. Omnino de generatione *aequivoca*, quam *αὐτόματον γένεσιν* vocavit Aristoteles *de anim.* II, 4, 2, ubi cfr. Trendelenburg. p. 353, adi etiam Aristot. *Hist. animal.* V, 1. p. 593. V, 19, p. 551, a sqq. *de generat. animal.* III, 11, p. 761. *Geoponic.* XV, 1, 20, p. 1046: *Θεόφραστος καὶ Ἀριστοτέλης φασὶ τὰ ζῷα οὐ μόνον ἐξ ἀλλήλων γεννᾶσθαι, ἀλλὰ καὶ αὐτόματα γίνεσθαι καὶ ἀπὸ τῆς γῆς σηπομένης.* Laurent. Lyd. *de mens. Apr.* c. 6. p. 99. Huc pertinent animalcula in nive genita, quorum saepenumero mentio fit apud veteres v. c. apud Strabon. II, p. 150. Theophrast. *de igne* §. 18, p. 711. Cfr. Beckmann ad Antigon. Caryst. c. 90, p. 138 sqq. Schneider *Eclog. phys.* Tom. II, p. 150; ad Aristot. *hist. animal.* V, 7, 12, p. 406. Hodie, post Ehrenbergii

Digitized by Google

de animalculis infusoriis observationes, generatio *aequivoca* iure negari solet: atque ita iam olim fecisse videtur Macrobius, cum diceret *Saturnal.* I, 8, p. 157: *Ad animalium vero alternam propagationem ad Venerem generandi facultas ex humore translata est, ut ex coitu maris femineaque cuncta deinceps gignerentur.* — τό ante τὴν ἀποχεχριμένην ..... συνεστάναι omittit Alex. fol. 127, b qui etiam ἀποχρινομένην exhibet et ita prorsus B. (qui in margine posuit διὰ τὸ διὰ τὴν ἀποχρινομένην, quod non magis quadrat) A. Vic. — συνεστάναι pro συνιστάναι F. H. N. Alex. B. Vic. P. — ἐστί om. H. N. — γένος pro γένεσις N. — καὶ φθορά omisso τί H. N. — Verba τί μὲν οὖν ἐστί ..... εἴρηται ad sequens caput traxit B.

Cap. II.

Actionum, quae a calore et frigore proficiscuntur, in humorem et siccitatem, veluti in materiam receptarum, alia sunt eius modi, ut per eas in lucem, cum antea non esset, res perducatur, aut cum esset, in interitum abeat (cuius modi sunt naturalis ortus atque interitus), aliae in rebus, quae in rerum universitate et natura constant, versantur, et earum quantitatis diversae sunt causae. Priores hactenus fuerunt expositae, posteriores explicare aggreditur. Vicomercatus. — Inscriptio capitis apud B. et G.: περὶ πέψεως καὶ ἀπεψίας.

1. ἐξ ὑποκειμένων sc. ὑγρότητος καὶ ξηρότητος. Unde perspicitur, non esse idem, ac si dixisset ἐν τοῖς ὑποκειμένοις. — ἔστι θερμοῦ omisso δή E. ἔστι δὲ θερμοῦ Alex. fol. 127, b. A. Vic. B. Ad θερμοῦ G. supplet ἔργα, ad πέψεως vocabulum εἴδη. At nihil esse supplendum ex natura genitivi patet. — De re cfr. *de anim.* II, 4, p. 416, b: πᾶσαν δ' ἀναγκαῖον τροφὴν δύνασθαι πέττεσθαι, ἐργάζεται δὲ τὴν πέψιν τὸ θερμόν· διὸ πᾶν ἔμψυχον ἔχει θερμότητα. — ἔτι, quod Bekkerus praebet ante ὄπτησις omisimus cum E. Alex. A. Vic. B. propter alterum enuntiationis mem-

Digitized by Google

brum. — δέ ante ἀπειρία deest in N. — μέλυνσις pro μείωσις F. H. N. cfr. ad IV, 1, 6.

2. Hunc locum respicit IV, 3, 2: διὰ τὸ μὴ κεῖσθαι, καθάπερ εἴρηται καὶ πρότερον, ὀνόματα καθ' ἑκάστην τελείωσιν περὶ τὰ ὁριζόμενα ὑπὸ τῆς φυσικῆς θερμότητος καὶ ψυχρότητος. Aristotelem de penuria vocabulorum saepenumero esse conquestum vidimus ad I, 4, 3. Tom. I, p. 366. Locis ibi laudatis addantur *Categor.* c. 7, p. 7, a: ἐνίοτε δὲ καὶ ὀνοματοποιεῖν ἴσως ἀναγκαῖον, ἐὰν μὴ κείμενον ᾖ ὄνομα πρὸς ὃ οἰκείως ἂν ἀποδοθείη. *de anim.* II, 7, p. 419, a: ἔνια ἐν μὲν τῷ φωτὶ οὐχ ὁρᾶται, ἐν δὲ τῷ σκότει ποιεῖ αἴσθησιν, οἷον τὰ πυρώδη φαινόμενα καὶ λάμποντα· ἀνώνυμα δέ ἐστι ταῦτα ἑνὶ ὀνόματι, οἷον μύκης, κέρας, κεφαλαὶ ἰχθύων καὶ λεπίδες καὶ ὀφθαλμοί. ἀλλ' οὐδενὸς ὁρᾶται τούτων τὸ οἰκεῖον χρῶμα, ubi cfr. Trendelenburg. p. 378. *Histor. animal.* IX, 40, p. 623, b: καὶ περὶ μὲν τούτων τῶν ζῴων τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. ἔστι δέ τι γένος τῶν ἐντόμων, ὃ ἑνὶ μὲν ὀνόματι ἀνώνυμόν ἐστιν, ἔχει δὲ πάντα τὴν μορφὴν συγγενικήν· ἔστι δὲ ταῦτα ὅσα κηριοποιά, οἷον μέλιτται καὶ τὰ παραπλήσια τὴν μορφήν. *de part. animal.* I, 4, p. 644, b. Cur Aristoteles usitatiora nomina in aliam significationem deflectere maluerit, quam inusitatis uti, aut prorsus nova fingere, elucet ex *Topic.* VI, 2, p. 140, a, ubi inter τόπους τοῦ ἀσαφές refert etiam εἰ μὴ κειμένοις ὀνόμασι χρῆται. οἷον Πλάτων ὀφρυόσκων τὸν ὀφθαλμόν, ἢ τὸ φαλάγγιον σηψιδακές, ἢ τὸν μνελῶν ὀστεογενές. πᾶν γὰρ ἀσαφὲς τὸ μὴ εἰωθός. Addimus denique locum *Sophist. Elench.* I, 1, p. 165, a: τὰ μὲν γὰρ ὀνόματα πεπέρανται, καὶ τὸ τῶν λόγων πλῆθος· τὰ δὲ πράγματα τὸν ἀριθμὸν ἄπειρά ἐστιν. ἀναγναῖον οὖν πλείω τὸν αὐτὸν λόγον καὶ τοὔνομα ἓν σημαίνειν. Adde Galen. *de symptom. caus.* III, 8. Tom. VII, p. 248, ubi de ischuriae generibus: καλοῦσι δὲ οὐδὲν ἧττον οἱ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν ἰσχουρίαν κἀκεῖνο τὸ σύμπτωμα, καίτοιγε οὐκ ἦν ἰσχουρία, ἐπειδὴ μηδόλως εἰς τὴν κύστιν ἀφικνεῖται τὸ οὖρον, ἀπολλυμένης τῶν νεφρῶν τῆς ἐνεργείας. καὶ συγχωρητέον γε αὐτοῖς ὀνομάζειν οὕτως ἀποροῦσι προσηγορίας οἰκείας· οὐ μὴν ἀγνοεῖσθαι προσήκει γε τὴν

Digitized by Google

διαφορὰν τῶν διαθέσεων. Cfr. locum ad §. 8 laudandum. De vocabulorum penuria nemo non conquestus est eorum, qui primi patria lingua philosophicam terminologiam aut procreare aut constituere conati sunt. Inde Lucretius I, 137 sqq.:

> *Nec me animi fallit, Graiorum obscure reperta*
> *Difficile inlustrare latinis versibus esse,*
> (*Multa meis verbis praesertim cum sit agendum*)
> *Propter egestatem linguae et rerum novitatem.*

Quamvis deinceps Cicero tantam novorum vocabulorum in lingua latina copiam effinxisset et graecorum suos in usus traduxisset, ut dicere posse sibi videretur (*de natur. deor.* I, 4): *Eoque me minus instituti mei poenitet, quod facile sentio, quam multorum non modo dicendi, sed etiam scribendi studia commoverim: complures enim Graecis institutionibus eruditi ea, quae didicerant, cum civibus suis communicare non poterant, quod illa, quae a Graecis recepissent, Latine dici posse diffiderent, quo in genere tantum profecisse videmur, ut a Graecis ne verborum quidem copia vinceremur* — tamen postrema longe a veritate abesse quivis Graecae et Latinae linguarum indolis non prorsus imperitus facile valet diiudicare. — *δέ* ab initio omittit E. — Quid sit *κυρίως* illustratur verbis *de anim.* II, 5, 7, p. 418, a: *ἐπεὶ δ' ἀνώνυμος αὐτῶν ἡ διαφορά, διώρισται δὲ περὶ αὐτῶν, ὅτι ἕτερα καὶ πῶς ἕτερα χρῆσθαι ἀναγκαῖον τῷ πάσχειν καὶ ἀλλοιοῦσθαι ὡς κυρίοις ὀνόμασιν*, ubi Trendelenburgius p. 368 adnotat: *Quemadmodum κύριος νόμος, qui ἀκύρῳ oppositus est, legem, quae rata viget, nec vel abrogata est vel in desuetudinem abiit* (cfr. Buddeus Comment. gr. ling. 1557. p. 51 *)): *ita hic κύρια ὀνόματα, quatenus eorum autoritas valet.* Cfr. *Poët.* c. 21, p. 1457, b: *λέγω δὲ κύριον μὲν* [*ὄνομα*], *ᾧ χρῶνται ἕκαστοι.* Aliis in locis, uti praesertim apud Grammaticos fieri solet, *κυρίως* opponitur verbis *κατὰ μεταφοράν*. vid. *Top.* VIII, 3, p. 151, b: *τῶν δὲ*

*) Adde Viger. p. 102 ed. Hermann.

Digitized by Google

ὅρων δυσεπιχειρητότατοι πάντων εἰσίν, ὅσοι κέχρηνται τοιούτοις ὀνόμασιν, ἃ πρῶτον μὲν ἄδηλά ἐστιν, εἴτε ἁπλῶς εἴτε πολλαχῶς λέγεται, πρὸς δὲ τούτοις μηδὲ γνώριμα πότερον κυρίως ἢ κατὰ μεταφορὰν ὑπὸ τοῦ ορισαμένου λέγεται. — οὐ γάρ pro ἀλλ' οὐ H. N. Puncto post ὀνόματα posito pergunt τοῖς πράγμασι γὰρ οὐ κεῖται A. Vic. B. Alex. fol. 128, a (qui deinde exhibet ὁμοίως). — ταὐτά pro ταῦτα Alex. fol. 127, b. A. Vic. B. ita ut Aristoteles dicere voluerit πέψιν, πέπανσιν, ἕψησιν, ὄπτησιν, quas calor provocet, et ἀπεψίαν, ὠμότητα, μώλυσιν, στάτευσιν, quae a frigore provocentur, non esse easdem, sed differentes. Sed iure nostram lectionem defendit Vicomerc. — εἴπομεν pro εἴπωμεν H.

3. Verba πέψις μὲν οὖν ἐστι τελείωσις repetuntur *Problem.* XX, 24, p. 925, b, ubi quaerit, cur myrtorum enucleatiora sint minora et palmulae nucleo paene careant, quae minutae adoleverunt, et uvarum acini, qui passim constiterunt exigui, vinacea vel nulla contineant, vel pauciora minoraque, ac deinde respondet: ἢ διὰ τὸ ἀτελέστερα εἶναι, οὐκ ἔχει ἀποκεκριμένον; τέλος γὰρ ὁ πυρὴν ἔχει τὸ σπέρμα. διὰ τοῦτο δὲ καὶ ἐλάττους εἰσίν, ὡς ὄντα παραφυάδες καὶ ἀτελῆ, καὶ ἧττον δὲ γλυκέα τῶν ἐχόντων πυρῆνας. ἀπεπτότερα γάρ ἐστιν. ἡ δὲ πέψις τελείωσίς ἐστι. — ἡ δὲ πέψις ἐστί pro πέψις μὲν οὖν ἐστι F. — Ad verba ὑπὸ τοῦ φυσικοῦ καὶ οἰκείου θερμοῦ cfr. *Probl.* II, 33, p. 870, a: σήπεται δὲ πᾶν τὸ σηπόμενον ὑπ' ἀλλοτρίου θερμοῦ, ὑπὸ δὲ τοῦ οἰκείου πέττεται. *de long. et brev. vitae* c. 5, p. 466, b: ὥσπερ ἡ πολλὴ φλὸξ κατακάει καὶ φθείρει τὴν ὀλίγην, τῷ τὴν τροφὴν ἀναλίσκειν, οὕτω τὸ φυσικὸν θερμόν, τὸ πρῶτον πεπτικόν, ἀναλίσκει τὴν ὕλην, ἐν ᾗ ἐστιν. Concoctricem facultatem naturae tribuit Galenus *de naturalibus facultat.* I. Tom. II, p. 9. — ἐκ τῶν ἀντικειμένων παθητικῶν i. e. ὑγροῦ καὶ ξηροῦ, quod patet ex sequentibus ταῦτα δ' ἐστὶν ἡ οἰκεία ἑκάστῳ ὕλη, ut supra dixerat IV, 1, 6, de ortu naturali locutus: ἐστὶ δ' ἡ ἁπλῆ καὶ φυσικὴ μεταβολὴ ὑπὸ τούτων τῶν δυνάμεων (ψυχροῦ καὶ θερμοῦ), ὅταν ἔχωσι λόγον ἐκ τῆς ὑποκειμένης ὕλης ἑκάστῃ

Digitized by Google

φύσει i. e. uti explicuimus, ἐξ ὑγροῦ καὶ ξηροῦ. Cum plura sint ἀντικειμένων genera, ut ipse ait *Metaphys. Δ*, 10, p. 1018 Br. p. 1018, a: ἀντικείμενα λέγεται ἀντίφασις καὶ τἀναντία καὶ τὰ πρός τι καὶ στέρησις καὶ ἕξις καὶ ἐξ ὧν καὶ εἰς ἃ ἔσχατα, h. l. ἐναντία intelligenda sunt. Vide quae paulo post verba modo laudata ait: τὰ δ' ἄλλα ἐναντία λέγεται τὰ μὲν τῷ τὰ τοιαῦτα ἔχειν, τὰ δὲ τῷ δεκτικὰ εἶναι τῶν τοιούτων, τὰ δὲ τῷ ποιητικὰ ἢ παθητικὰ εἶναι τῶν τοιούτων, ἢ ποιοῦντα ἢ πάσχοντα ἢ ἀποβολαὶ ἢ λήψεις, ἢ ἕξεις ἢ στερήσεις εἶναι τούτων. — ἡ οἰκεία ἑκάστῳ ὕλη dedimus cum Alex. A. Vic. B. P. cfr. IV, 2, 8. *Phys.* II, 1, quem locum adscripsimus ad §. 5. H. N. exhibent ἡ οἰκεία ἐν ἑκάστῳ ὕλη, Bekk. cum reliq. ἡ οἰκεία ἑκάστη ὕλη.

4. τελειότητος pro τελειώσεως H. N. — ὑπὸ θερμότητος οἰκείας omisso articulo F. Alex. fol. 128, a. A. Vic. B. — κἂν διά τινος τῶν ἐκτὸς βοηθείας συνεπιτελεσθῇ, veluti a sole (cfr. *Problem.* XX, 35, p. 926, b: ὁ ἥλιος ἀφαιρεῖ τὸ ὑδατῶδες καὶ τὸ λοιπὸν συμπέττει), a somno, uti auctor est Galenus *in Hippocrat. Epidem. VI.* Comment. IV. Tom. XVII. Part. II, p. 191. cfr. *de symptomat. caus.* Vol. VII, p. 140. *de caus. puls.* III. Tom. IX, p. 132. *in Hippocrat. de acut. victu Comment.* II. Tom. XV, p. 598. συμπέττεται καὶ διὰ λουτρῶν καὶ δι' ἄλλων F. H. N. cfr. *Problem.* XXIV, 14, p. 937, a: διὰ τί τὸ ἐν τῷ ἡλίῳ θερμαινόμενον ὕδωρ ὥστε λούεσθαι, οὐκ ἔστιν ὑγιεινότερον; πότερον ὅτι διὰ τὸ ψύχεσθαι· καὶ ἔτι ἐπεὶ τὸ σωμάτιον φρίττειν ποιεῖ; ἢ ποιεῖ μὲν καὶ τοῦτο, ἀλλὰ κἂν πολλάκις λούηταί τις, νοσερόν ἐστι; τὸ μὲν γὰρ θερμὸν ὅλως πεπτικόν ἐστι καὶ ξηραντικόν, τὸ δὲ ψυχρὸν στρλτικόν. ὥστε ἄμφω ποιεῖ τι ἀγαθόν. — ἐν αὐτῷ sc. τῷ πέσσοντι καὶ τρεφομένῳ.

5. Verba τὸ δὲ τέλος ..... φύσις ἐστί desunt apud A. Cfr. *Polit.* I, 2, p. 1252, b: ἡ φύσις τέλος ἐστίν. *Phys.* II, 2, p. 194, a: ἡ δὲ φύσις τέλος καὶ οὗ ἕνεκα. — οὐσία pro οὐσίαν N. De re cfr. *Phys.* II, 1, p. 193, a: ἕνα μὲν οὖν τρόπον ἡ φύσις οὕτω λέγεται ἡ πρώτη ἑκάστῳ ὑποκειμένη ὕλη τῶν ἐχόντων ἐν αὑτοῖς κινήσεως ἀρχὴν καὶ μεταβολῆς.

Digitized by Google

ἄλλον δὲ τρόπον ἡ μορφὴ καὶ τὸ εἶδος τὸ κατὰ τὸν λόγον. ὥσπερ γὰρ τέχνη λέγεται τὸ κατὰ τέχνην καὶ τὸ τεχνικόν, οὕτω καὶ φύσις τὸ κατὰ φύσιν λέγεται καὶ τὸ φυσικόν. II, 2, p. 194, a: *ἡ φύσις διχῶς τό, τε εἶδος καὶ ἡ ὕλη.* II, 8, p. 199, a: *ἐπεὶ ἡ φύσις διττή, ἡ μὲν ὡς ὕλη, ἡ δ' ὡς μορφή, τέλος δὲ αὕτη, τοῦ τέλους δὲ ἕνεκα τὰ ἄλλα, αὕτη ἂν εἴη ἡ αἰτία ἡ οὗ ἕνεκα. de part. animal.* I, 1, p. 641, a: *τῆς φύσεως διχῶς λεγομένης καὶ οὔσης, τῆς μὲν ὡς ὕλης, τῆς δ' ὡς οὐσίας. καὶ ἔστιν αὕτη καὶ ὡς ἡ κινοῦσα καὶ ὡς τὸ τέλος.* Vide etiam, quae ait p. 640, b: *ἡ γὰρ κατὰ τὴν μορφὴν φύσις κυριωτέρα τῆς ὑλικῆς φύσεως.* — *φύσιν* pro *μορφήν* F. — *τοιόνδε* pro *τοιονδί* H. N. *τοιοῦτον δή* F. — *ὀπτόμενον* pro *ὀπτώμενον* F. qui mox pro *πεπέφθαι φαμέν* exhibet *πεπέφθαι μέν. πύον* pro *πῦον* A. Vic. P. Alex. fol. 128, a idemque mox *λύμη* pro *λήμη* fol. 128, b. Apud Hippocratem dicitur *λήμη* et *γλήνιον*. Vide etiam *Geoponic.* XVII, 20, 1, p. 1160, a: *λήμας ἔχει lippit.* Plin. *Histor. natur.* XXV, 13. Cels VI, 6 qui *pituitam* vertit. Praeter Hesychii verba, apud quem *λῆμαι* explicantur *αἱ περὶ τοὺς κανθοὺς τῶν ὀφθαλμῶν πεπηγυῖαι συστάσεις, ἢ ἐκρέουσα τῶν ὀφθαλμῶν ἀκαθαρσία*, Galeni verba, adscribimus Comment. I in Hippocrat. *Prognost.* p. 124, 54 ed. Basil.: *αἵ γε μὴν λῆμαι γίνονται μὲν ὡς ἴσμεν καὶ διὰ τὸ τῶν ὀργάνων πάθος, ὡς ἐν ὀφθαλμίαις τε καὶ ἄλλως οὐδένα κίνδυνον δηλοῦσαι. γίνονται δὲ καὶ διὰ ἀρρωστίαν τῆς διοικούσης τὰ κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν δυνάμεως φυσικῆς, ἀδυνατούσης ἐκπέπτειν τὴν τροφὴν τῶν ὀφθαλμῶν. ἐδείχθη γὰρ ἡμιπέπτου τροφῆς ἡ λήμη περίττωμα. κατὰ μὲν οὖν τὰς ὀφθαλμίας, διά τε τὸ πλῆθος τῆς παρὰ φύσιν ὑγρότητος καὶ διὰ τὰ πάθος τῶν ὀργάνων, εἰκός ἐστι μὴ πέττεσθαι καλῶς τὴν τροφὴν αὐτῶν. ἔνθα δ' ἐνδεια σαφής ἐστι δηλουμένη διὰ τῆς κοιλότητος ἡ μὲν ἀπὸ τοῦ πλήθους αἰτία παντάπασιν οἴχεται. καταλείπεται δὲ ἡ τῆς δυνάμεως ἀσθένεια μόνη καὶ οὐδ' ἡ τυχοῦσά τις· αὕτη γε ἀλλ' ἰσχυρὰ πάνυ, μηδὲ τὴν ὀλιγίστην τροφὴν τῶν ὀφθαλμῶν ἱκανῶς πέττειν ἰσχύουσα.* Adde Hippocrat. *de crisib.* II, p. 211 sqq. Kühn. — Denique adscribenda censemus Vicomercati verba: Con-

Digitized by Google

coctarum rerum duo haec genera apud Hippocratem et Galenum multis in locis leguntur, praesertim in libro de ratione victus in morbis acutis *). Nam cum in eo concoctionis morbi, et excrementorum Hippocrates meminisset, Galenus in commentario inquit, excrementa, quamvis non alant, γενικώτερον tamen concoqui, et concocta nominari. Est autem animadvertendum, quemadmodum putredine concoctionem fieri Aristoteles doceat, veteres, ut videtur, imitatus, qui, ut Galenus autor est, σῆψιν πέψιν, id est putredinem concoctionem nominabant **). Ita enim docet ille in sexto libro Aphorismorum, cum ait, veterem consuetudinem illorum fuisse ἄσηπτα καλεῖν, quae nos ἄπεπτα καλοῦμεν, quod quidem non de ea solum concoctione, quae in tuberculis et aliis eius generis putrescentibus rebus fit, usurpatum videtur, sed etiam in ciborum concoctione: unde quidam apud Athenaeum nocturna somnia prae diurnis magis ea re commendat, quod nocturnae compotationes magis concoquantur, quam diurnae. Siquidem luna, qua res putrescunt, noctu dominatur, et concoctio putredo est quaedam. Docet tamen Olympiodorus discrimen esse inter putredinem et concoctionem, quod putredo ab externo et adscititio calore oriatur, concoctio a nativo, non rei quidem, quae concoquitur, sed eius, a qua fit concoctio. Quod autem ait, idem esse concoctionem et putredinem, sed ad nos relatam dici concoctionem, ad rem autem ipsam putredinem, id non omnino probandum est. Et haec quidem de putredine, qua concoctionem fieri dicitur. Varium autem concoctionis seu rerum concoctarum finem esse, inferius Aristoteles docebit, cum de elixatione disseret. Rerum enim elixarum, et omnino concoctarum eundem finem non esse inquiet, sed alia ad esum praeparari, alia ad sorbitionem, alia ad alium usum, ut pharmaca. Sed de his dubium est, quorum finem essentiam seu naturam esse ait. Illa enim, cum antea non essent, videntur generari, quandoquidem ortus in essentiam

*) Cfr. Galen. *Opp.* Tom. XV, p. 596 sq.

**) Cfr. Foës. *Oeconom. Hippocrat.* p. 100, a.

Digitized by Google

desinit: cum tamen de his tantum caloris et frigoris mutationibus nunc agatur, quae in rebus iam naturae constantibus versantur. An dicendum est, alimentum concoctione non omnino et simpliciter fieri, etsi essentiam aliquam, qua ex parte alimentum est, acquirit? quippe quod rei alendae idoneam reddatur, cum antea non esset. Haec Vicemercatus.

6. Cum duplicem rerum concoctarum seu concoctionis finem proxime tradiderit, eas, quarum finis est, ut tales et tantae concoctione evadant, hunc finem assequi tunc ait, cum materia et humor a calore fuerit victus. Etenim calore, qui inest, humorem ipsum terminari, et eo usque calorem et naturam esse, dum rationem eam ad humorem habuerit, ut moveat et vincat. Praeterea excrementorum concoctiones sanitatis indicia esse, ut, ex quibus intelligatur, calorem naturalem et naturam perseverare, materiaque et humore potentiorem fuisse. Quod ante Aristotelem Hippocrates tradiderat, cum Epidemiarum primo concoctionem diceret, celerem et firmam ac salubrem iudicationem indicare, crudas autem et non coctas, et in malos abscessus secedentia, iudicationis difficultatem, aut labores extremos, aut mortem, aut recidivos *). Cum vero urina et alvi deiectio primum locum in excrementis habere viderentur, ea Aristoteles nominatim commemoravit, reliqua omnia generaliter adiiciens. Roboris autem venarum, et caloris, qui in eis continetur, urinae concoctio, indicium est, quod eius alimenti, cuius concoctio in iis efficitur, excrementum sit, videlicet sanguinis. Alvi concoctae deiectiones ipsius alvi robur et sanitatem indicant, quomodo et sputum, si concoctum excernatur, eius sanitatis est signum, quae ad respirationis pertinet instrumenta. Id quod Galenus praeclare exposuit libro primo de crisibus **). Excrementorum enim tria haec genera posuit, quorum quodque eius partis

*) Tom. III, p. 395 Kühn: *πεπασμοὶ ταχύτητα κρίσεως καὶ ἀσφάλειν ὑγείην σημαίνουσιν· ὠμὰ δὲ καὶ ἄπεπτα καὶ ἐς ναυὰς ἀποστασίας τρεπόμενα, ἀκρισίας ἢ πόνους ἢ χρόνους ἢ θανάτους ἢ τῶν αὐτῶν ὑποστροφάς.*

**) Tom. IX, p. 611. Cfr. etiam Comment. in Hippocrat. *de humoribus*. I. Tom. XVI, p. 70. II, p. 236. 248.

Digitized by Google

rebur ac sanitatem indicaret, a qua concoctum (ut concoqui possunt) excernitur. Nec cuiusque horum concoctionis signa praeteriit, cum eorum qualitatem et quantitatem monstrasset: si quidem talia et tanta, quae concocta sunt, esse Aristotele docente oporteat. — Vicomercatus. — τοῦτο sc. τὸ πέττεσθαι. — ἄν ante ἐνῇ omittunt Vic. B. P. (qui exhibet αὐτῇ pro ἐν αὐτῇ). — Ad verba διὰ καὶ ὑγιείας σημεῖα ..... cfr. *Problem.* I, 51, p. 865, a: διὰ τί δεῖ σκοπεῖν τὰ περὶ τὸν οὖρον σημεῖα, ἀπολαμβάνοντα τὴν οὔρησιν, εἰ ἤδη πέπεπται, ἢ μὴ μᾶλλον καὶ συνεχῶς οὐροῦνται; ἢ διότι σημεῖον μὲν τοῦ πεπέφθαι, ἐὰν ᾖ πυρρόν, τοῦτο δὲ γίνεται μᾶλλον διαλαμβάνουσιν; ἢ διότι ἔνοπτον γίνεται ἅπαν μᾶλλον ὑγρὸν χρόας ὀλίγον ἢ πολὺ ὄν; ἐν μὲν γὰρ τῷ πολλῷ ὑγρῷ τὰ σχήματα ἐνορᾶται. ἐν δὲ τῷ ὀλίγῳ τὰ χρώματα οἷον καὶ ἐπὶ τῆς δρόσου καὶ τῶν ῥανίδων καὶ ἐπὶ τῶν δακρύων τῶν ἐπὶ τοῖς βλεφαρίσι. συνεχῶς μὲν οὖν ἀφιέμενον γίνεται πλεῖον. διασπώμενον δὲ δέχεται μᾶλλον. ὥστε κἂν ᾖ αὐτὸ τοιοῦτον ἤδη διὰ τὴν πέψιν, καὶ φαίνεται μᾶλλον τῆς ἀνακλάσεως γινομένης καὶ ἐνόπτρου ἔνοπτον δια τὴν διαίρεσιν. — τὰ περιττώματα sunt nihil aliud, quam urina et alvi deiectiones, quibus accedit sudor. Prae reliquis autem huc spectant excrementa nutrimenti, de quibus in libro *de part. animal.* II, p. 653, a: τὰ περιττώματα τῆς τροφῆς ἐστι τό τε τῆς κύστεως ὑπόστημα καὶ τὸ τῆς κοιλίας. In libris περὶ τῆς τροφῆς dicturus de hisce se acturum pollicetur, quibus de libris vide *de somn. et vigil.* c. 3, p. 456, b: εἴρηται δὲ περὶ τούτων ἐν τοῖς περὶ τροφῆς. *de anim.* II, 4, 16, p. 416, b: τύπῳ μὲν οὖν ἡ τροφὴ τί ἐστιν εἴρηται· διασαφητέον δ' ἐστὶν ὕστερον περὶ αὐτῆς ἐν τοῖς οἰκείοις λόγοις, ubi cfr. Trendelenburg. p. 362 (coll. p. 124), qui locum paulo ante ex libro *de part. animal.* laudatum neglexit. Adde Galen. *de usu part. corpor. humani* IV, p. 328. — Verba καὶ λέγεται omittit F. — πεπέφθαι omittit E. — τοῦ ὑγροῦ pro τοῦ ἀορίστου Alex. fol. 128, a. A. B. P. quae est explicatio.

7. Quae de rerum, quae concoquuntur, crassitie Aristoteles tradit, in nonnullis quidem ita se habere perspicuum

Digitized by Google

in aliis contrarium accidere cernimus. Ita in ipsis primum excrementis, quae antea tet. Nam urinae concoctionis signum crasserata tamen et moderata, ut tradit Galenus. am aut tenuitatem, aut crassitiem cruditatis censet, atque concoctionis aut nondum inchoatae, nondum perfectae. Nam concoctione durante inflandem admiscentur spiritus, qui urinam turbantes, crasm quandam in eam inducunt, ut vinis novis ebullientibus cidit. Quae turbatio concoctione perfecta desinit, et ad crassitiem mediocrem urina reducitur. Quod in his dignosci potest, quae excernuntur tenuibus urinis. Nam ob cruditatem, quam habent, aut perpetuo tenues remanent, aut paulo post turbidae efficiuntur, tenues quidem perseverant, quarum concoctio nondum est inchoata, sed quae concoqui iam coeperunt, turbidae ob eam, quae dicta est, causam efficiantur. Sic patet urinas concoctione fieri crassiores. Alvi etiam deiectiones, si coctae fuerint et salubres, molles quidem esse, sed consistentes, Hippocrates et Galenus docent: hic quidem in primo de crisibus, ille in secundo praesagiorum. Nec aliter sputum se habet, et alia excrementa, quippe quae concocta crassiora omnia conspicinntur. Id ipsum in sanie seu pure, quod in tuberculis inest, cernimus. Etenim concoctum, pusque iam factum crassius est, quam antea. In ophthalmia principio copiosus humor, et tenuis defluit, deinde parcior, crassiorque notam quandam concoctionis accipiens, postea temporis processu copia decrescente et ad crassitiem spectante, adeo concoctionis signa augentur, ut etiam palpebrae dormientium inde conglutinentur. De qua re Galenus in libro de totius morbi temporibus. Iam si alimentum, quod vere concoquitur, consideremus, illud quoque concoctione crassius evadere intelligemus. Sed dubitatio est, quoniam alimentum in ventre tenuius redditur, item de fructibus acerbis, qui molliores et humidiores, ideoque minus crassi fiunt concoctione. Humores praeterea, qui in animalibus sunt crudi, crassitiem habent, quam concoctione deponunt, tenuiores

Digitized by Google

facti. Problematum etiam sectione vigesima quinta res concoctas non concoctis molliores esse traditur. Quamobrem et humidiores, si quidem mollius id est, quod humidius, durius quod siccius. Quibus omnibus dubitationibus breviter respondendum, si tamen prius id exponamus, quod Aristoteles hic tradit, eorum, quae concoquuntur, crassitiem et corpulentiam a calore proficisci, siquidem natura eius est, crassitiem in id inducere, in quod agit. Hoc autem efficit calor, quod humorem, qui tenuitatis est causa, educere consueverit, quo quidem educto siccae partes coagmentantur, unde spissatio et crassities oritur. De qua re Aristoteles abunde in progressu disseret, his una commemoratis, quae spissari et concrescere caloris efficientia apta sunt, his deinde, quae frigore, et his quae utroque. Sed ut crassitiem et corpulentiam calor inducit, sic calorem. Agens enim quodque in id, quod patitur, sibi similes qualitates inducere, et omnino sibi simile efficere contendit. Ideo alimentum omne, quod actu alit, actuque est alimentum, calidum est. Excrementa etiam sunt calida, quemadmodum urinae et alvi deiectiones, perinde atque omnia combusta. Dubitationem vero ingerit, quod dicitur, calore crassitiem induci, cum pleraque habeantur, quae calor extenuat, veluti aër, qui calore fit tenuis, frigore crassior. Est praeterea in secundo de ortu et interitu Aristotelis sententia, caloris proprium esse, raritatem inducere, frigoris spissitudinem *). Sed haec praesenti sententiae non adversari docendum est, deinde et dubitationes antea allatae solvendae. Dicendum itaque, raritatem atque tenuitatem in simplicibus corporibus a calore proficisci, in mistis crassitiem et densitatem. Ideo aërem atque etiam aquam calore rarefieri ac tenuari: quae autem concoquuntur, quia mixta sunt, crassa et densa, caloris efficientia evadere. Cuius diversitatis causa

*) II, 2, p. 329, b: θερμόν ἐστι τὸ συγκρῖνον τὰ ὁμογενῆ· τὸ γὰρ διακρίνειν ὅπερ φασι ποιεῖν τὸ πῦρ, συγκρίνειν ἐστὶ τὰ ὁμόφυλα· συμβαίνει γὰρ ἐξαιρεῖν τὰ ἀλλότρια. ψυχρὸν δὲ τὸ συνάγον καὶ συγκρῖνον ὁμοίως τά τε συγγενῆ καὶ τὰ μὴ ὁμόφυλα.

Digitized by Google

est, quod a rebus mixtis tenuitate praeditis humorem calor evocat, qui tenuitatis est causa: siquidem tenue ad humidum pertinet, ut secundo libro de ortu est proditum *). Humore igitur evocato atque exsiccato in reliquis partibus crassities relinquitur, utpote terreis et siccis, cum crassities ad siccum non aliter pertineat, quam tenuitas ad humidum. Hoc itaque pacto res mixtae crassiores efficiuntur, qui modus rebus simplicibus, veluti aëri, non convenit. Etenim aër sua natura est humidus, simplexque corpus. Quo fit, ut calore humor eius evocari non possit, partibus terreis et siccis illo educto remanentibus. Ideo non densatur, sed potius rarefit, humore aqueo, si aliquem admixtum habeat, dissoluto, qui densiorem illum faciebat. Terra similiter non densatur aut crassescit calore, sed humecta praeter densationem concrescit, quomodo lateres fiunt, et fictilia omnia. Sunt qui calorem naturalem, qui animae est instrumentum **), crassitiem adducere et densitatem inquiant, elementarem, raritatem, quanquam et hunc ipsum interdum densare, sed ex accidenti, ut cum carnis meatus igne constipantur, consumto humore, qui inerat. Sed non animadverterunt, calorem quoque naturalem hoc modo densare et crassum efficere, humorem absumendo. Unde constantiores, densiores, crassioresque et minus humidae iuvenum partes et membra, quam puerorum conspiciuntur, quod calore, qui auctus est, illorum humor fuerit absumtus. Quae autem de alimento in ventriculo et caeteris, quae concoquuntur, non crassescentibus dubitavimus, tolli ita possunt: Alimentum quidem in utero dividi, et ex crasso et solido in chylum mutari, sed tamen crassitiem quandam et extremum, cum partibus, quas alit, assimilatur, accipere. Quin et in

*) *De gen. et interit.* II, 2, p. 329 b sq.: *ἐπεὶ γὰρ τὸ ἀναπληστικόν ἐστι τοῦ ὑγροῦ, διὰ τὸ μὴ ὡρίσθαι μέν, εὐόριστον δὲ εἶναι καὶ ἀκολουθεῖν τῷ ἁπτομένῳ (τὸ δὲ λεπτὸν ἀναπληστικόν· λεπτομερὲς γὰρ καὶ τὸ μικρομερὲς ἀναπληστικόν. ὅλον γὰρ ὅλου ἅπτεται, τὸ δὲ λεπτὸν μάλιστα τοιοῦτον) φανερόν, ὅτι τὸ μὲν λεπτὸν ἔοικε τοῦ ὑγροῦ, τὸ δὲ παχὺ τοῦ ξηροῦ.*

**) Cfr. *de anim.* II, 4, 16, p. 416, b.

Digitized by Google

ipso ventriculo, nisi corpulentia quadam constet, concoctum non dici. Humor etiam, qui in acerbis fructibus inest, aqueus est et tenuis, ac conoctione crassescit, partibus terreis digestis et cum humore illo temperatis. Nec si quid molle est, idcirco tamen crassum esse non potest. Quemadmodum lutum molle, quod multis durioribus rebus, ut glacie crassius est. Humores autem crudi, qui in animalis sunt corpore, saepenumero crassi sunt, et concoctione dicuntur tenuari, quoniam, ut concoquantur, tenuantibus medicamentis incidi debent, et a viscositate liberari, quo tandem a natura crassitiem convenientem accipiant; quod de urinis etiam dictum est, quae initio crassiores sunt, quam par sit. Humorum itaque tenuatio, praeparatio potius est ad coctionem, quam ipsa sit concoctio. Quod Averroës in collectaneis indicavit, cum duplicem praeparationem esse tradidit, unam ab arte, quae tenuando progreditur, alteram a natura, quae humorem ad mediocrem, ut aiunt, consistentiam reducit. Nec aliter Galenus videtur sensisse. Illud autem, quod ab Olympiodoro traditur, non omnino probaverim, primum quidem de hac humorum concoctione, quae a naturali fit facultate, Aristotelem non locutum, sed de maturatione: deinde non omnes humores crudos attenuari, sed crassos solum. Carnem enim, et quaecunque actu sunt humida, ea concoctione crassescere: quae autem potestate, ea dissolvi. Etenim et de omni concoctione locutus est, et omnia, quae concoquuntur, seu actu, seu potestate sint humida, crassescere tradidit. Quorum aliqua si initio concoctionis videntur tenuari, ad extremum tamen, ut ipse fatetur, congruam et temperatam et concoctioni convenientem accipiunt crassitiem. — Vicomercatus. — τὰ πεπτόμενα E. περιττώματα pr. manu F. — ξηρότερα pro θερμότερα F. qui verba εἶναι ..... ξηρότερον in margine posuit.

8. οὖν omittit E. — ἀπεψία ..... θερμότητος. Huc etiam pertinet locus *Problem.* XX, 12, p. 924, a, ex quo sequentia adscribimus: περὶ δὴ τούτου καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα δεῖ λαβεῖν, ὅτι οὐχ ἅπαντα ἐκ τῆς αὐτῆς ὕλης γίνεται, οὐδ' αὔξεται, ἀλλ' ἔνιοι ἐξ ἄλλων φθορᾶς καὶ ἐξ ἀρχῆς γίνεται

Digitized by Google

καὶ αὔξεται, οἷον οἱ φθεῖρες καὶ αἱ τρίχες ἐν τῷ σώματι, διαφθειρομένης τῆς τροφῆς καὶ ἀεὶ τὸ χεῖρον ἔχοντες. ὥσπερ οὖν καὶ τῶν ἐν σώματι ἔνια γίνεται ἐκ περιττώματος τροφῆς. τοῦτο δ' ἐστὶν ἀπεψία, καὶ οὐ μὴ ἠδύνατο κρατῆσαι ἡ φύσις, τὰ μὲν προχειρότατα εἰς κύστιν καὶ κοιλίαν ἀποκρίνεται. ἐξ ἐνίων δὲ ζῷα γίνεται, δι' ὃ καὶ αὐξάνονται ταῦτα ἐν γηρᾳ καὶ νόσοις. οὕτως ἐν τῇ γῇ τὰ μὲν ἐκ πεπεμμένης τῆς τροφῆς γίνεται καὶ αὐξάνεται, τὰ δὲ ἐκ περιττωμάτων καὶ ἐναντίως ἐχόντων. — Differentiam inter ἀπεψίαν, δυσπεψίαν et βραδυπεψίαν statuit Galenus, *de symptom. different.* c. 4. Tom. VII, p. 66 Kühn: ἐπὶ δέ γε τῆς ἀλλοιωτικῆς δυνάμεως ἐν τῇ γαστρὶ τὸ μὲν μηδ' ὅλως ἐστίν, ὅταν οἱάπερ ἐλήφθη τὰ σιτία τοιαῦτα διαμένῃ κατὰ πᾶσαν ποιότητα· τὸ δ' ἀρρώστως, ἴδιον ὄνομα κέκτηται τὴν βραδυπεψίαν· ὥσπερ καὶ τὸ πλημμελῶς, εἰς ἀλλόκοτον ποιότητα τῶν σιτίων μεταβολήν· ὥστε γενέσθαι τὰ σύμπαντα συμπτώματα τρία περὶ τὴν μίαν ἐνέργειαν ἀποτυγχανομένην. καλεῖται δὲ ἡ μὲν ἐνέργεια πέψις, ἀλλοίωσις οὖσα τῶν σιτίων εἰς τὴν οἰκείαν τῷ ζῴῳ ποιότητα· βραδυπεψία δὲ ἡ ἐν χρόνῳ πλείονι καὶ μόγις εἰς τὴν αὐτὴν ποιότητα μεταβολή· τὸ δ' ἀλλοιοῦσθαι μὲν εἰς ἑτέραν ποιότητα, μὴ μέντοι κατὰ φύσιν, ἀπεψίαν ὀνομάζουσιν· ὁμωνύμως δὲ αὐτῇ προσογορεύεται καὶ ἡ στέρησις τῆς ἐνεργείας. καίτοι σαφέστερον ἦν ταύτην μὲν μόνην ἀπεψίαν ὀνομάζεσθαι, δυσπεψίαν δὲ τὴν πλημμελῆ μεταβολήν, βραδυπεψίαν δὲ τὴν ἄρρωστον ἀλλοίωσιν· ἀλλὰ γάρ, ὅπερ ὁ Πλάτων ἔλεγεν, ἀγνοοῦντες οἱ παλαιοὶ τὰ πλεῖστα τῶν πραγμάτων τὰ μὲν οὐδ' ὅλως, τὰ δὲ οὐκ ὀρθῶς ὠνόμασαν. οὔκουν ἐξαπατᾶσθαι χρὴ τοῖς ὀνόμασιν, ἀλλ' εἰς αὐτὴν ἀποβλέπειν τῶν πραγμάτων τὴν οὐσίαν. — Loco verborum ἡ δ' ἔνδεια τῆς θερμότητος E. nihil habet nisi ὅ, quod sensu cassum. ἡ δ' ἔνδεια τῆς ψυχρότητος θερμότης ἐστίν A. Vic. — ἐστίν post ψυχρότης omittit F. — ἑκάστῃ φύσει P. ὕλῃ φύσει inverso ordine N.

Cap. III.

Iam singula concoctionis et inconcoctionis genera persequitur. Inscribitur caput apud G. B.: ὅτι τρία εἴδη πέψεως, πέπανσις, ἕψησις καὶ ὄπτησις καὶ τρία τἀναντία τούτοις.

Digitized by Google

1. Verba ab initio paulo aliter deprehenduntur in codice N. *πέπανσις δὲ πέψις ἐστίν· ἡ γὰρ ἐν τοῖς περικαρπίοις π. π. λ.* — *περικάρπιον* est fructus pars, quae semen ambit, ut in leguminibus siliqua, in castaneis (*Aesculus hippocastanum* L.) echinatus cortex, in nucibus testa s. putamen, in malis et piris quod edule est, bene explicante Trendelenburgio ad Aristot. *de anim.* II, 1, 6, p. 332, quem vide. Vulgo, quod *περικάρπιον* hoc et aliis in locis ab Aristotele vocatur v. c. *Probl.* XX, 3, p. 923, a. 25, p. 925, b. XXII, 4, p. 930, a. 5, p. 930, b ac saepius (imprimis cfr. Theophrast. *de caus. plantar.* I, 16, 1 sqq. *Hist. plant.* I, 2, 1, p. 8: *καρπὸς δ' ἐστὶ τὸ συγκείμενον σπέρμα μετὰ τοῦ περικαρπίου*), *καρπός* a Graecis vocatum est. cfr. *de plant.* I, 4, p. 819, b. II, 9, p. 828, b. II, 10, p. 829, b ac saepius. Galen. *de facultat. aliment.* II init. Rarior est usus vocabuli *περικάρπιον*, ut solum fructus corticem designet. cfr. Alciphron. *Epp.* III, 60. Tom. II, p. 158 ed. Wagner, ubi *περικάρπια τῶν ῥοιῶν*. At ipse Aristoteles *de generat. animal.* I, 18, p. 724, b nullo alio pacto fructum a semine differre ait, nisi prioris posterioriisque ratione: *σπέρμα δὲ καὶ καρπὸς διαφέρει τῷ ὕστερον καὶ πρότερον. καρπὸς μὲν γὰρ τῷ ἐξ ἄλλου εἶναι, σπέρμα δὲ τῷ ἐκ τούτου ἄλλο. ἐπειδὴ ἄμφω ταὐτόν ἐστιν.* — In *Problem.* XXII, 13, p. 931, a, ubi de maturatione arte operata, ope palearum loquitur, vocabulo *πέπανσις* non utitur, sed vocabulum *πέψις* adhibuit, additque *τῇ μὲν οὖν θερμότητι πέττει. De sensu et sensili* c. 4, p. 441, a utitur vocabulo *ἕψειν: ὁρῶμεν γὰρ μεταβάλλοντας ὑπὸ τοῦ θερμοῦ τοὺς χυμοὺς ἀφαιρουμένων τῶν περικαρπίων εἰς τὸν ἥλιον καὶ πυρουμένων, ὡς οὐ τῷ ἐκ τοῦ ὕδατος ἕλκειν τοιούτους γινομένους, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τῷ περικαρπίῳ μεταβάλλοντας καὶ ἐξικμαζομένους δὲ καὶ κειμένους, διὰ τὸν χρόνον, αὐστηροὺς ἐκ γλυκέων καὶ πικροὺς καὶ παντοδαποὺς γινομένους, καὶ ἑψομένους, εἰς πάντα τὰ γένη τῶν χυμῶν ὡς εἰπεῖν μεταβάλλοντας.* Nomen *πέπανσις*, ut hoc etiam moneamus, a *πέπων* derivatum est, quod maturos fructus significat. Ita *σίκυοι πέπονες Problem.* XX, 32, p. 926, b cucumeres,

Digitized by Google

qui maturi comedantur, cum crudi edantur. cfr. Athen. II, 78. Galen. *de facultat. alimentt.* II. Tom. VI, p. 565 Kühn. — *πέψις καὶ σῆψις* Alex. probante Gesnero p. 30. — *τις* post *τελείωσις* omittit F. — *δύναται* pro *δύνηται* P. — *τέλειν* pro *τέλειον* N. — Mox *τοιοῦτον* pro *οὕτω* F. — Ad verba *καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων ..... λέγομεν* confer *de anima* II, 4, 15, p. 416, b: *ἐπεὶ δὲ ἀπὸ τοῦ τέλους ἅπαντα προσαγορεύειν δίκαιον, τέλος δὲ τὸ γεννῆσαι, οἷον αὐτό, εἴη ἂν ἡ πρώτη ψυχὴ γεννητική, οἷον αὐτό.* *Politic.* I, 2, p. 1252, a: *ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζῴοις καὶ φυτοῖς φυσικὸν τὸ ἐφίεσθαι, οἷον αὐτὸ τοιοῦτον καταλιπεῖν ἕτερον.* Generatio enim necessaria, ne deficiat species. Cfr. *de gener. et interit.* II, 11, p. 337, b sq. Plat. *Sympos.* p. 207 D sqq.: *ἐνταῦθα τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ λόγον ἡ θνητὴ φύσιν ζητεῖ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀεί τε εἶναι καὶ ἀθάνατος. δύναται δὲ ταύτῃ μόνην, τῇ γενέσει, ὅτι ἀεὶ καταλείπει ἕτερον νέον ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ. ἐπεὶ καὶ ἓν ἕκαστον τῶν ζῴων ζῆν καλεῖται καὶ εἶναι τὸ αὐτό, οἷον ἐκ παιδαρίου ὁ αὐτὸς λέγεται ἕως ἂν πρεσβύτης γένηται· οὗτος μέντοι οὐδέποτε τὰ αὐτὰ ἔχων ἐν ἑαυτῷ ὅμως ὁ αὐτὸς καλεῖται, ἀλλὰ νέος ἀεὶ γινόμενος, τὰ δὲ ἀπολλύς, καὶ κατὰ τὰς τρίχας καὶ σάρκα καὶ ὀστᾶ καὶ αἷμα καὶ ξύμπαν τὸ σῶμα· καὶ μὴ ὅτι κατὰ τὸ σῶμα, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ψυχήν· οἱ τρόποι, τὰ ἤθη, δόξαι, ἐπιθυμίαι, ἡδοναί, λῦπαι, φόβοι, τούτων ἕκαστα οὐδέποτε τὰ αὐτὰ πάρεστιν ἑκάστῳ, ἀλλὰ τὰ μὲν γίγνεται, τὰ δὲ ἀπόλλυται. πολὺ δὲ τούτων ἀτοπώτερόν ἐστιν ὅτι καὶ αἱ ἐπιστῆμαι μὴ ὅτι αἱ μὲν γίγνονται, αἱ δὲ ἀπόλλυνται ἡμῖν, καὶ οὐδέποτε οἱ αὐτοί ἐσμεν οὐδὲ κατὰ τὰς ἐπιστήμας, ἀλλὰ καὶ μία ἑκάστη τῶν ἐπιστημῶν ταὐτὸν πάσχει. ὃ γὰρ καλεῖται μελετᾶν, ὡς ἐξιούσης ἐστὶ τῆς ἐπιστήμης. λήθη γὰρ ἐπιστήμης ἔξοδος, μελέτη δὲ πάλιν καινὴν ἐμποιοῦσα ἀντὶ τῆς ἀπιούσης μνήμην σώζει τὴν ἐπιστήμην, ὥστε τὴν αὐτὴν δοκεῖν εἶναι. τούτῳ γὰρ τῷ τρόπῳ πᾶν τὸ θνητὸν σώζεται, οὐ τῷ παντάπασι τὸ αὐτὸ ἀεὶ εἶναι, ὥσπερ τὸ θεῖον, ἀλλὰ τῷ τὸ ἀπιὸν καὶ παλαιούμενον ἕτερον νέον ἐγκαταλείπειν οἷον αὐτὸ ἦν. ταύτῃ τῇ μηχανῇ, ὦ Σώκρατες, ἔφη, θνητὸν ἀθανασίας μετέχει, καὶ σῶμα καὶ τἆλλα πάντα· ἀθανάτου δὲ ἄλλῃ μὴ*

Digitized by Google

οὖν θαύμαζε, εἰ τὸ αὐτοῦ ἀποβλάστημα φύσει πᾶν τιμᾷ· ἀθανασίας γὰρ χάριν παντὶ αὕτη ἡ σπουδὴ καὶ ὁ ἔρως ἕπεται. Theophrast. *de caus. plant.* I, 16, 1, p. 365: ἴσως δ' αὐτὸ τοῦτο πρότερον εὖ ἔχει διελεῖν, ὅτι πέψις ἐστὶν ἡ μὲν οὖν τῶν περικαρπίων, ἡ δ' αὐτῶν τῶν καρπῶν· καὶ ἡ μὲν πρὸς τὰς ἡμετέρας τροφάς, ἡ δὲ πρὸς γέννησιν καὶ διαμονὴν τῶν δένδρων· οἱ γὰρ καρποὶ καὶ τὰ σπέρματα τούτων χάριν. Huc etiam pertinet locus *Phys.* VII, 3, p. 246, a: ὅταν λάβῃ τὴν ἑαυτοῦ ἀρετήν, τότε λέγεται τέλειον ἕκαστον· τότε γάρ ἐστι μάλιστα τὸ κατὰ φύσιν. Cum igitur ex locis paulo ante laudatis pateat, ex mente Aristotelis propriam virtutem viventium esse, sui similes generandi, iure h. l. τελείωσιν vocat maturationem, qua virtus illa ac facultas nititur.

2. πέπονα καὶ ἄλλα πολλά inverso verborum ordine F. H. N. — πεπαμμένων pro πεπεμμένων E. — μεταφοραῖς pro μεταφορᾷ N. Oppositum autem est μεταφορᾷ vocabulo κυρίως, quo usus erat IV, 2, 2, ad quem locum respicit verbis καθάπερ εἴρηται καὶ πρότερον. — τὰ ὁριζόμενα intelligit ὑγρότητα καὶ ξηρότητα. — καὶ ψυχρότητος omittit E.

3. ἔτι δὲ ἔστιν ἡ φ. et q. s. F. — φύματα sunt *minuti abscessus* explicante Celso II, 8, sive *tubercula* V, 18, 16. Vide omnino eundem Celsum V, 28, 9. VI, 18, 2. Arist. *de gen. anim.* I, 18, p. 724, b. Galenum *de arte curandi ad Glaucon.* II, 1. *in Hippocr. Aphorism.* Tom. XVII. Part. II, p. 636. — φλέγμα, *pituita.* cfr. *de gener. animal.* I, 18, p. 725, a: τῆς μὲν οὖν πρώτης τροφῆς περίττωμα φλέγμα καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον. καὶ γὰρ τὸ φλέγμα τῆς χρησίμου τροφῆς περίττωμά ἐστιν· σημεῖον δ' ὅτι μιγνύμενον τροφῇ καθαρᾷ τρέφει καὶ πονοῦσι καταναλίσκεται. Schneider. ad Veget. *Mulomedic.* p. 60 sq. — ὁρίζειν sc. calorem: μὴ κρατοῦν sc. τοῦ ὑγροῦ.

4. Articulum ante πνευματικῶν omittunt E. A. Vic. — Post ἄγει addit F. ὅταν τρέφηται. — Sensum verborum καὶ τὰ μέν .... ἐκβάλλει optime adsecutus est Vicomerca-

Digitized by Google

tus, cuius haec verba adscribimus: Concoctionis quemadmodum duplicem finem esse voluit, quorum alter esset natura, alter ut res concoctae tales et tantae fierent, ita et maturationis duplicem statuit, cum ait, naturam maturatione alias res in se adducere, alias expellere. Etenim eas in se adducit natura, quae proprie maturescunt, quarum concoctionis finis quodammodo natura est, cuius modi sunt fructus, qui maturatione in naturam adducuntur, quod naturam, hoc est procreandi, et omnino motionis vim efficientem accepisse tum dicuntur, cum maturuerunt. Quamquam non ita in naturam desinunt, quod formam ac speciem mutent, quemadmodum alimentum. Quae autem natura eiicit, translatione sola maturescere dicuntur, talesque ad tantae maturatione efficiuntur. Id quod pituita et sanies tuberculorumque docet excrementum, quae tum a natura expelluntur, cum maturatione talia et tanta evaserunt.

5. Ὠμότης h. l. contrarium statuitur esse maturationi (πεπάνσεως), quamvis vulgarem loquendi usum secutus Aristoteles *Probl.* XX, 4, p. 923, a opponat ἑψανά *) et ὠμά (cfr. Homer. *Odyss.* XII, 396:

— — κρέα δ' ἀμφ' ὀβελοῖς ἐμεμύκει,
ὀπταλέα τε καὶ ὠμά. — —)

Cruditatem esse ἀπεψίαν, patet etiam ex *Problem.* XX, 6, ubi dicit: ὅσα γὰρ καὶ ὠμὰ ἀπέπτους ἔχει τοὺς χυμούς. — τί ἐστιν εἴρηται H. N. mutato verborum ordine. — ἀόριστος ὑγρότης, quia actionem caloris nondum accepit, cuius efficientia solet terminari: ἡ ἀσύστατος, ut explicat Alexander fol. 129, a. — ὑδατώδης, ut in vino: ὁ γὰρ οἶνος ὑγρός ἐστι τὴν φύσιν *Problem.* III, 16, p. 873, a; πνευματώδης, ut in oleo: τὰ γὰρ λιπαρὰ ἀέρος ἐστί, ut ipse ait *de long. et brev.* c. 5, p. 466, a. — τῶν ἀμφοῖν omissa praepositione E.

6. ἡ ἀτέλεια addito articulo F. H. N.

---

*) Vocabulum ἑψανός formatum est, ut ὀπτανός *Probl.* XX, 5, πτανός *Analect.* Brunckii II, 306. Artemidor. I, 75.

Digitized by Google

7. *οὐθὲν γὰρ ὑγρόν* F. — *ὕδωρ καὶ οὐ παχύνεται* posito *καί* pro *γάρ* Alex. fol. 129, a. — Verba *οὐ παχύνεται* omittit N., qui deinceps praebet *μόνων* pro *μόνον*. — De re cfr. IV, 6, 4: *ὕδωρ δὲ τῶν ὑγρῶν οὐ παχύνεται μόνον. ὅσα δὲ κοινὰ γῆς καὶ ὕδατος καὶ ὑπὸ τοῦ πυρὸς πήγνυται καὶ ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ· παχύνεται δ' ὑπ' ἀμφοῖν, ἔστι μὲν ὡς τὸν αὐτὸν τρόπον, ἔστι δ' ὡς ἄλλως. de sensu et sensili* c. 4, p. 441, a; ubi de origine saporum tradit: *λείπεται δὴ τῷ πάσχειν τι τὸ ὕδωρ μεταβάλλειν. ὅτι μὲν τοίνυν οὐχ ὑπὸ τῆς τοῦ θερμοῦ μόνον δυνάμεως λαμβάνει ταύτην τὴν δύναμιν, ἣν καλοῦμεν χυμόν, φανερόν. λεπτότατον γὰρ πάντων τῶν ὑγρῶν τὸ ὕδωρ ἐστὶ καὶ αὐτοῦ ἐλαίου. ἀλλ' ἐπεκτείνεται ἐπὶ πλέον τοῦ ὕδατος τὸ ἔλαιον διὰ γλισχρότητα. τὸ δὲ ὕδωρ ψαθυρόν ἐστι. διὸ καὶ χαλεπώτερον φυλάξαι ἐν τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ ἢπερ ἔλαιον. ἐπεὶ δὲ θερμαινόμενον οὐθὲν φαίνεται παχυνόμενον τὸ ὕδωρ αὐτὸ μόνον, δῆλον, ὅτι ἑτέρα τις ἂν εἴη αἰτία. de generat. animal.* II, 2, p. 735, a: *οὐ γὰρ παχύνεται τὸ ὑγρὸν θερμῷ* (loco ad IV, 7, 2 laudato). — *μόνων* pro *μόνον* N. — *τό* ante *θερμόν* omittunt F. H. N. — *τῷ* in altero enuntiationis membro deest in F. — *τὸ ὁριζόμενον* i. e. *ὑγρόν*, quod addunt A. Vic. B. — *καὶ γὰρ διὰ τοῦτο* F. pro *διὸ καί*. Ad verba *διὸ καὶ λεπτοὶ ..... ἄποτοι* cfr. *Problem.* XX, 4, p. 923, a: *διὰ τί τῶν φυομένων τὰ μὲν ἐψανά, τὰ δὲ ὠμὰ βρωτά; ἢ ὅσων οἱ χυμοὶ μὲν ἐδώδιμοι εὐθύς, τούτων πυρωθέντων, γλυκύτεροι γίνονται ὑπὸ τοῦ θερμοῦ. ὅσων δὲ εὐθύς, καὶ ὠμὰ ἐδώδιμα.* XX, 6: *διὰ τί δὲ τὰ μὲν ἄβρωτά ἐστι, τὰ δὲ βρωτά; ἢ διὰ τοὺς χυμούς; ὅσα γὰρ καὶ ὠμὰ ἀπέπτους ἔχει καὶ πυρούμενα μὴ μεταβάλλει, ἄβρωτα· ὅσων δὲ βρωτὸς ὁ χυμός, ἰσχυρότερος δέ, ταῦτα ἡδύσματά ἐστι. τὰ γὰρ ἐν μικρῷ ἔχοντα πολλὴν δύναμιν τῶν βρωτῶν, ἡδυντικὰ τῶν ἐν πολλῷ.*

8. *λέγεται δὲ ἡ ὠμ.* omisso *καί* N. — Verba *καὶ οὖρα* omittit in *ῥήματι* Alex. fol. 129, a: at patet ex commentario eum hoc verbum in suo iam codice reperisse. Ita tamen etiam B. — Quomodo humores corporis crudi aut cocti dicantur, ut et *περιττώματα*, fusissime exponit Galenus *in Hippocr.*

Digitized by Google

de rat. vict. in morb. acut. Comment. II. Tom. XV, p. 596. *in Hippocrat. de humorib.* Tom. XVI, p. 186 sqq. Etiam abcessus nondum maturos, partus immaturos, qui abortione lucem vident, ὠμούς vocarunt. Cfr. Foës. *Oeconom. Hippocr.* p. 692, b. Hinc ὠμοτοκεῖν, ὠμοτομεῖν. — *κατάρροι* definiuntur a Galeno *introduct.* Tom. XIV, p. 742. *in Hippocrat. prognost.* comment. II, Vol. XVIII. Part. I, p. 160. *definit. med.* Tom. XIX, p. 418. Foës. *Oeconom. Hippocr.* p. 321, a. διὰ τὸ αὐτιον omisso αὐτό E. — τῷ γὰρ μὴ *κεκρατῆσθαι ..... προσαγορεύεται.* Contraria ratione τῷ μὴ κεκρατῆσθαι ὑπὸ τῆς ψυχρότητος *senectus cruda* (Virg. *Aen.* VI, 304: *cruda deo viridisque senectus*), ὠμὸν γῆρας apud Hom. *Od.* XV, 357, Hes. *Op.* v. 707. Plut. *Moral.* I, p. 407 A; ὠμογέρων *Il.* XXIII, 791 (cui oppositum est ὦ πέπονες *Il.* II, 235. Hesiod. *Scut. Herc.* v. 350, quod quomodo explicandum sit, dubito an multi perspexerint) dici videtur, eum *de long. et brev. vitae* c. 5, p. 466, a dicat: δεῖ γὰρ λαβεῖν, ὅτι τὸ ζῷόν ἐστι φύσει ὑγρὸν καὶ θερμόν, καὶ τὸ ζῆν τοιοῦτον· τὸ δὲ γῆρας ψυχρὸν καὶ ξηρὸν καὶ τὸ τοιοῦτον; et *Problem.* XXX, 1, p. 953, b: τὸ δὲ γῆρας κατάψυξίς τις. Atqui, uti supra docuimus ad IV, 1, 15 (cfr. ad IV, 1, 7) loco ex *Problem* XIV, 7, p. 909, b laudato, γῆρας σηπεδών τίς ἐστι, putredo autem omnis fit, corpore vi caloris domito, unde elucet, ὠμότητα iure etiam senectuti tribui posse. — συνιστάναι pro συνεστάναι N. — ὠμὰ τὰ πάντα addito articulo Vic. B. P.

9. χεραμὰς ὠμός, unde ὠμαὶ χύτραι *Geoponic.* X, 21, 1 ac saepius: καὶ ἄλλα πολλά, ut πίσσα *Geoponic.* VI, 5, 4; μέλι ibid. XV, 7, 4; ἄλφιτα XX, 16. — At etiam aqua, quod in sequentibus negat Aristoteles, apud Graecos interdum ὠμή vocatur, sed alio sensu, quam ut ὠμὸν ὕδωρ opponatur ἑφθῷ. Vide *Geoponic.* II, 6, 2, p. 89: ἐὰν μή τινων ἡ γεῦσις φθείρηται διὰ τὴν τῶν ἐπικειμένων ὑδάτων ἰδιότητα, ὠμῶν ἢ ἁλμυρῶν ὑπαρχόντων, ἢ νιτρωδῶν, ἢ στυπτηρίαν ἐχόντων, ἢ θαῖον, ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων. — Ad verba ὅτι οὐ παχύνεται cfr. § 7 et quae ibi monuimus.

Digitized by Google

10. Verba *πέπανσις* ..... *διὰ τί ἐστιν* in margine posuit F. — *ἔστιν* post *διὰ τί* omittunt H. N. cfr. §. 21. — Articulum ante *ἕψησις* addit F. — *ἐπὶ τῶν ἑψομένων μόνον* H. *ἐπὶ τῶν ἑψομένων μόνων* N. — *ἀορίστου ἐν ὑγρῷ* i. e. *τῆς ἀορίστου ὑγρότητος*, uti locutus erat §. 5, quo etiam respicit verbis *ὥσπερ εἴρηται*. Nulla igitur alia re differunt *πέπανσις* et *ἕψησις*, nisi quod illa fiat a calore naturali, haec a calore externo, quae proprie *πέψις* dici nequit, cum omnis concoctio sit *τελείωσις ὑπὸ τοῦ φυσικοῦ καὶ οἰκείου θερμοῦ* (IV, 2, 3). — *ἂν ἦν* pro *ἂν εἴη* N. — *ἢ ὑδατώδες* omittit E.

11. *ἀπὸ τοῦ ἐν τῷ ὑγρῷ πυρός* intellige ignem ac calorem, adventitium, non naturalem, qui, cum omnibus corporibus insit *πῦρ*, adeoque etiam humoribus omnibus (cfr. *de generat. et interit.* II, 8, p. 335, a) hic quoque deprehenditur necesse est. — *τὰ γάρ* ..... *ὀπτᾶται* E. Alex. fol. 139, b. A. Vic. P. De vocabulo *τήγανον* cfr. Interpp. ad Mocrid. p. 330 sq. ed. Koch. — *ἔξω* pro *ἔξωθεν* E. — *πυρὰς* pro *θερμοῦ* F. — *εἰς ἑαυτὸ ἀναλαμβάνον ξηρόν*, addito postremo vocabulo. *αὐτό* Vic. ut et mox §. 12 *αὐτά* pro *αὑτά* et ita B. P.

12. *ἑψόμενον* P. ut dubites, num fortasse volnerit *ὀπτώμενον*, caius in locum saepenumero *ὀπτίμενον* scriptum reperitur. cfr. ad IV, 6, 6. — *τὰ ὀπτὰ τῶν ἑφθῶν* E. contra nexum sententiarum, quamvis primo obtutu verius videatur. — *θερμασίαν* Aristoteles *Probl.* I, 6, p. 859, b explicat excessum caloris: *ἡ δὲ θερμασία ὑπερβολὴ θερμότητος οὖσα ποιεῖ πυρετούς*. At recte, ni fallor, Bekk. codicum auctoritate (exceptis unius Vatic. 1253, X[a] signati) *φλεγμασία* recepit. — *ἑαυτά* pro *αὑτά* F. H. N. — *αὐτήν* pro *ἑαυτήν* A. Vide Matth. *Gr. gr.* I, p. 278. — Tota paragraphus paulo difficilior, quam ob rem Vincomercati verba adscribimus haec: Hoc elixatio ab assatione dissidet, quod a calore haec sicco, illa ab humido efficitur. Illud etiam requiritur, ut elixandae rei indefinitus humor, seu aëreus fuerit seu aqueus, ab humido illo calore superatus edocatur. Ita rerum elixarum

Digitized by Google

succi cum humido externo, in quo elixantur, miscentur, ob eamque causam saepe rebus elixis, ius, in quo coctae sunt, praestat: quare a rebus differunt, quae in satagine friguntur. Illae enim in humore calido, seu oleo, seu alia pingui materia coquuntur, verum ab ea non vincuntur, quin potius calefactae eum, quicunque sit, humorem vincu[illegible], eundemque victum ad se attrahunt, et id quidem non naturali earum calore, ut quidam putavit, sed eo, quem ex frixione contraxerunt, cum praesertim pingue facile admodum a calido trahatur. Eum autem attrahi humorem, argumento illud est, quod exsiccari facile et quoddammodo exsugi conspicitur. Neque id impedit, quod humor calidus, in quo res elixantur, perinde ut frixarum imminuatur et exsiccetur. Nam in vaporem aqua convertitur, non a re elixa attrahitur: oleum autem et pinguia omnia prae lentore suo vaporem non edunt, sed (quod in progressu explicabitur) suffitum solum. Eorum itaque imminutio ex eo potissimum accidit, quod a rebus frixis caloris efficientia attrahantur. Unde et res frixae illis refertae sunt, et suavitate iis praestant. Est vero et argumentum, quod de rerum elixarum ampliori, quam assarum siccitate Aristoteles attulit. Quod de rerum earum interioribus partibus, non exterioribus intelligendum est. Assarum enim rerum partes exteriores aicciores sunt, quam elixarum, utpote a calore sicco exsiccatae: e quarum partium siccitate evenit, ut interiores magis sint humectae, humore intus concluso, qui meatibus siccitate constipatis exire non potest. Quod rebus elixis non accidit, quarum partes exteriores ab humore semper ambiuntur, ob eamque causam non constipantur, ut qui intus est humor, facile possit educi. Intelligendum autem, ut Alexander ait, de assis, quae elixa prius non fuerunt: siquidem illa et intus et extra siccitate sunt affecta. Haec Vicomercatus. Addantur Aristotelis verba ex *Problem.* XX, 5, p. 928, a: *διὰ τί τὰ μὲν ἑψητά, τὰ δὲ ὀπτητά* (sc. *βρωτά*, quod ex antegresso problemate repetendum est); *ἢ ὅτι τὰ μὲν ὑγρότερα οὐ τοσοῦτον* (excidit ni fallor *ὑγραινθῆναι*, quod etiam in sua versione agnovit Gaza; aut saltem, ut saepe

numero factum est, contrarium ex contrario ξηρανθῆναι verbum supplendum. Cfr. Kühner *Gramm. gr.* Vol. II, p. 604 sq. Non offendit, quod ξηρανθῆναι in posteriore enuntiationis membro sit positum. Cfr. Eurip. *Orest.* 608: ὦ πλὴν γυναικὸς οὔνεκα στρατηλατεῖν, τἄλλ' οὐδέν (ubi in priore membro ad στρατηλατεῖν ex οὐδέν in posteriore supplendum δεινός), τὰ δὲ ξηρότερα οὐ μᾶλλον ξηρανθῆναι δεῖ· ἐψόμενα δὲ πάντα ὑγρότερα καὶ μαλακώτερα· τὰ δὲ ἧττον ὑγρά, ἂν πυρωθῇ, γίνεται ξηρά.

13. οἷον λίθοις omissa praepositione E. Cfr. *Problem.* XXIV, 11, p. 937, a: τῇ τοῦ ὑγροῦ ἐκλείψει γίνεται λίθος. Etiam in lignis tam exigua tantum humoris inest quantitas, ut Aristoteles IV, 7, 20 ea terrae aërisque esse dicat. At Plutarchus *Quaest. Sympos.* VI, 9 humiditatem addidit, quae, cum adurantur ligna, ab igne consumatur, cui alimentum sit, cum aëreae partes profligentur tamquam fumus, terreneae remaneant tamquam cinis. — ἔστι pro ἔνεστι E. — ἐν ξύλοις omisso articulo F.

14. λέγεται δὲ χρυσὸς ἕψεσθαι cfr. Platon. *Politic.* c. 41, p. 188 ed. Fischer, ubi aurum excoquendi ratio obiter exponitur, de qua adi Schneider, *Analect. metall. veter.* p. 4 sqq. *). καὶ τὰ μέν pro κατὰ μέν F. prima manu. — Negationem ante τὴν αὐτήν omisit pr. manu E. — μεταφοραῖς pro μεταφορᾷ pr. manus F. receptior enim διαφοραῖς. Metaphorice ex. gr. lina coqui dicuntur. cfr. Theophrast. *de igne* §. 48, p. 729: τινὰ δὲ τοσαύτης δεῖται θερμότητος, ᾗ ἐν λεπτοτέρῳ γίνεται τοῦ ὕδατος, ὥσπερ τὰ λῖνα καὶ οἱ στήμονες οἱ ἐψήμενοι. Huc pertinent *crudi lini* Plinii *Histor. natur.* XIX, 1. Cfr. quae de ὠμολίνῳ Schneiderus in lex. s. v. — οὐ γὰρ ἄρτια κεῖται τὰ ὀνόματα Alex. fol. 129, b. A. Vic. P. οὐ γὰρ κεῖται ὀνόματα ἄρτια, et q. s., quod fortasse verum esse evincitur scriptura codicis E., qui prima manu κρατεῖται exhibet pro κεῖται, addito deinceps ante ὀνόματα articulo. — ὄνομα pro ὀνόματα H. N. — Casterum ad verba οὐ γὰρ κεῖται .... διαφοραῖς cfr. ad IV, 2, 2.

*) Ὁ ἐψημένος χρυσὸς opponitur τῷ ἀπύρῳ, de quo vide Beckmann. ad Aristot. *de mir. ausc.* c. 45, p. 88. Cfr. in Antigon. Caryst. p. 234 ed. Beckm. notam Locellae.

Digitized by Google

15. ὅταν ἐν τῷ ὑγρῷ ὁ χυμός, transposito articulo E. F. N. Alex. Aldi fol. 130, a. Vic. B. — κύκλῳ καὶ ἔξωθεν cfr. Comment. ad I, 12, 11. Vol. I, p. 441 cum Add. p. 657. Adde Arrian. *Anabas.* I, 5: καταλαμβάνει τὰ κύκλῳ ὄρη τοῦ πεδίου.

16. τέλος natura, qua forma est. cfr. ad IV, 2, 5. τό pro ταὐτό F. — τὰ φάρμακα ἔψειν μὲν λέγομεν, addito μέν H. Ita et Latini *remedia coquere.* cfr. Macrob. *Saturnal.* VII, 16, p. 640, nisi de pictorum coloribus dictum est, ut apud Aristophan. *Ecclesiaz.* 720:

Νὴ Δία μέλαινά γ' οὐδ' ἂν εἰ τὸ φάρμακον
ἕψουσ' ἔτυχες, ᾧ Δυσικράτης μελαίνεται.

Cfr. Interpp. ad Moerid. p. 363 ed. Koch. Caeterum vix dubium esse potest, quin hic quoque locus, eaque quam obiter commemorat, loquendi ratio φάρμακα ἕψειν idoneam veteribus philosophi detractoribus occasionem praebuerit, qua oblata fabellam de Aristotele, post divitiarum a patre sibi derelictarum profusionem pharmacopola confirmarent atque commendarent, de qua vide Athen. VIII, 13, p. 354 Cas. Aristocl. Messen. ap. Euseb. *Praepar. Evang.* XV, 2. Cfr. Stahr *Aristotel.* Tom. I, p. 38 sq.

17. καὶ βαρύτερα A. Vic. B. — εἴς τα ὀρρόν addito τα F. H. N. vide, quae monebimus ad IV, 7. — πυετίαν pro πυτίαν N. et ita codd. in *Hist. animal.* πυτίαν F. πιτύαν Vic. B. P. cfr. *Histor. animal.* III, 21, p. 522, b: ἡ δὲ πυτία γάλα ἐστί· τῶν γὰρ ἔτι θηλαζόντων ἐστὶν ἐν τῇ κοιλίᾳ. γίνεται οὖν ἡ πυτία, γάλα ἔχον ἐν αὑτῷ πῦρ, ὃ ἐκ τῆς τοῦ ζῴου θερμότητος, πεττόμενον τοῦ γάλακτος, γίνεται. Cfr. etiam *de part. animal.* III, 15, p. 676, a, ubi iterum omnes codd. exhibent πυετίαν, Schneider. ad Vicandri *Alexipharm.* v. 373. Galen. *de simpl. medicam. faculs.* X. p. 274. Adscribimus etiam verba Sprengelii ad Dioscorid. II, 85, p. 446: πιτύα *derivatur a πήσσειν, πήττειν, ut πηττύα melius scribatur* (Theodor. Gaza *grammat.* p. 629 *ed. Neophyt. Hinc et Suidas:* πηττύα, ὁ ὀπὸς ὁ τυρεύων τὸ γάλα). *Alii, dum* πυτίαν *scribunt, a* πύος *eolostrum,* τὸ πρῶτον γάλα *nasci perhibent.* ὀρρός quoque non de *sero*

Digitized by Google

tantum lautis, sed etiam de coagulo dictum esse censet Nicles ad Antigon. Caryst. c. 24, p. 39 ed. Beckm. — εἰσίν pro ἐστίν F. cfr. ad 4, 3, 1. Vol. I, p. 330. — τούτων οὐθὲν πάσχει· οὐδὲ γὰρ παχύτερον, οὐδὲ λεπτότερον, οὔτε βαρύτερον, οὔτε κουφότερον γίνεται, ὥσπερ τὰ ἑψόμενα. ὀλιγοῦται δὲ μόνον. Verba sunt Olympiodori fol. 66, a.

18. οὐθὲν διαφέρει dedimus cum B. Iis, quae monuimus ad I, 8, 3. Vol. I, p. 413 adde Lobeck. ad Phrynich. p. 182, Trendelenburg. ad Aristot. *de anim.* I, 1, 5, p. 201 sq. — τεχν. καὶ φυσικοῖς, mutato ἤ in καί H. καὶ τεχν. καὶ φυσικ. N. φ. καὶ τ. F. ὄργανα φυσικά animalium partes vocantur, quae cum vitae sint quasi instrumenta, id agunt, ut alicui inserviant consilio. cfr. *de part. animal.* I, 1, p. 642, a: οὕτως καὶ ἐπειδὴ τὸ σῶμα ὄργανον (ἕνεκά τινος γὰρ ἕκαστον τῶν μορίων, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ὅλον), ἀνάγκη ἄρα τοιονδὶ εἶναι καὶ ἐκ τοιωνδί, εἰ ἐκεῖνο ἔσται. Trendelenburg. ad *de anim.* II, 1, 6, p. 331 laudat in hac re *de part. animal.* I, 4. II, 1. IV, 1, *de incess. animal.* c. 4. *de generat. animal.* II, 4. Caeterum, quamvis de naturali elixatione proprie h. l. esset disserendum, exempla tamen ab artificiali magis concoctione repetiit, quae cum ars imitetur naturam, tamquam exempla valere possunt elixationis a natura ipsa operatae. Quocirca etiam addidit verba: διὰ τὴν αὐτὴν γὰρ αἰτίαν πάντα ἔσται. — ἐάν τι γίνηται addito τι H. N. qui praeterea exhibet γένηται. — ἅπαντα pro πάντα H. N.

19. Ab ordine inchoato Aristoteles non discedens, post tractationem de elixatione disserit de mutatione illi contraria, quam μόλυνσιν appellat. Ut autem varias docuit esse elixationes, alias quidem veram et propriam ab humore calido proficiscentem, alias similitudine duntaxat et translatione dictas, sic imperfectas elixationes plures innuere videtur: unam, quae prima sit et verae elixationi adversetur, quam etiam definit: alias, quae aliis elixationibus opponantur, quas etsi non nominat, ex prima tamen (ut sit Alexander) intelligere facile est. Primam vero sic posuit, ut eius antea videretur meminisse. Quod cum nusquam fecerit, lectionem reddit

Digitized by Google

obscuram. Nam inquit: Erit autem contraria, quae prima dicta est; inconcoctio etc. Sed fortasse λεχθεῖσα dictum est ἀντὶ τοῦ λεγομένη, ut sit sensus, eam μόλυνσιν, quae primum dicitur, elixationi adversari, inconcoctionem esse etc. Quamquam Alexander potestate traditam esse μόλυνσιν primam inquiat, cum de prima et propria elixatione ageretur. Eum enim, qui definit elixationem veram ac propriam potestate quoque mutationem illi oppositam definire. Nonnulla exemplaria (A. B. P. G. p. 31 legendum censet: εἴη δ' ἂν ἐναντία τῇ πρώτῃ ἐψήσει ἀπεψία) hunc in modum habent: εἴη δ' ἐναντία ἡ τῇ πρώτῃ λεχθεῖσα ἀπεψία etc. Quorum verborum talis est sensus: Ea μόλυνσις, quae dicta est: primae videlicet elixationi, contraria erit inconcoctio etc. Sed utro modo legamus, eadem est obscuritas. Vicomercatus. Atqui omnia clara: ἡ πρώτη λεχθεῖσα ἀπεψία est *quae vulgo ἀπεψία dici solet, infimus inconcoctionis gradus.* De usu aoristi videantur Hermannus *de emend. rat. Gr. gr.* p. 186 sqq. ad Viger. nr. 162, p. 746 sqq. Matthiaeus *Gr. gr.* §. 506, p. 960. ἡ πρώτη ἀπεψία dictum est, ut ἡ πρώτη ψυχή *de anim.* II, 10, 14 appellatur infimus gradus, in quo animans cernitur, ac necessaria reliquarum facultatum conditio. cfr. Trendelenburg. p. 316 sq. Quod si lectorem ad superiora quaedam verba ablegare voluisset Aristoteles, procul dubio dixisset: ἡ πρότερον λεχθεῖσα ἀπεψία, quamvis apud seriores praesertim aevi scriptores πρῶτος pro πρότερος non ita rare occurrat. cfr. Abresch *Dilucidat. Thucyd.* p. 513. Bernhardy ad Dionys. *Perieget.* v. 889, p. 770. — μόλυνσις pro μώλυσις F. H. N. μώλυσιν sive μόλυνσιν etiam Theophrastus *de caus. plantar.* IV, 9, 6, p. 516 opponit τῇ ἐφήσει. cfr. Schneider. ad Aristot. *Histor. animal.* K, 7, p. 270. Imprimis autem conferendus est locus *de gener. animal.* IV, 7, p. 775, b sq.: περὶ μὲν οὖν τῆς τοῦ πάθους (molae) αἰτίας εἴρηται ἐν τοῖς προβλήμασιν. πύσχει γὰρ ταὐτὸν τὸ κύημα ἐν τῇ μήτρᾳ ὅπερ ἐν τοῖς ἑψομένοις τὰ μολυνόμενα, καὶ οὐ διὰ θερμότητα, ὥσπερ τινές φασιν, ἀλλὰ μᾶλλον δι' ἀυθένειαν θερμότητος. ἔοικε γὰρ ἡ φύσις ἀδυνατεῖν καὶ οὐ

Digitized by Google

δύνασθαι τελειῶσαι οὐδ' ἐπιθεῖναι τῇ γενέσει πέρας. διὸ καὶ συγκαταγηράσκει ἢ πολὺν ἐμμένει χρόνον· οὔτε γὰρ ὡς τετελειωμένον οὔθ' ὡς πάμπαν ἀλλότριον ἔχει τὴν φύσιν. τῆς γὰρ σκληρότητος ἡ ἀπεψία αἰτία· ἀπεψία γάρ τις καὶ ἡ μόλυνσίς ἐστιν. — μέν omittit E. — ἐναντία δ' ἐψήσει, addito δέ et omisso articulo F. Alex. fol. 130, b. Vic. P. — εἴη δ' ἐναντία omisso ἄν F. H. N. A. Vic. — τῷ ἐν τῷ σ. α. E. ἐν σώματι omisso articulo B. — τὸ πέριξ pro τῷ πέριξ N.

20. ἐκκρούεται γὰρ πέττουσα E. ἡ γὰρ πέττουσα ἐκκρούεται F. — ἡ πέττουσα sc. θερμότης. — πλῆθος sc. ὑγρότητος. Dubium videtur, ait Vicomercatus, quid per multitudinem intelligat, quae in re inest elixanda, sic, ut calorem humoris ambientis superet, seu plurimum humorem in se contineat, qui calore ambiente terminari non possit, caloris est defectio. Ad humorem tamen referendum esse, quemadmodum Alexander exponit, existimo. Sed id advertendum, non tantum in hac affectione seu inconcoctione, pancitatem, ab Aristotele referri, quamquam humor concoquendus modum, quod ad se attinet, non superet. Neutro enim modo inter calorem et humorem proportio servatur, quam amperius reperiri docuit, cum de concoctione et ortu dissereret (IV, 1, 6). Re igitur aliqua in humore, ut concoquatur, posita, sic ea, quae dicta est, caloris et humoris proportio non fuerit, μόλυνσις sequitur. Tum enim evenire ait, ut calor, qui in humore inest, ad elixandum assidente amplior sit, quam ut humorem, quem res elixanda obtinet, movere non queat: parcior autem, quam ut illum concoquat, atque aequabilem rei illi afferat concoctionem. Ex eo autem fieri, ut μεμολυσμένα, id est, imperfecte elixa, rebus elixis sint duriora, atque humida magis sint distincta. Quae illata conclusio difficultatem habet, breviterque admodum et concise conclusa est. Reliquum, quod de caloris ait motione et concoctione, clarum est et evidens, ut nihil magis. Difficultas autem est, quod leviter elixae et coctae carnes, molliores videntur et humidiores, quam quae perfecte. Id vero eo confirmatur, quod elixatione humor extrahitur, ut illud

Digitized by Google

humidius, ideoque mollius manere necesse sit, quod minus elixum est, quale est τὸ μεμολυσμένον. Illud etiam intellectu difficile, quod ait, humida magis distincta esse. Sed hoc Alexander exponit de inaequalitate concoctionis, quae rebus humidis, quae elixantur, accidit, ut lacti. Haec enim propter inaequalitatem dividuntur, et alia quidem parte concrescunt, alia diffluunt, quomodo lac partim in caseum concrescit, partim fluidum manet, quae seri est natura. Ad eam, quae allata est, difficultatem dici potest, carnes imperfecte elixas, imo eas, quae omnino sunt crudae, humidiores ac molliores videri propterea quod crudus humor, qui in iis inest, a partibus terreis atque siccis magis discretus sit, minusque cum illis contemperatus, quam in coctis et perfecte elixis. In his etenim partium, tum siccarum, tum humidarum in minimas partes quandam veluti divisionem, atque inter se temperationem et admixtionem concoctione perfecta fieri, ideoque minus humidas ac molles videri. Rerum autem imperfecte elixarum partes siccas et terreas dividi et cum partibus humidis temperari, ut aequalis quaedam et sibi similis constitutio ex partibus eius modi fieret, ob caloris imbecillitatem non posse, ob eamque causam duriores manere, quam perfecte elixarum. Nec obstat, quod elixatio humorem extrahat, ut Aristoteles docet, siccitatemque afferat, atque adeo duritiem. Nam, quae elixationi affertur, siccitas atque durities, minor est, quam quae in rebus crudis, aut imperfecte coctis inest. Est etenim rerum crudarum proprie durities. Ideo Hippocrates in quinto Aphorismorum cruditatem mollitiei opponit. Molles, inquit, de tumoribus loquens, boni, crudi vero mali. Quare crudum et durum, quod proprie molli adversatur, sint idem. A crudis autem parum absunt τὰ μεμολυσμένα, hoc est, quae dixi imperfecte elixa. Nam non ideo imperfecte elixa nominantur, quod iam elixari coeperint et ab igne seu calore humido antea fuerint remota, quam perfectam elixationem acciperent. Non enim haec est τῶν μεμολυσμένων ratio, quorum humorem a calore ambiente non vinci Aristoteles tradit. Eo itaque vocabulo appellantur, quod aliud

Digitized by Google

commodius non habeatur, quo affectio illa exprimatur. Similis enim quodam modo imperfectae elixationi videtur, ut quae fiat in calido humore. Sed cum res maneat inconcocta et veluti cruda, durior, quam elixa ab Aristotele merito ponitur. Haec Vicomercatus. — ὥστε κινῆσαι omissa negatione F. — ὁμαλύναι A. Vic. P. — μεμολυσμένα a verbo μολύνειν H. N. A. Vic. B. P.

21. μόλυνσις F. εἴρηται καὶ μόλυνσις H. N. — ἐστιν post διὰ τί omittit N. cfr. §. 10. — ὄπτησις etiam de pania concoctione, ac iure quidem ex mente Aristotelis, reperitur in *Geopon.* II, 32, 2. Ar. *Probl.* XXI, 12, p. 928, a, quamvis vulgo, et in ipsis *Geoponic.* II, 33, 5 [εὔπεπτος ἄρτος] πέψις usurpetur, uti alibi etiam ἕψειν v. c. *Geopon.* II, 35, 2: ἡψημένον ἄρτον. cfr. Zell ad Aristot. *Ethic. Nicom.* III, 3, 16, p. 91. — καί pro κἂν N. — ποιεῖ pro ποιῇ E. N. — Articulum ante ὑγροῦ omittit E. — ὑπὸ τῆς τοῦ πυρός, humoris nempe defectione. — ὑγρά et ξηρά θερμότης quid significent, docet Galenus *de assuetudin.* laudatus Vicomercato. — τελευτηθῇ pro τελεσθῇ F. — Negationem ante ἐφθόν omittit A. ἐφθέν pro ἑφθόν N. — προσκεκλύσθαι pro προσκεκαῦσθαι E. — λύεται pro γίνεται A. — Verba ὅταν ξηρότερον γίνηται omittit F.

22. Locum ante oculos habuit Philochorus Athenaei *Deipnosoph.* XIV, p. 656: Ἀθηναῖοι δ', ὥς φησι Φιλόχορος, ταῖς Ὥραις θύοντες οὐκ ὀπτῶσιν ἀλλ' ἕψουσι τὰ κρέα· παρατούμενοι τὰς θεὰς ἀπείργειν τὰ περισκελῆ καύματα καὶ τοὺς αἰχμούς, μετὰ δὲ τῆς συμμέτρου θερμασίας καὶ ὑδάτων ὡραίων ἐπιτελεῖν τὰ φυόμενα. τὴν μὲν γὰρ ὄπτησιν οὐ μόνον τὴν ὠμότητα περιαιρεῖν, ἀλλὰ καὶ τὰ σκληρὰ μαλάττειν δύνασθαι, καὶ τὰ λοιπὰ πεπαίνειν, ἔτι δὲ εὐμενέστερον καὶ ἀκινδυνότερον πεπαίνει τὴν τροφήν. Διόπερ ἑφθὸν ἑποπτᾶν οὔ φασι δεῖν, οὐδ' ἐφέψειν· τὸ μὲν γὰρ ἀνάλυσιν ἔχειν δοκεῖ τοῦ βελτίονος, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης· τὰ δὲ ὀπτὰ τῶν ἑφθῶν ὠμότερα καὶ ξηρότερα, quae ad verba miram de hoc nostro loco iudicium tulit Schweighaeuserus Tom. VII, p. 634. Cfr. Stahr *Aristotel.* I, p. 70 not. II,

Digitized by Google

p. 96. 288. Cfr. *Problem.* XXXVII, 3, p. 966, a: *οὐ δεῖ πυκνοῦν τὴν σάρκα πρὸς ὑγιείαν, ἀλλ' ἀραιοῦν. ὥσπερ καὶ πόλις ὑγιεινή ἐστι καὶ τόπος εὔπνους (διὸ καὶ ἡ θάλαττα ὑγιεινή), οὕτω καὶ τὸ σῶμα εὔπνουν, μᾶλλον ὑγιεινόν ἐστι τοῦ ἐναντίως ἔχοντος. δεῖ γὰρ ἢ μὴ ὑπάρχειν μηθέν, ἢ τούτου ὡς τάχιστα ἀπαλλάττεσθαι. καὶ δεῖ οὕτως ἔχειν, ὥστε λαμβάνον εὐθὺς ἐκκρίνειν τὴν περίττωσιν, καὶ εἶναι ἐν κινήσει ἀεὶ καὶ μηδέποτε ἠρεμεῖν. τὸ μὲν γὰρ μένον σήπεται, ὥσπερ καὶ ὕδωρ τὸ μὴ κινούμενον· σηπόμενον δὲ νόσον ποιεῖ. τὸ δὲ ἐκκρινόμενον πρὸ τοῦ διαφθαρῆναι χωρίζεται. τοῦτο οὖν πυκνουμένης μὲν τῆς σαρκὸς οὐ γίνεται (ὡσπερεὶ γὰρ ἐμφράττονται *) οἱ πόροι), ἀραιουμένης δὲ συμβαίνει. διὸ καὶ οὐ δεῖ ἐν τῷ ἡλίῳ γυμνὸν βαδίζειν (συνίσταται γὰρ ἡ σὰρξ καὶ κομιδῇ ἀποσαρκοῦται. τὸ μὲν γὰρ ἐντὸς ὑγρὸν διαμένει, τὸ δ' ἐπιπολῆς ἀπαλλάττεται ἐξατμιζόμενον, ὥσπερ καὶ τὰ κρέα τὰ ὀπτὰ τῶν ἑφθῶν μᾶλλον τὰ ἐντὸς ὑγρά ἐστιν), οὐδὲ δεῖ τὰ στήθη γυμνὰ ἔχοντα βαδίζειν ἐν ἡλίῳ (ἀπὸ γὰρ τῶν ἄριστα ᾠκοδο-*

---

*) Monendum nobis erat ad I, 8, 4. Vol. I, p. 414 vocabulum *ἀντιφράττειν* Anaxagoricum esse, cuius usum diligenter exposuit Trendelenburgius ad *de anim.* II, 4, 3, p. 468, docens, adhibitum esse verbum et substantivum inde derivatum in una maxima re, si quod corpus caeleste inter lumen id, quod collustratur, ita interponitur, ut lumen intercipiatur, qua in re laudat *Analyt. poster.* II, 2. p. 90, a. *de caelo* II, 13, p. 293, b. *Meteor.* II, 8, 31. Stob. *Eclog. phys.* I, 27, 1. Tom. I, p. 560 Heeren (Schaubach *fragm.* p. 168). Verbo *ἀποφράττειν* eadem significatione, qua Aristoteles *ἐπιφράττειν* posuit, utitur Plato *Tim.* p. 91: *τὸ πνεῦμα τὸ τοῦ σώματος διεξόδους ἀποφράττον.* Theophrastus *de igne* §. 15, p. 710: *ἐμφράττον τοὺς πόρους.* Ar. *Problem.* III, 13, p. 872, b. Pariter monendum erat ad II, 9, 6, etiam verba *σίζειν καὶ ψοφεῖν*, quibus utitur Aristoteles *Analyt. poster.* II, 10 posteriores illos Pythagoraeos, de quibus illo in loco sermo est, ab Anaxagora deprompsisse, saepenumero iisdem uso. Vide Arist. *Probl.* XI, 33, p. 903, a: *πότερον, ὥσπερ Ἀναξαγόρας φησί, διὰ τὸ τῆς μὲν ἡμέρας σίζειν καὶ ψοφεῖν τὸν ἀέρα θερμαινόμενον ὑπὸ τοῦ ἡλίου* (cfr. Schaubach p. 189 sq.). — Vox Democritea *διαθιγή*, quae occurrit apud Aristotelem *de generat. et inter.* I, 2, p. 315, b. I, 9, p. 327, a ac saepius, hodienum in lexicis deest, quibus accedat.

Digitized by Google

μεμένων τοῦ σώματος ὁ ἥλιος φέρεται, ὃ ἥκιστα δεῖται ἀφαιρέσεως), ἀλλὰ μᾶλλον τὰ ἐντὸς ξηραντέον. ἐκεῖθεν μὲν οὖν διὰ τὰ πόρρω εἶναι, ἐὰν μὴ μετὰ πόνου, οὐκ ἔστιν ἑδρῶτα ἄγειν, ἀπὸ τούτων δέ, διὰ τὸ πρόχειρα εἶναι, ῥᾴδιον ἀναλῶσαι τὸ ὑγρόν. — χειροτμήτων pro χειροκμήτων E. — μᾶλλον pro μεῖζον H. N. Alex. fol. 130, b. A. Vic. B. prorsus omittit F. — χαλεπὸν γὰρ καὶ τά et q. s. addito καί F. — τὰ ἐκτὸς καὶ τὰ ἐντός, mutato verborum ordine F. H. N. τὰ ἐντὸς καὶ ἐκτὸς καὶ τὰ ἐκτός P. — αἰεί B. P. et ita ubique in Aristotele scribendum esse censuit Goetlingius ad Aristot. *Politic.* I, 5, p. 303. — ἐγγύτερα pro ἐγγύτερον N. — θερμαίνεται pro ξηραίνεται E. — Conferantur praeterea ad hanc paragraphum verba Theophrasti *de igne* §. 74, p. 731: καὶ γὰρ ἐνταῦθα [ἐπὶ τῶν κακῶς ὀπτωμένων] τὸ μὲν ἔξω κάεται, τὰ δ' ἐντὸς ὠμά, πυκνουμένων καὶ οὐ διϊέντων τῶν πόρων. διὸ καὶ μαλακότητα καὶ συμμετρίαν τινὰ ζητοῦσι πρὸς τὴν ὄπτησιν. καὶ ἐργωδέστερόν φασι τὸ καλῶς ὀπτῆσαι, καὶ μᾶλλον τέχνης, ἢ τὸ ἑψῆσαι.

23. Dubitatio est, quoniam calore aperiri potius, quam coire videntur meatus, frigus autem ad eorum constrictionem esse aptissimum. Etenim densare frigoris est munus, caloris laxare, ut Aristoteles docet in quinto de animalium procreatione: compertumque esse et ab omnibus comprobatum videtur *). Quod animalium corpora experiuntur, quorum meatus hieme astringuntur, aetate laxantur, ob eamque causam per aestatem sudores educuntur, qui frigido atque hiberno tempore educi non possunt **). Cuius rei gratia, cum sudorem medici volunt educere, aegrotum calidum esse et optime tectum iubent. Id quoque huius rei argumentum est evidens,

---

*) V, 3, p. 782, a: σκληρύνει μὲν οὖν καὶ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρόν· ἐξατμίζεσθαι γὰρ ὑπ' ἀμφοτέρων συμβαίνει τὸ ὑγρόν. ὑπὸ μὲν οὖν τοῦ ὑγροῦ καθ' αὑτό· ὑπὸ δὲ τοῦ ψυχροῦ κατὰ συμβεβηκός. μετὰ τοῦ θερμοῦ γὰρ συνεξέρχεται. οὐδὲν γὰρ ὑγρὸν ἄνευ θερμοῦ. ἀλλὰ τὸ μὲν ψυχρὸν οὐ μόνον σκληρύνει, ἀλλὰ καὶ πυκνοῖ· τὸ δὲ θερμὸν μανότερον ποιεῖ.

**) Vide *Problem.* II, 33 et 42, p. 869, b. p. 870, b.

Digitized by Google

quod, quae calida sunt, aperiendi vim habent, quae frigida astringendi. Oportebat igitur, rerum assarum meatus per igneum calorem aperiri potius et laxari, quam coire, ideoque aequabiliter concoqui. Sed dici potest, calorem alium humidum esse, alium siccum, ut Galenus etiam docet in libro de assuetudinibus. Ac calorem quidem humidum laxare ac meatus aperire, quomodo calida balnea atque etiam hypocausta *) facere intuemur. Eum autem, qui siccus est, quamvis, cum temperatus est et initio, aperiat meatus, qui tamen vehementior est, qualis est ignis, et tempore procedente, illos constringere, sicciores reddendo: siquidem contractius omne id redditur, quod siccius. Sic assarum rerum meatus ignis claudit et densat, qui idem in rebus elixis aperiuntur, ut quae in calore humido concoquantur. Sic in animalium corporibus humores trahit, ut libro quarto Aphorismorum docet Galenus, cum causam reddit, cur Hippocrates prohibeat, purgationes fieri sub Cane. Calor, inquit, aestivus contrariam habet actionem, atque purgationes habeant: siquidem extrahit, illis intus trahentibus. Quod si aestatis temperies calida et sicca, solis praeterea aestivus calor cum siccitate coniunctus obiiciatur, respondendum est, Solis calorem aestivum, si validior sit, ut in Aethiopia, aut etiam si diu corpori inhaeserit, idem, quod ignis, efficere, siccare videlicet, adurere atque adstringere. Unde Galenus in libro, quem nominavi, de assuetudinibus, docet calidam causam, veluti solem, cum alicui corpori diu inhaeserit, contrarium ei, quae a principio, affectionem in illud inducere, ac in principio quidem humores evocare, cutim deprimere, molliorem ac rariorem carnem reddere, procedente tempore duram et aridam, potissimum si nudus in eo quispiam moretur. Quod messoribus et nautis accidere videmus, quorum dura siccaque fit cutis **). Similiter ei, quae solidorum est animalium. Quamobrem constat, solis calore siccitatem fieri, perinde atque

*) Schneider ad Vitruv. V, 10.

**) Cfr. *de generat. animal.* V, 3, p. 782, a.

Digitized by Google

igneo. Sed non omnem calorem exsiccare, ut quidam putaverunt, ab humido etiam calore siccitatem fieri arbitrantes, docuit Galenus in fine secundi de temperamentis. Sic sublatam esse arbitror eam, quae suboriebatur, difficultatem. Vicomercatus. — τὸ ἐνυπάρχον omisso ὑγρόν E.

24. Vicomercatus legit ἐστὶ δέ, ὥσπερ λέγομεν, τὰ εἴδη καθόλου ταῦτα (quod pro ταὐτά exhibent etiam H. Alex. fol. 131, a. A. B., qui prorsus consentiunt cum Vicomercato) καὶ φύσει ὅμοια τὰ γινόμενα πάθη. Ex vetere translatione affert lectionem nostrae proxime accedentem: ἐστὶ δέ, ὥσπερ λέγομεν, τὰ εἴδη τὰ ταῦτα καὶ φύσει· ὅμοια γάρ et q. s., quam longe a vera huius loci sententia abesse censuit, siquidem ponat has species, id est elixationem et assationem esse in natura, quod tamen Aristoteles hic non tradat, sed similes quasdam affectiones, quas ars sit imitata, quae nomine careant. At omnia recte se habent, ubi cum Bekkero ex codicum auctoritate, uti fecimus, ταὐτά legimus. Etenim in antegressis exempla omnia ferme a rebus arte comparatis repetiit: quod non nisi perspicuitatis gratia fecit, quam ob rem nunc monet, easdem affectiones observari posse in ipsis naturalibus corporibus, at nomine fere omnes carere, indeque iis imponenda esse nomina ab operationibus artificialibus depromta. — τὰ εἴδη ταὐτὰ καθόλου inverso verborum ordine F. — μεμεῖται γὰρ ἡ τέχνη τὴν φύσιν. Cfr. omnino *Physic.* II, 2. p. 194, a: εἰ δὲ ἡ τέχνη μιμεῖται τὴν φύσιν, τῆς δὲ αὐτῆς ἐπιστήμης εἰδέναι τὸ εἶδος καὶ τὴν ὕλην μέχρι του (οἷον ἰατροῦ ὑγιείαν καὶ χολὴν καὶ φλέγμα, ἐν οἷς ἡ ὑγίεια, ὁμοίως δὲ καὶ οἰκοδόμου τό τε εἶδος τῆς οἰκίας καὶ τὴν ὕλην, ὅτι πλίνθοι καὶ ξύλα· ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων), καὶ τῆς φυσικῆς ἂν εἴη τὸ γνωρίζειν ἀμφοτέρας τὰς φύσεις. ἔτι τὸ οὗ ἕνεκα καὶ τὸ τέλος τῆς αὐτῆς, καὶ ὅσα τούτων ἕνεκα. ἡ δὲ φύσις τέλος καὶ οὗ ἕνεκα· ὧν γὰρ συνεχῶς τῆς κινήσεως οὔσης ἔστι τι τέλος κινήσεως, τοῦτο ἔσχατον καὶ τὸ οὗ ἕνεκα. διὸ καὶ ὁ ποιητὴς γελοίως προήχθη εἰπεῖν·

ἔχει τελευτήν, ἥσπερ οὕνεκ' ἐγένετο.

Digitized by Google

βούλεται γὰρ οὐ πᾶν εἶναι τὸ ἔσχατον τέλος, ἀλλὰ τὸ βέλτιστον, ἐπεὶ καὶ ποιοῦσιν αἱ τέχναι τὴν ὕλην αἱ μὲν ἁπλῶς αἱ δὲ εὐεργόν, καὶ χρώμεθα ὡς ἡμῶν ἕνεκα πάντων ὑπαρχόντων. ἐσμὲν γέρ πως καὶ ἡμεῖς τέλος· διχῶς γὰρ τὸ οὗ ἕνεκα· εἴρηται δ' ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας. δύο δὴ αἱ ἄρχουσαι τῆς ὕλης καὶ αἱ γνωρίζουσαι τέχναι, ἥ τε χρωμένη καὶ τῆς ποιητικῆς ἡ ἀρχιτεκτονική. διὸ καὶ ἡ χρωμένη ἀρχιτεκτονική πως, διαφέρει δὲ ᾗ ἡ μὲν τοῦ εἴδους γνωριστική, ἡ ἀρχιτεκτονική, ἡ δὲ ὡς ποιητικὴ τῆς ὕλης· ὁ μὲν γὰρ κυβερνήτης ποιόν τι τὸ εἶδος τοῦ πηδαλίου γνωρίζει καὶ ἐπιτάττει, ὁ δ' ἐκ πείσου ξύλου καὶ ποίων κινήσεων ἔσται. ἐν μὲν οὖν τοῖς κατὰ τέχνην ἡμεῖς ποιοῦμεν τὴν ὕλην τοῦ ἔργου ἕνεκα, ἐν δὲ τοῖς φυσικοῖς ὑπάρχει οὖσα (cfr. *de generat. et interit.* II, 9, p. 335, b); Theophrast. *de lapid.* §. 60, p. 702: τὰ μὲν μιμεῖται τὴν φύσιν ἡ τέχνη, τὰ δὲ καὶ ἴδια ποιεῖ. — ἐν σώματι omisso articulo F. — ἐστὶν ἐψήσει transposito ἐστίν F. — ἐν τῷ ὑγρῷ addito articulo H. N. — θερμότητος in margine posuit F. — γίνονται pro γίνεται H. N. — καὶ ante ἀπεψίαι omittit F. *Cruditates* intelligit, indigestione provocatas, de quibus vide Macrob. *Saturnal.* VII, 4, p. 587 sqq. Columell. VI, 6. Veget. III, 37. *Geoponic.* XIV, 22, 2. XVII, 17. Galen. *de symptom. caus.* III, p. 206. *de composit. medic. secund. loc.* VIII, p. 195. — μωλύνσει E. μολύνσει F. H. N. — Totum autem hunc laudavit locum eoque contra Erasistratum argumento usus est Galenus *de natur. faculi.* III, 7, Vol. II, p. 166 sq. (V, p. 62 ed. Charter. I, p. 111 ed. Bas.): πολὺ δ' εὐηθέστερός ἐστι καὶ γελοιώτερος ὁ Ἐρασίστρατος, ἢ μὴ νοῶν, ὅπως εἴρηται πρὸς τῶν παλαιῶν ἡ πέψις ἐψήσει παραπλήσιον ὑπάρχειν, ἣν ἑκὼν σοφιζόμενος ἑαυτόν. ἐψήσει μὲν οὖν φησὶν οὗτος, ἐλαφρὰν ἔχουσαν θερμασίαν οὐκ εἰκὸς εἶναι παραπλησίαν τὴν πέψιν, ὥσπερ ἢ τὴν Αἴτνην δέον ὑποθεῖναι τῇ γαστρί, ἢ ἄλλως αὐτῆς ἀλλοιῶσαι τὰ σιτία μὴ δυναμένης, ἢ δυναμένης ἀλλοιοῦν μέν, οὐ κατὰ τὴν ἔμφυτον δὲ θερμασίαν, ὑγρὰν οὖσαν δηλονότι, καὶ διὰ τοῦθ' ἕψειν, οὐκ ὀπτᾶν εἰρημένην. ἐχρῆν δ' αὐτόν, εἴπερ περὶ πραγμάτων ἀντιλέγειν ἐβούλετο, πειραθῆναι δεῖξαι, μάλιστα μὲν καὶ πρῶτον

Digitized by Google

τὴν γαστέρα, ὡς οὐδὲ μεταβάλλει τὴν ἀρχήν, οὐδ' ἀλλοιοῦται κατὰ ποιότητα πρὸς τῆς γαστρὸς τὰ σιτία· δεύτερον δέ, εἴπερ μὴ οἷός τε ἦν τοῦτο πιστώσασθαι, τὸ τὴν ἀλλοίωσιν ἄχρηστον εἶναι τῷ ζῴῳ· εἰ δὲ μηδὲ τοῦτ' εἶχε διαβάλλειν, ἐξελέγξαι τὴν περὶ τὰς δραστικὰς ἀρχὰς ὑπόληψιν, καὶ δεῖξαι, τὰς ἐνεργείας ἐν τοῖς μορίοις οὐ διὰ τὴν ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ ποιὰν κρᾶσιν ὑπάρχειν, ἀλλὰ δι' ἄλλο τι· εἰ δὲ μηδὲ τοῦτ' ἐτόλμησε διαβάλλειν, ἀλλ' ὅτι γε μὴ τὸ θερμόν ἐστιν ἐν τοῖς ὑπὸ φύσεως διοικουμένοις τὸ τῶν ἄλλων δραστικώτατον· ἢ εἰ μηδὲ τοῦτο μήτε τῶν ἄλλων τι τῶν ἔμπροσθεν εἶχεν ἀποδεικνύναι, μὴ ληρεῖν ὀνόματι προσπαλαίοντα μάτην, ὥσπερ οὐ σαφῶς Ἀριστοτέλους ἔν τ' ἄλλοις πολλοῖς κἀν τῷ τετάρτῳ τῶν μετεωρολογικῶν, ὅπως ἡ πέψις ἐψήσει παραπλήσιος εἶναι λέγεται, καὶ ὅτι μὴ πρώτως μηδὲ κυρίως ὀνομαζόντων, εἰρηκότος. ἀλλ' ὡς ἤδη λέλεκται πολλάκις, ἀρχὴ τούτων ἁπάντων ἐστὶ μία, περὶ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ διασκέψασθαι, καθάπερ Ἀριστοτέλης ἐποίησεν ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, ἀποδείξας ἁπάσας τὰς κατὰ τὸ σῶμα μεταβολὰς καὶ ἀλλοιώσεις ὑπὸ τούτων γίγνεσθαι. ἀλλ' Ἐρασίστρατος οὔτε τούτοις οὔτε ἄλλῳ τινὶ τῶν προειρημένων ἀντειπών, ἐπὶ τοὔνομα μόνον ἐτράπετο τῆς ἐψήσεως. ἐπὶ μὲν οὖν τῆς πέψεως, εἰ καὶ τἆλλα πάντα παρέλιπε, τὸ γοῦν, ὅτι διαφέρει τῆς ἐκτὸς ἐψήσεως ἡ ἐν τοῖς ζῴοις πέψις, ἐπειράθη δεικνύναι. Ubi nisi simul respexit ad IV, 2, 2: δεῖ δ' ὑπολαμβάνειν μὴ κυρίως ταῦτα λέγεσθαι τὰ ὀνόματα τοῖς πράγμασιν, quae ad singula quae recensuerat concoctionis genera spectare videntur magis, quam ad ipsam concoctionem, dubitari nequit, quin nostrum locum paulo pleniorem ante oculos habuerit Galenus. Cfr. etiam Galen. *in Hippocrat. de aliment. commentar.* III, 7. Tom. XV, p. 247: ὁ δ' Ἐρασίστρατος γέλοιός τε καὶ ἀμαθής ἐστι. σαφῶς γὰρ Ἀριστοτέλους λέγοντος τὴν πέψιν ἐψήσει παραπλήσιον ὑπάρχειν, ὅπως τοῦτο λέγεται, οὐχ οἷός τε ἦν εἰδέναι. φησὶ γὰρ οὐκ εἰκὸς εἶναι τὴν πέψιν παραπλήσιον τυγχάνειν τῇ ἐλαφρὰν ἐχούσῃ θερμασίαν, ὥσπερ ἀεὶ πῦρ καὶ φλόγα ὑποτεῖναι τῇ γαστρί, ὥσπερ καὶ λέβητι, ἢ ἄλλως αὐτῆς

Digitized by Google

ἀλλοιῶσαι τὰ σπέρματα μὴ δυναμένης. ἀλλὰ περὶ τούτων ἀκριβείας τε καὶ ἀμαθίας εἴρηταί μοι ἐν τοῖς περὶ φυσικῶν δυνάμεων ὑπομνήμασιν.

25. Totus hic locus mancus nobis esse videtur, ut plures alii ex prioribus libris, de quibus suo loco diximus (cfr. Prolegom. Vol. I, p. XII sq. *)). Ut illud taceamus, quod paulo ante monuimus, pleniorem olim legisse hunc locum Galenum, quam quemadmodum hodie deprehenditur, aliud etiam adest argumentum plura h. l. intercidisse, interruptus sententiarum nexus. Videtur enim deesse enuntiatio quaedam, qua dicendum erat, quosdam philosophos discrimen statuisse inter alimentorum in corpore naturali concoctionem et artificialem illam, de qua hucusque egerat, eiusque rei argumentum attulisse, quod vermes quidam nasci soleant in ventre et excrementis, qui facilius ex putridis, quam ex concoctis alimentis procreari posse videantur, ut non tam concoctionem quam putrefactionem fieri dixerint. Contra quod argumentum, quod non nisi obiter tangit, disertius alio in loco se ea de re egisse profitens (ni fallimur in libris, qui interciderunt, περὶ τροφῆς, de quibus vide supra ad IV, 2, 6, cum in operibus eius, qualia hodie supersunt, nihil, quod huc pertineat, deprehendatur) h. l. id tantummodo monet, concoctionem fieri in

*) Ubi tamen non erat tacendum, non magni ponderis esse in locis veterum, quos serioris aevi scriptores uberiores ante oculos habuisse videntur, ponderandis, quod eius modi allegationes saepenumero non ex ipsorum operum inspectione profluerent, sed aliorum scriptorum mentioni originem deberent. Qua de re conferendus est Schneider ad Arist. *Hist. animal.* Vol. I, p. XVIII: *Itaque, ubi Aristoteles appellatur a serioribus scriptoribus, meminisse debemus, notitias saepe ex rivulis satis lutulentis, quam ex ipso fonte haustas tradi. Quod vel in Plinii historia naturali locum habet; qui raro aut numquam Aristotelis libros inspexisse et interpretatus esse, sed quaecunque Aristotelem antestatus refert, ex Fabiani Papirii vel Pompeii Trogi libris de animalibus, ex Aristotelicis conversis, transtulisse videtur.* Cfr. Stahr *Aristotel.* II, p. 98 sq. Quod quamvis in hunc nostrum locum non quadret, de nonnullis tamen valet eorum, quos l. l. mancos ex veterum scriptorum auctoritate suspicati sumus.

Digitized by Google

superiore ventre, putredinem quandam in inferiore: vermes nasci in inferiore, nec nisi rare in superiorem adscendere, ut re vera animalibus, quae ex putridis substantiis oboriantur, adnumerandi sint (cfr. ad IV, 1, 18.), concoctio autem alimentorum nihilo secius fiat in corporibus animatis, de qua egit *de part. animal.* III, 14, p. 674, a. — De partitione ventris in superiorem et inferiorem diximus in Comment. ad II, 4, 15, Vol. I, p. 553. Vide etiam de utriusque officio Aristot. *de part. animal.* II, 3, p. 650, a. Galen. *in Hippocrat. de humorib. Comm.* II. Tom. XVI, p. 340. *in Hippocrat. de acut. vict. Comm.* IV. Tom. XV, p. 896, qui et de nominum varia apud veteres acceptione egit. — De vermibus, praesertim lumbricis, alvum occupantibus adi *Histor. animal.* V, 19, p. 551, a: [*Γίνεται*] τὰ δ' ἐν τοῖς περιττώμασι· καὶ τούτων τὰ μὲν ἐκ κεχωρισμένων, τὰ δ' ἐν τοῖς ζῴοις, οἷον αἱ καλούμεναι ἕλμινθες. ἐστὶ δὲ αὐτῶν γένη τρία, αἵ τε ὀνομαζόμεναι πλατεῖαι καὶ στρογγύλαι, καὶ αἱ τρίτον καλοῦνται ἀσκαρίδες· ἐκ μὲν οὖν τούτων ἕτερον οὐθὲν γίνεται· ἡ δὲ πλατεῖα προσπέφυκε μόνῳ τῷ ἐντέρῳ καὶ ἀποτίκτει τι, οἷον ακύου σπέρμα· ᾧ γινώσκουσι σημείῳ οἱ ἰατροὶ τοὺς ἔχοντας αὐτήν. *Problem.* XX, 12, p. 924, a. Theophr. *Hist. plant.* IX, 18, 8, p. 323. Dioscorid. *Empor.* c. 66 sqq. Tom. II, p. 281 sqq. Galen. in Hippocrat. *Aphorism.* Tom. XVII. Part. II, p. 635 sq.: ἕλμινθες δὲ καὶ ἀσκαρίδες ἀνὰ λόγον ἐοίκασι γίνεσθαι τοῖς ἄλλοις ζῴοις, ὅσα τὴν γένεσιν οὐκ ἐκ σπερμάτων, ἀλλ' ἐκ σηπεδόνος ἔχει μόνον. μόνη γὰρ οὐχ ἱκανὴ ταῦτα γεννῆσαι σηπεδών, ἀλλὰ καὶ θερμασίας πολλῆς προσδεῖται. διαφθείρεται μὲν οὖν ἡ τροφὴ πολλάκις ἐν τῇ γαστρὶ καὶ μάλιστα ἐν τῇ κάτω τοῖς παιδίοις. ἀλλ' ἡ θερμασία τοῖς μὲν πάνυ νέοις οὐδέπω τῆς ὕλης ἐγκρατὴς ἐστι. τῶν δὲ τηλικούτων καὶ τὴν ὕλην ἐπέχει τὴν ἐπιτήδειον εἰς ζῴων τοιούτων γένεσιν, ἐπ' αὐτῇ τε τὴν θερμασίαν προσείληφεν. ἀσκαρίδες μὲν οὖν εἰσι λεπταί τινες ἕλμινθες, ἐν τῷ κάτω μάλιστα τοῦ παχέος ἐντέρου μέρει γεννώμεναι καὶ φαίνονταί γε πλεῖσται σαφῶς ἐπὶ τῶν ἀπεπτούντων ὑποζυγίων γεννώμεναι. τὴν δ' ἀπεψίαν αὐτῶν ἡ δυσωδία τῶν διαχωρημάτων ἐκθεικνυται. τὸ

δ' ἄλλο γένος τῶν ἑλμίνθων αἱ στρογγύλαι γιγνόμεναι μὲν ἐν τοῖς ἄνω μᾶλλον ἐντέροις, ὥστε καὶ εἰς αὐτὴν ἐπιβαίνουσιν ἔστιν ὅτε τὴν γαστέρα. πολὺ δὲ πλείους αὗται τῶν ἀσκαρίδων ἐν τοῖς παισὶ γίνονται· σπανιωτέρα δὲ ἡ τῆς πλατείας ἑλμινθος γίνεσίς ἐστιν, ἥτις καὶ μακροτάτη γίνεται, παρεκτεινομένη πολλάκις ἄνωθεν τοῖς ἐντέροις. Schneider ad *Histor. animal.* Cur. Post. Vol. IV, p. 404. Cels. *de medic.* IV, 17. Plin. *Histor. natur.* XX, 14. — Adscribimus etiam Vicomercati verba, quae ad huius paragraphi explicationem faciunt, haec: Cur hanc animalium in alvo inferiori procreationem in hunc locum inseruerit, non facile est videre, cum nulla re propemodum cum his conveniant, quae hactenus sunt tradita. Nisi fortasse eius meminerit, ut cum alimenti concoctionem elixationi similem esse docuisset, praeterea alias esse inconcoctionis pravae elixationi similes, obiectioni tacitae responderet, quae concoctionem illam, elixationem non esse, sed potius putredinem obiici poterat, cum animalia in ea innascantur, quae ex sola putredine ortum ducunt. Obiectionem igitur hanc tollens, animalia haec tradit in alvo inferiori generari, in qua alimenti excrementum putrescit, non in superiori, in qua eiusdem efficitur concoctio. In eam autem, cum genita sunt, ex inferiori conscendere. Est vero alvus inferior, pars ea, quae inter umbilicum et pudenda interiacet. Qua in parte intestina sunt collocata, in quae alimenti excrementum siccum recipitur. Superior inter septum transversum et umbilicum est posita, ventriculumque continet, in quo fit alimenti concoctio. Sic alvum Galenus ex Hippocratis sententia saepenumero partitur. Quamquam etiam superiorem alvum pro ea parte interdum Hippocrates interdum acceperit, quam a thorace circumscriptam, pulmones apprehendunt, ut cum libro septimo Aphorismorum ait, destillationem in ventrem superiorem viginti diebus putrescere *). Cum igitur in alvum

*) Ventris superioris nomine apud Hippocratem saepenumero thoracem appellari, disertus auctor est Galenus *in Hippocrat. Aphorism.* Commentar. VII. Tom. XVIII. Part. I, p. 141.

Digitized by Google

inferiorum excrementa concoctionis descendant, eaque ipsa facile putrescant, in eius modi alvo animalia gignuntur. Putrescere autem facile excrementa illa protuli, quod auctore Galeno excrementorum omnium id sit commune, ut si in corpore diutius retineantur, putrescant, alia quidem spatio breviori, alia longiori. Cuius ratio haec videtur esse, quod, cum a calore naturali non superentur (siquidem cibi excrementum ea sit particula, quam naturalis calor vincere non potest), ab externo atque adventitio evincitur, quae putredinis est ratio, ut antea est traditum. Alimento autem, seu etiam excremento externum et adventitium eum omnem dicimus, qui ad illius concoctionem a natura institutus non fuit. Cum igitur id excrementum putret, quod in alvo inest inferiori, animalia ex eo saepenumero gignuntur, potissimum in pueris, quorum insitus calor copiosus est, qui ad ea generanda praeter putredinem requiritur, ut in tertio Aphorismorum Galenus tradit. Quo in loco animalia haec ex corruptione docet procreari, quae corruptio seu putredo in alvo fiat, potissimum inferiori. Eandem enim horum esse rationem, quae animalium est, e re putrida extrinsecus genitorum. Cum autem animalia haec, quae ἕλμινθες et ἀσκαρίδες a Graecis, lumbrici a Latinis dicuntur, in alvo inferiori, hoc est, in intestinis gignantur, eorum quaedam in parte inferiori crassi intestini generantur, ut in iumentorum non concoquentium excrementis complura ex iis cernuntur, quorum inconcoctionem foetor demonstrat, alia in intestinis superioribus, ut rotundiores lumbrici, fiunt sic, ut in ventriculum usque interdum ascendunt, ut Aristoteles hic tradit. Lati autem lumbrici, qui omnium sunt longissimi, per omnia extenduntur intestina, eorumque paucissimi et aliorum plurimi generantur. Sed cum in intestinis omnes procreentur, in ventriculum bifarium ascendunt, aut per se vicinitatis merito, aut cum excremento ipso, quod interdum in ventriculum retrocedit ab inferioribus intestinis pulsum, quando constrictio, quae in illis inest, ab inferiore parte exorditur: quemadmodum his evenit, qui humorem aliquem acidum ad sedem delatum vi quadam retinent,

Digitized by Google

nec excernunt, quod aut in foro sint, vel actione aliqua occupati, ut excernere non queant. His humor eius modi rursus ascendit, ab interioribus intestinis pulsus ad superiora. De qua re Galenus libro ultimo de symptomatum causis. Cibi etiam gratia animalia haec ventriculum petere aliqui existimant, ut Albertus et Avicenna. Adscendere autem excrementum eius modi, et qui ex iis fiunt, lumbricos, ex vomitibus patet, quibus interdum vomuntur. Nam cum vomitus, veluti et nausea atque lienteria, expultricis ventriculi facultatis inordinata sit motio, cum lumbricos et excrementum quispiam vomuerit, in ventriculo ea habuisse, tum cum vomuit, necesse est. Sic perspicuum est id, quod Aristoteles tradit, animalia in alvo inferiori fieri, et in superiorem, in qua fit concoctio, interdum adscendere. — *ἐψήσει* pro *πέψει* F. — *ἀλλὰ τῇ* omissa praepositione F. — *εἶτα* omittunt E. A. Vic. B. — *πεπέφθαι* pro *πέπτεται* H. N. — *ἐν ἑτέροις εἴρηται* inverso verborum ordine F.

26. *ὡς* ante *ὀπτήσει* omittunt F. H. et pr. manu N. — *ὅμοιον* pro *ὁμοίως* N. *ὁμογενῶς* F. — *οἷον* pro *ὅμοιον* F. H. N. — *σάτευσις* pro *στάτευσις* N. Proprie *στατεύειν* a. *σταθεύειν* i. q. *ὀπτᾶν*. Cfr. Schol. Aesch. *Prometh.* v. 22. — *διὰ πλῆθος* omisso articulo H. N. — *ἑπτομένῳ* pro *ὀπτομένῳ* N. — *πλείω* pro *πλείων* E. A. Vic. *πλεῖον* F. — *ἐλάττω* pro *ἔλαττον* E. N. B.

Cap. IV.

Περὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ καὶ τῶν ἑπομένων (*ἀκολουθούντων* G.) *αὐτοῖς παθῶν ἐν τοῖς μικτοῖς, σκληροῦ καὶ μαλακοῦ* G. B. — De humidi et sicci notionibus disseritur *de part. animal.* II, 3, p. 649, a, unde verba huc pertinentia adscribimus: *ἐχόμενον δὲ καὶ περὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ διελθεῖν ἀκολούθως τοῖς εἰρημένοις. λέγεται δὲ ταῦτα πλεοναχῶς, οἷον τὰ μὲν δυνάμει τὰ δ' ἐνεργείᾳ. κρύσταλλος γὰρ καὶ πᾶν τὸ πεπηγὸς ὑγρὸν λέγεται ξηρὸν μὲν ἐνεργείᾳ καὶ κατὰ συμβεβηκός, ὄντα δυνάμει καὶ καθ' αὑτὰ ὑγρά, γῆ δὲ καὶ τέφρα καὶ τὰ τοιαῦτα μιχθέντα ὑγρῷ ἐνεργείᾳ μὲν ὑγρὰ καὶ κατὰ συμβεβηκός, καθ' αὑτὰ δὲ*

Digitized by Google

καὶ δυνάμει ξηρά. διακριθέντα δὲ ταῦτα τὰ μὲν ὕδατος ἀναπληστικὰ καὶ ἐνεργείᾳ καὶ δυνάμει ὑγρά, τὰ δὲ γῆς ἅπαντα ξηρά, καὶ τὸ κυρίως καὶ ἁπλῶς ξηρὸν τοῦτον μάλιστα λέγεται τὸν τρόπον. ὁμοίως δὲ καὶ θάτερα τὰ ὑγρὰ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἔχει τὸ κυρίως καὶ ἁπλῶς καὶ ἐπὶ θερμῶν καὶ ψυχρῶν.

1. *εἴδη* quomodo dici queant affectiones, quas in sequentibus recenset, humidi et sicci, elucet ex iis, quae de specie disputavit *Metaphys. I'*, 9, p. 1058, a et de discrimine speciem inter et differentiam (*διαφοράν*) intercedente *Topic.* VI, 6, p. 144, a. Genera posuit, quae proprie materia dicenda sunt, humidum ac siccum, quippe cum genus a materia sumatur, aut certe materiae sit simile vid. *Metaphys. Δ*, 28, p. 1024, b. — *ὑγρῶν καὶ ξηρῶν* pro *ὑγροῦ καὶ ξηροῦ* ad *σωμάτων* relatum N. — *τὰ δ' ἂν μᾶλλον μικτά* H. N. — *τούτου* omittit E. — *μᾶλλον* deest in E. F. — *φυσικήν* pro *φύσιν* E.

2. *πάντα δὲ ταῦτα* addito *ταῦτα* Alex. fol. 131, b. A. Vic. B. — *ἔστι* pro *ἔσται* F. omittit P. — *τῷ ἀντικειμένῳ* i. e. *δυνάμει* cfr. quae monebimus ad IV, 12, 5. — *περὶ τὸ τηκτόν* pro *πρὸς τὸ τηκτόν* F. et fortasse prima manu E. — *τηκτόν* omisso articulo H. N. — *τηκτικόν* pro *τηκτόν* E.

3. *τὸ μὲν ὑγρὸν εὐόριστον* cfr. ad IV, 1, 3. — *ἡδύσματα* sunt condimenta, quibus sal, piper aliaque eius modi adnumerantur. Eadem significatione recurrit *Problem.* XX, 6, p. 923, a. — *αἴτιον τῷ ξηρῷ* inverso ordine F. — *γίγνεται κόλλα* transposito *γίγνεται* F. De glutine (*κόλλα*) cfr. locum ex *Histor. animal.* III, 17, p. 517, b: *ἔνεστι δ' ἐν τοῖς δέρμασι πᾶσι γλισχρότης μυξώδης· ἐν μὲν τοῖς ἐλάττων, ἐν δὲ τοῖς πλείων, οἷον ἐν τοῖς τῶν βοῶν, ἐξ ἧς ποιοῦσι τὴν κόλλαν· ἐνιαχοῦ δὲ καὶ ἐξ ἰχθύων ποιοῦσι κόλλαν.* Vide *Dioscorid.* III, 91: *κόλλα, ἣν ἔνιοι ξυλοκόλλαν καλοῦσι ἢ ταυροκόλλαν, καλλίστη ἐστὶν ἡ ῥοδιανή, ἐκ τῶν βοείων βυρσῶν σκευαζομένη. ἔστι δὲ λευκὴ καὶ διαυγὴς ἡ τοιαύτη· ἡ δὲ μέλαινα ἧττων.* Alius collae ex similagine et polline farinaceo conficiendae mentionem facit Galenus *de fac. simpl. medicam.* VII, p. 33 Kühn. De colla ex piscibus (vesica natatoria *Acipenseris Husonis*) comparata vide *Dioscorid.* III, 92 ibiq. Sprengel. Vol. II,

Digitized by Google

p. 534 sq. — *ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς* omisso *καί* F. — *ἐν τοῖς φυσικοῖς.* Versus, qui apud Sturzium est 25 (cfr. p. 548) affertur tum a commentatoribus, Olympiodoro fol. 66, b et Alexandro fol. 131, b, tum ab ipso Aristotele *Probl.* XXI, 22, p. 929, b, ubi dicit id ab Empedocle *ἐν τοῖς Περσικοῖς* esse scriptum, eamque hoc etiam in loco lectionem praebet E. quam etsi in codice optimo repertam iure reiecit Bekkerus. Etsi enim Aristoteles apud Diogen. Laërt. VIII, 57, p. 529. Eudoc. p. 170 praeter alia poëmata tribuit Empedocli *τὴν τοῦ Ξέρξου διάβασιν* sive *τὰ Περσικά* (qui titulus nescio an alterutri horum locorum aut utrique iam antiquitus corrupto originem debeat), non dubito, quin ibi cum Sturzio p. 86 rescribendum sit *ἐν τοῖς φυσικοῖς.* Idem enim titulus Empedoclei operis seu carminis etiam alibi reperitur, quemadmodum apud Simplicium ad Aristot. *Phys.* I, fol. 7, b. II, fol. 74, b, Schol. Horatii Crucq. *Art. poët.* 638. Neque aliud opus intelligere voluisse Aristotelem existimo, cum Empedoclem *ἀποδείξεις καὶ ἔπη* (*Ethic. Nicomach.* VII, 5, p. 1147, a) et *κοσμοποιΐαν* (*Phys.* II, 4, p. 196, a ibique Simplic. fol. 74, b) scripsisse referat. —

4. Videtur pugnare hic locus cum verbis Aristotelis *de generat. et interit.* II, 3, p. 331, a: *οὐ μὴν ἀλλ' ἁπλῶς γε τέσσαρα ὄντα ἑνὸς ἕκαστόν ἐστι· γῆ μὲν γὰρ ξηροῦ μᾶλλον ἢ ψυχροῦ, ὕδωρ δὲ ψυχροῦ μᾶλλον ἢ ὑγροῦ. ἀὴρ δὲ ὑγροῦ μᾶλλον ἢ θερμοῦ. πῦρ δὲ θερμοῦ μᾶλλον ἢ ξηροῦ.* At conferantur verba Ioannis Philoponi ad *h. l.* fol. 51, b sq.: *τεττάρων δ' ὄντων τῶν εἰδοποιούντων τὸ σῶμα, θερμοῦ, ψυχροῦ, ξηροῦ καὶ ὑγροῦ, ἕκαστον τῶν ἁπλῶν σωμάτων φησὶν ἁπλῶς καὶ κυρίως ἑνὶ χαρακτηρίζεσθαι. συμπληροῦται μὲν γὰρ ἕκαστον ὑπὸ συζυγίας ποιοτήτων, ὡς εἴρηται. κυριώτερον δέ φησι χαρακτηρίζεται ἕκαστον κατὰ μίαν ποιότητα. ὅτι μὲν οὖν ὑπὸ συζυγίας ποιοτήτων ἕκαστον κατέχεται, ἐκεῖθεν δῆλον. ᾗ μὲν γὰρ μεταβλητικά ἐστιν εἰς ἄλληλα, ταύτῃ ἐναντίων αὐτὰ χρὴ ποιοτήτων μετέχειν. ᾗ δὲ γειτνιάζουσιν ἀλλήλοις, ἀνάγκη καὶ κοινωνεῖν αὐτὰ κατά τι, οἷον τὸ πῦρ τῷ ἀέρι γειτνιάζει. καὶ*

Digitized by Google

καθ' ὃ μὲν γειτνιάζει, κοινωνήσει αὐτῷ κατά τινα ποιότητα, οἷον τὴν θερμότητα. καθ' ὃ δὲ ἑκάτερον εἰς τὸ ἕτερον μεταβάλλει, ἀνάγκη αὐτὰ κατ' ἄλλην διαφέρειν ποιότητα, οἷον τὴν ξηρότητα. καθ' ὃ δὲ ἕκαστον καθ' αὑτὸ θεωρεῖται, κατὰ μίαν φησὶ μάλιστα κυρίως χαρακτηρίζεται· τὸ μὲν πῦρ κατὰ θερμότητα, ἀὴρ δὲ κατὰ ὑγρότητα, ὕδωρ δὲ κατὰ ψυχρότητα, γῆ δὲ κατὰ ξηρότητα. καὶ ἀποροῦσί τινες, τί δήποτε τῷ ἀέρι τὴν ὑγρότητα ἀπένειμε, καὶ οὐχὶ τῷ ὕδατι, ὑγραντικωτέρου ὄντος τοῦ ὕδατος, ὡς ἐστιν ἐκ τῆς ἐνεργείας ἀμφοτέρων ἰδεῖν. ὁρῶμεν δὴ τὸ ὕδωρ πολλῷ πλέον ἡμᾶς τοῦ ἀέρος ὑγραῖνον. πρὸς οὓς ῥητέον, ὅτι ἀμέθοδόν ἐστι, μὴ διορισαμένου πρότερον τί ποτέ ἐστι τὸ ὑγρόν, ἐκ τοῦ ὑγραντικοῦ ποιεῖσθαι τὴν ἀπόδειξιν. ἴδωμεν οὖν τί ποτε τὸ ὑγρόν ἐστι κατὰ Ἀριστοτέλην. τὸ δυσόριστόν φησι οἰκείῳ ὅρῳ. τοῦτο δὲ τίνι μᾶλλον ὑπάρχει; ἢ δηλονότι τῷ ἀέρι μᾶλλον ἤπερ τῷ ὕδατι; ὁ γὰρ ἀὴρ μᾶλλόν τε τοῦ ἀέρος κέχυται καὶ διαρρεῖ καὶ δυσοριστότερος ὑπάρχει. τὸ μὲν γὰρ ὕδωρ κἂν σώσῃ ποτέ τινα ὅρον ἀφιέμενον ἄνωθεν, ὡς συνηγμένον πως αὐτὸ καταφέρεσθαι. ὁ δὲ ἀὴρ διαρρεῖ τε καὶ διαχεῖται ῥᾳδίως· εἰ τοίνυν ὑγρόν ἐστι τὸ δυσόριστον, μᾶλλον ἂν εἴη ὑγρὸς ὁ ἀήρ. ζητητέον δὲ λοιπόν, πῶς μᾶλλον τὸ ὕδωρ ὑγραῖνον φαίνεται τὸ σῶμα. ὁρῶμεν δέ, ὅτι καὶ ὁ ἀὴρ αὐτὸς παχυνόμενος καὶ πρὸς τῷ ὕδατι γινόμενος, ὑγραντικώτερος ἀποτελεῖται. τοῦτο δὲ συμβαίνει διὰ τὸ τὸ ὕδωρ παχυμερέστερον ὂν ἀναπλητικὸν εἶναι τῶν ἐν ἡμῖν πόρων, τοῦ ἀέρος ὑπὸ λεπτότητος ῥᾳδίως διαρρέοντος. τοῦτο δὲ εὐλόγως συμβαίνει. τὸ γὰρ ὕδωρ συμφυῶς ἔχει πρὸς τὴν γῆν. καὶ ῥᾳδίως αὐτῇ συνδυάζεται, συμβαλλομένης εἰς τοῦτο τῆς ῥοπῆς, τοῦ ἀέρος ἀσυνδυάστως πρὸς ταύτην ἔχοντος. διὰ τοῦτο τοίνυν γήϊνα ὄντα τὰ ἡμέτερα σώματα, καὶ ταύτης μᾶλλον μετέχοντα ὑπὸ τοῦ ὕδατος μᾶλλον ὑγραίνεται, πεφυκότος ῥᾳδίως ἐγκαταμίγνυσθαι καὶ μὴ διαρρεῖν καθάπερ ὁ ἀήρ. Adscribenda etiam sunt Vicomercati ad h. nostrum locum verba: Dici potest, humidi duo esse propria, unum propriis terminis non claudi, alterum alienis facile contineri: quae duo in eius definitione ab Aristotele sunt posita. Qua igitur suapte natura indefinitum est et fluit,

Digitized by Google

aëris magis proprium esse. Etenim aër magis, quam aqua, funditur et fluit, atque ideo propriis terminis minus continetur. Aquam interdum cernimus quadam figura praeditam, ut patet in guttis et pluvia cadente. Quod aëri numquam contingit. Aquae autem maxime proprium humidum dici potest, qua ex parte termino alieno facile definitur. Alienum enim terminum minus, quam aër aqua elabitur, quod crassior haec sit, et quandam in se, quae in aëre non inest, tenacitatem habeat. Ob hanc proprietatem cum sicco humidum ipsum permisceatur, non ut est suapte natura indefinitum. Ideo hoc in loco huius proprietatis duntaxat meminit, quippe qui humidi et sicci commixtionem pertractet. Ex hac solutione intelligi potest, cur in secundo de ortu dixerit, aquam tantum inter elementa facile terminari, cum humidum aëri tribuisset, quod dixerat facile terminari. Facile terminatur aqua, et facilius quam aër, in ipsa permixtione rerumque generatione, quam tum docebat. Haec Vicomercatus. Sed restat alia etiam difficultas, quae tollenda est. Ait enim Aristoteles *de generat. et interit.* II, 8, p. 334, b: *ἅπαντα δὲ τὰ μικτὰ σώματα, ὅσα περὶ τὴν τοῦ μέσου τόπον ἐστίν, ἐξ ἁπάντων σήγκειται τῶν ἁπλῶν. γῆ μὲν γὰρ ὑπάρχει πᾶσι, διὰ τὸ ἕκαστον εἶναι μάλιστα καὶ πλεῖστον ἐν τῷ οἰκείῳ τόπῳ. ὕδωρ δὲ διὰ τὸ δεῖν μὲν ὁρίζεσθαι τὰ σύνθετα, μόνον δὲ εἶναι τῶν ἁπλῶν εὐόριστον τὸ ὕδωρ. ἔτι δὲ καὶ τὸ τὴν γῆν ἄνευ τοῦ ὑγροῦ μὴ δύνασθαι συμμένειν, ἀλλὰ τοῦτο εἶναι τὸ συνέχον. εἰ γὰρ ἐξαιρεθείη τελέως ἐξ αὐτῆς τὸ ὑγρόν, διαπίπτοι ἄν. γῆ μὲν οὖν καὶ ὕδωρ διὰ ταύτας ἐνυπάρχουσι τὰς αἰτίας· ἀὴρ δὲ καὶ πῦρ, ὅτι ἐναντία ἐστὶ γῇ καὶ ὕδατι· γῇ μὲν ἀέρι, ὕδωρ δὲ πυρὶ ἐναντίον ἐστίν, ὡς ἐνδέχεται οὐσίαν οὐσίᾳ ἐναντίαν εἶναι.* Omisit autem h. l. aërem et ignem, quippe quae non tam patiendi vim habeant, quam efficiendi; adeoque ex solis terra et aqua elementis corpora composita constare ait. — Articulum ante *στοιχείων* omittit E. — *ἰδιώτατα* pro *ἰδαίτατα* E. sed cfr. Thom. Mag. p. 466. Dobree ad Aristophan. *Equit.* v. 1162, qui de similibus egit comparativis ac superlativis. Etiam apud Theophrastum *Hist.*

Digitized by Google

pl. III, 1, 6, p. 68 editum est *ἰδιώτερον*. At *de igne* §. 1, p. 705. §. 9, p. 708. *ἰδιαιτάτας δυνάμεις*, et ita plus semel *hist. plant.* I, 12, 4. 13, 5. 14, 3. VI, 3, 1. Adde V. L. ad *de mirabil. auscult.* c. 48, p. 833, b. — *ξηρὸν μὲν γῆς* pro *ξηροῖ μὲν γῆ* F. *ξηροῦ μὲν ἡ γῆ* N. *ξηρὸν μὲν γῆς, ὑγρὸν δὲ ὕδατος* Alex. fol. 131, b. A. Vic. B. P. Ad genitivos suppleas *στοιχεῖον*. Vide praeterea IV, 10, 3: *ὕλη μὲν τὸ ξηρὸν δὲ καὶ ὑγρόν, ὥστε ὕδωρ καὶ γῆ* (*ταῦτα γὰρ προφανεστάτην ἔχει τὴν δύναμιν ἑκάτερον ἑκατέρου*). — *ὑγρῷ* pro *ὑγροῦ* F. — *τὸ ὕδωρ* addito articulo N. — *καὶ διὰ τοῦτο* F. *διὰ τοῦτο δέ* H. P. — *ἅπαντά γε τά* et q. s. H. N. — *ὁπότερον* pro *ὁποτέρου* E. — *ἄν* ante *πλεῖον* inserunt H. N. — *κατὰ φύσιν* pro *κατὰ δύναμιν* N.

5. Verba *ἐν ἀέρι δὲ καὶ πυρὶ οὐκ ἔστιν* omittunt H. N. correxit F. — De re cfr. *de generat. et interit* II, 3, p. 330, b: *διὸ καὶ οὐδὲν οὔτ' ἐκ κρυστάλλου γίνεται, οὔτ' ἐκ πυρός. de anima* I, 5, 18, p. 411, a: *διὰ τίνα γὰρ αἰτίαν ἐν μὲν τῷ ἀέρι ἢ τῷ πυρὶ οὖσα ἡ ψυχὴ οὐ ποιεῖ ζῷον, ἐν δὲ τοῖς μικτοῖς καὶ ταῦτα βελτίων ἐν τούτοις εἶναι δοκοῦσα;* Quamvis ipse Aristoteles de aëris animalibus loquatur *de generat. animal.* III, 11, p. 761, b (locum adscripsimus ad Exc. ad h. l. p. 200), et de animalibus ex igne natis inque igne vitam degentibus (*πυριβίοις* cfr. locum Sexti Empirici *Pyrrhonic. Hypot.* I, 14, 40, p. 12 laudatum ad IV, 1, 17) in *Histor. animal.* V, 19, p. 552, b. Addantur Seneca *Quaest. nat.* V, 6: *Ignis, qui omnia consumit, quaedam etiam creat: et quod videri potest non simile veri, sed tamen verum est, animalia igne generari:* Plinius *Histor. nat.* XI, 36: *Gignit aliqua et contrarium naturae elementum. Siquidem in Cypri aerariis fornacibus ex medio igne, maioris muscae magnitudine volat pennatum quadrupes: appellatur pyralis, a quibusdam pyrausta. Quamdiu est in igne, vivit: cum evasit longiore paulo volatu, emoritur.* De salamandra ignicola, haud tamen in igne genita, diximus ad Exc. IV, 9, 30, p. 227.

Digitized by Google

6. *τῶν δὲ τῶν* σ. E. — *ὑπάρχειν ἀνάγκη* transposito *ὑπάρχειν* F. — Verbis *ταῦτα πρῶτα ἀνάγκη ὑπάρχειν* videtur obloqui iis, quae dixerat *Phys. Auscult.* IV, 9, p. 217, b: *δύο ἐστὶν ἐφ' ἑκατέρου τοῖ τε πυκνοῦ καὶ τοῦ μανοῦ. τό τε γὰρ βαρὺ καὶ τὸ σκληρὸν πυκνὰ δοκεῖ εἶναι. καὶ τἀναντία μανά, τό τε κοῦφον καὶ τὸ μαλακόν:* ac paucis deinde interpositis: *οὕτω δ' ἡ τοῦ βαρέος καὶ κούφου ὕλη, ᾗ τοιαύτη, εἴη ἂν τὸ κενόν· τὸ γὰρ πυκνὸν καὶ τὸ μανὸν κατὰ ταύτην τὴν ἐναντίωσιν φορᾶς ποιητικά· κατὰ δὲ τὸ σκληρὸν καὶ μαλακόν, πάθους καὶ ἀπαθείας καὶ οὐ φορᾶς, ἀλλ' ἑτερώσεως μόνον.* Adde *Phys.* VIII, 7, p. 260, b: *πάντων τῶν παθημάτων ἀρχὴ πύκνωσις καὶ μάνωσις· καὶ γὰρ βαρὺ καὶ κοῦφον, καὶ μαλακὸν καὶ σκληρόν, καὶ θερμὸν καὶ ψυχρὸν πυκνότητες δοκοῦσι καὶ ἀραιότητες εἶναί τινες. πύκνωσις δὲ καὶ μάνωσις σύγκρισις καὶ διάκρισις, καθ' ἃς καὶ γένεσις καὶ φθορὰ λέγεται τῶν οὐσιῶν.* At bene h. l. addidit *τῷ ὁρισμένῳ*, quo ex verbo differentia, quam statuit, facile perspici potest. — Ad verba *ἀνάγκη ..... μαλακόν* cfr. *de generat. et interit.* II, 2, p. 329, b: *τὸ δὲ λεπτὸν καὶ παχὺ καὶ γλίσχρον καὶ κραῦρον καὶ σκληρὸν καὶ μαλακὸν καὶ αἱ ἄλλαι διαφοραὶ ἐκ τούτων (ἐξ ὑγροῦ καὶ ξηροῦ) ..... ἔτι τὸ μὲν μαλακὸν τοῦ ὑγροῦ· τὸ δὲ σκληρὸν τοῦ ξηροῦ. σκληρὸν γάρ ἐστι τὸ πεπηγός, τὸ δὲ πεπηγὸς ξηρόν. Problem.* XXII, 10, p. 931, a: *ἐστὶ δὲ τὰ μὲν ξηρὰ σκληρά, τὰ δὲ ὑγρὰ μαλακά.* Quid autem sit *μαλακόν* et *σκληρόν* explicat *de caelo* III, 1, p. 299, b: *μαλακὸν μὲν τὸ εἰς ἑαυτὸ ὑπεῖκον, σκληρὸν δὲ τὸ μὴ ὑπεῖκον. de generat. et interit.* I, 8, p. 326, a: *τὸ ὑπεικτικὸν μαλακόν.* — *ἐξ ὑγροῦ καὶ ξηροῦ* transpositis verbis F. H. N.

7. *εἰς αὐτό* pro *εἰς αὑτό* A. Vic. B. P. Solum *αὐτό* praebet Alex. fol. 132, *a* in *ῥήματι:* at in commentario ait: *τὸ μὴ ὑπεῖκον εἰς αὐτὸ κατὰ τὸ ἐπίπεδον, τουτέστι τὸ μὴ εἶκον κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τῇ ἁφῇ.* — Secundum Galenum aqua mollis est. Cfr. *de different. puls.* III. Tom. VIII, p. 686 sqq. — *ἀλλ' ἀντιπεριΐστανται* cfr. IV, 9, 13, ubi in eadem re exponenda utitur verbo *ἀντιμεθίστανται.*

Digitized by Google

8. ἁπλῶς ..... πρὸς ἕτερον cfr. *Metaphys.* Δ, 15, p. 1021, a. — τὸ ἁπλῶς omittit E. — τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον H.

9. κρίνομεν πάντα transposito πάντα F. — τὸ μαλακὸν καὶ τὸ σκληρόν F. σκληρόν absque articulo exhibent Vic. B. — ὡς μεσότητι χρώμενοι τῇ ἁφῇ. Quo pertinent verba *de anim.* II, 11, 9 sqq. p. 423, b: ὅλως δ' ἔοικεν ἡ σὰρξ καὶ ἡ γλῶττα, ὡς ὁ ἀὴρ καὶ τὸ ὕδωρ πρὸς τὴν ὄψιν καὶ τὴν ἀκοὴν καὶ τὴν ὄσφρησιν ἔχουσιν οὕτως ἔχειν πρὸς τὸ αἰσθητήριον, ὥσπερ ἐκείνων ἕκαστον. αὐτοῦ δὲ τοῦ αἰσθητηρίου ἁπτομένου, οὔτ' ἐκεῖ οὔτ' ἐνταῦθα γένοιτ' ἂν ἡ αἴσθησις, οἷον εἴ τις σῶμα τὸ λευκὸν ἐπὶ τοῦ ὄμματος θείη τὸ ἔσχατον. ᾗ καὶ δῆλον, ὅτι ἐντὸς τὸ τοῦ ἁπτοῦ αἰσθητικόν. οὕτω γὰρ ἂν συμβαίνοι ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. ἐπιτιθεμένων γὰρ ἐπὶ τὸ αἰσθητήριον οὐκ αἰσθάνεται, ἐπὶ δὲ τὴν σάρκα ἐπιτιθεμένων αἰσθάνεται. ὥστε τὸ μεταξὺ τοῦ ἁπτικοῦ ἡ σάρξ. ἁπταὶ μὲν οὖν εἰσὶν αἱ διαφοραὶ τοῦ σώματος, ᾗ σῶμα. λέγω δὲ διαφοράς, αἳ τὰ στοιχεῖα διορίζουσι, θερμὸν ψυχρόν, ξηρὸν ὑγρόν, περὶ ὧν εἰρήκαμεν πρότερον ἐν τοῖς περὶ στοιχείων. τὸ δὲ αἰσθητήριον αὐτῶν τὸ ἁπτικόν, καὶ ἐν ᾧ ἡ καλουμένη ἁφὴ ὑπάρχει πρώτῳ, τὸ δυνάμει τοιοῦτόν ἐστι μόριον. τὸ γὰρ αἰσθάνεσθαι πάσχειν τι ἔστιν. ὥστε τὸ ποιοῦν οἷον αὐτὸ ἐνεργείᾳ, τοιοῦτον ἐκεῖνο ποιεῖ δυνάμει ὄν. διὸ τοῦ ὁμοίως θερμοῦ καὶ ψυχροῦ ἢ σκληροῦ καὶ μαλακοῦ οὐκ αἰσθανόμεθα, ἀλλὰ τῶν ὑπερβολῶν, ὡς τῆς αἰσθήσεως οἷον μεσότητός τινος οὔσης τῆς ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ἐναντιώσεως. καὶ διὰ τοῦτο κρίνει τὰ αἰσθητά. τὸ γὰρ μέσον κριτικόν. γένεται γὰρ πρὸς ἑκάτερον αὐτῶν θάτερον τῶν ἄκρων. καὶ δεῖ ὥσπερ τὸ μέλλον αἰσθήσεσθαι λευκοῦ καὶ μέλανος μηδέτερον αὐτῶν εἶναι ἐνεργείᾳ, δυνάμει δ' ἄμφω, οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων καὶ ἐπὶ τῆς ἁφῆς μήτε θερμὸν μήτε ψυχρόν. Simili modo factum est, ut et alios sensus, praesertim sensum communem, μεσότητας vocaret. Cfr. *de anim.* III, 7, 3. — τὸ μὲν ὑπερβάλλον αὐτῆς. De constructione verbi egimus ad I, 3, 17. Vol. I, p. 355. E. N. Olymp. fol. 67, a praebent tamen αὐτήν pro αὐτῆς, atque ita etiam legisse videtur Alex.

Digitized by Google

fol. 132, a, cum dicat: *ἀλλὰ καθ' ἕκαστον τούτων, τοῦ ὑπερβάλλοντος αὐτὴν καὶ τοῦ ἐνδέοντος. — αὐτῆς* i. e. *τῆς ἁφῆς* dictum est pro *τῆς σκληρότητος τοῦ αἰσθητηρίου τῆς ἁφῆς*. A duritie enim mollitieque carnis et cutis pendet, num aliquis leni tactu res percipiat an difficilius. Cfr. *de anim.* II, 9, 5: *σημεῖον δὲ τὸ καὶ ἐν τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων παρὰ τὸ αἰσθητήριον τοῦτο εἶναι εὐφυεῖς καὶ ἀφυεῖς, παρ' ἄλλο δὲ μηδέν. οἱ μὲν γὰρ σκληρόσαρκοι ἀφυεῖς τὴν διάνοιαν, οἱ δὲ μαλακόσαρκοι εὐφυεῖς*, ubi Trendelenburg. p. 398 laudat *de part. animal.* II, 16: *μαλακωτάτη ἡ σὰρξ ἡ τῶν ἀνθρώπων ὑπῆρχε· τοῦτο δὲ διὰ τὸ αἰσθητικώτατον εἶναι τῶν ζώων τὴν διὰ τῆς ἁφῆς αἴσθησιν.* Idem de oculis valet secundum Aristotelem, ut qui duriores habet, omnes res, quae molliores, percipere non valeat, ideoque hebetiore oculorum acie utatur, quam qui habet molliores, quod saepenumero commemoratur v. c. *hist. animal.* IV, 10, p. 537, b: *ἅπαντα γὰρ ἀμυδρῶς βλέπουσι τὰ σκληρόφθαλμα* et loces a Trendelenburgio laudatos ad *de anim.* II, 9, 2, p. 398. Similia iam Plato tradiderat, cum in *Tim.* p. 36 A dixit, omnia dura esse, quibus caro nostro cedat, mollia, quibus cedentibus resistat. Quem Platonis locum simul ac nostrum ante oculos habuit Galenus *de simpl. medic. facultat.* V, 4. Tom. XI, p. 715: *ἐάσαντες τὰ λοιπὰ πάντα σημαινόμενα περὶ τῶν πρὸς τὸν ἄριστα κατεσκευασμένον ἄνθρωπον ἐπισκεψώμεθα μαλακῶν καὶ σκληρῶν, ὧν δὴ κανόνα καὶ μέτρον ἐποιησάμεθα τῶν οὕτω λεγομένων ἁπάντων, οὐδὲ τοῦτον πρὸς τὸ ἐπιτυχὸν μόριον, οἷον ὀστοῦν ἢ πιμελήν, ἀλλὰ τὸ μέσον τῇ κράσει, τὸ δέρμα καὶ τούτου μάλιστα τὸ κατὰ τὰς χεῖρας, ἵνα περ ἡ ἁπτικὴ δύναμις ἀκριβοῦται· συμβαίνει δ' εἰς ταὐτὸ καὶ τὸ κατ' ἐπικράτησιν, ὡς πρὸς τὴν ὅλην οὐσίαν, οὕτως ὀνομάζεσθαι μαλακὸν ἢ σκληρόν, ἐπειδὴ μεσότης τίς ἐστιν ἡμῶν ἡ ἁφή, καθ' ὃ καὶ Ἀριστοτέλης ἐδίδασκεν. οὕτω δέ πως καὶ ὁ Πλάτων ἔοικε γιγνώσκειν ὅταν ἔφῃ· σκληρὰ μὲν ὅσοις ἂν ἡμῶν σὰρξ ὑπείκῃ, μαλακὰ δ' ὅσα ἂν ὑπεικῇ τῇ σαρκί. τὸ γὰρ δέρμα τοῦ ἀνθρώπου κατ' αὐτὸ τοῦτο τὸ σύγγραμμα τὸν Τίμαιον ἐδείκνυεν εἶναι τῷ γένει σάρκα. καὶ μὲν δὴ καὶ*

Digitized by Google

Ἀριστοτέλης, ὅταν εἶπε μαλακὸν μὲν εἶναι τὸ ὑπεῖκον εἰς αὑτό (editur etiam apud Kühnium αὐτό), σκληρὸν δὲ τὸ μὴ ὑπεῖκον, ὡσαύτως ἔοικεν ἀποφαίνεσθαι τῷ Πλάτωνι, καὶ μάλιστα ὅτι πρὸς τὴν ἁφὴν τὰ τοιαῦτα κρίνεσθαί φησιν, ὡς πρὸς μεσότητα. τὸ δὲ ἐν τῇ πρὸς ὁτιοῦν παραβολῇ σκληρὸν ἢ μαλακὸν ἐν τῷ μᾶλλον ἢ ἧττον ὑπείκειν ἢ μὴ ὑπείκειν φαίνεται κρίνεσθαι. καὶ δὴ καὶ αὐτὸ τὸ δέρμα τὸ ἡμέτερον ἢ τὸν μῦν ἤ τι μόριον ἕτερον, ὅταν εἴπωμεν ἐσκληρύνθαι, τῇ κατὰ φύσιν αὐτοῦ καταστάσει τὴν ἐπίκτητον διάθεσιν προβάλλοντες οὕτως ὀνομάζομεν. — λεῖπον pro ἐλλεῖπον exhibet F. unde natum est λεπτόν in E. λεπτὸν καὶ μαλακόν H. N.

Cap. V.

Inscriptio capitis in editione B.: ὅτι ἀνάγκη σκληρὸν ἢ μαλακὸν εἶναι, καὶ πεπηγὸς πᾶν τὸ ὡρισμένον σῶμα. καὶ περὶ πήξεως καὶ αἰτιῶν αὐτῆς. Similia G.

1. σκληρὸν εἶναι ἢ μαλακόν transposito εἶναι N. — ἐπείκει pro ὑπείκειν, quod Bekk. exhibet, dedimus cum E. N. A. Vic. B. ὑπεῖκεν P. — τοῦτο pro τούτῳ F. P. τούτων Alex. fol. 132, a. Supple τῷ πεπηγὸς εἶναι. Facile autem perspicitur πηγνύναι et τὸ πεπηγός h. l. alio sensu esse accipienda, qua aliis in locis fieri solet. Etenim, cum vulgo significetur his verbis, quod ope ac vi frigoris induratum et congelatum est, qua significatione sumitur a Galeno *de simplic. medic. facultat.* I. Tom. XI, p. 411, laudato iam a Vicomercato; h. l. omnem materiam designat, quae initio humida, accedente sicco concreta est ac terminata et quasi tunc demum in formam redacta. Unde patet Aristotelem non contradicere iis, quae *de generat. et interit.* II, 2, p. 329, *b* dixerat, verbis, quae proxima subsequuntur ea, quae adscripsimus ad IV, 4, 6: λέγεται δὲ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν πλεοναχῶς· ἀντίκειται γὰρ τῷ ξηρῷ καὶ τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ διερόν. καὶ πάλιν τῷ ὑγρῷ καὶ τὸ ξηρὸν καὶ τὸ πεπηγός· ἅπαντα δ' ἐστὶ ταῦτα τοῦ ὑγροῦ καὶ τοῦ ξηροῦ τῶν πρώτων λεχθέντων. ἐπεὶ γὰρ ἀντίκειται τῷ διερῷ τὸ ξηρόν, καὶ διερὸν μέν ἐστι τὸ ἔχον ἀλλοτρίαν ὑγρότητα ἐπιπολῆς, βεβρεγμένον δὲ τὸ εἰς βάθος, ξηρὸν

Digitized by Google

δὲ τὸ ἐστερημένον ταύτης, φανερόν, ὅτι τὸ μὲν διερὸν ἔσται τοῦ ὑγροῦ, τὸ δὲ ἀντικείμενον ξηρὸν τοῦ πρώτου ξηροῦ. πάλιν δὲ τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ πεπηγὸς ὡσαύτως. ὑγρὸν μὲν γάρ ἐστι τὸ ἔχον οἰκείαν ὑγρότητα ἐν τῷ βάθει· πεπηγὸς δὲ τὸ ἐστερημένον ταύτης· ὥστε καὶ τούτων ἔσται τὸ μὲν ὑγροῦ, τὸ δὲ ξηροῦ. Quodsi enim idem intellexisset verbo πεπηγός h. l. et illo, quem laudavimus, et concretum contrarium humido, quod molle est, duris adnumerandum, et omnia corpora dura non minus, quam mollia, si terminata sunt, humido ac sicco concreta diceret, quod utrumque fieri nequit. At difficultas ea, quam diximus, ratione facile removeri potest, neque opus est longa ac subtili, qualem Vicomercatus adiecit, disputatione. — πᾶν omittit F. — μέν deest in E. F. — συνεστώς pro συνεστηκός margo N., qui prima manu cum H. verba καὶ συνεστηκός prorsus omittit. — καὶ μαλακόν pro ἢ μαλακόν H. N. — πῆξις pro πήξει F. N. — Articulum ante σύνθετα omittunt E. F. καὶ τὰ σύνθετα Alex. A. Vic. B. P. — ὡρισμένα καὶ οὐκ ἄνευ πήξεως καὶ διαχώσεως pr. manu F. — Alterum πήξεως omittunt E. F. — πέριξ pro πέρι Alex. — Post ῥητέον addit ἐστίν E.

2. δή pro δέ H. N. — Cfr. omnino *Phys.* II, 3, p. 194, b sq. quod totum caput in hoc argumento versatur (eadem repetuntur *Metaphys. Δ*, 2, p. 1013, a sqq.). Adi etiam *de generat. et interit.* II, 9, p. 335, b sq. *Metaphys. Λ*, 3, p. 1070, a, qui loci scripturam codicum E. N. probatam Vicomercato: παρὰ τὴν ὕλην pro περὶ τὴν ὕλην commendare videntur, ita enim ut tres causas recenseat Aristoteles τὸ ποιητικὸν αἴτιον, ὡς ὅθεν ἡ κίνησις, τὸ πάθος ὡς εἶδος, et materiam, ὡς τὸ ὑποκείμενον. At ni fallor utraque lectio ad idem redit. — Ad verba ὥστε καὶ πήξεως ..... ὑγραίνεσθαι supple δύο εἶναι ἐναντία. — τὸ μὲν οὖν ποιοῦν F. H., cuius scripturae originem intelligimus ex codice N. qui τὸ μὲν οὖν omisso deinde ποιοῦν praebet.

3. δυσί Aristoteles dixit auctoritate Thucydidis VIII, 101. cfr. Lobeck. ad Phrynich. p. 211. — τὸ πάσχον omittunt H. N. — δυσὶ παθήμασιν inverso ordine

Digitized by Google

F. H. N. — *ὡς εἴρηται* E. cfr. IV, 1, 8, ubi hunc nostrum locum apposuimus. — *ἀπουσία ἢ παρουσία* transpositis vocabulis E. H. N. Nominativos voluit Alex. cum diceret fol. 132, b: *εἰ δὲ οὕτω καὶ διὰ τούτων ποιεῖ τὸ ποιοῦν, εἴη ἂν καὶ τὸ ἐν τῷ πάσχοντι γινόμενον πάθος παρουσία θερμοῦ γινόμενον ἢ ψυχροῦ* et ita A. B. Sed bene iam dativos Vicomercatus defendit. Ait enim: Efficiens quaevis causa quidpiam sibi simile in id, quod patitur, inducere enititur. Quoniam ergo, quod calidum est, aut frigidum, agunt aut certe actionis sunt instrumenta, formam sibi similem actione sua procreabunt. Quo fit, ut quae calore concrescunt, calida omnia videantur, quae frigore frigida. Sed cum caloris aut frigoris absentiam aut praesentiam, concretionis et fusionis formam statuere fortasse tutum non sit, non procul (ut reor) a vero aberraverimus, si harum affectionum formas seu species caloris et frigoris praesentia seu absentia comparari, non ipsammet absentiam esse aut praesentiam exponeremus, ut vocabula illa *παρουσίᾳ καὶ ἀπουσίᾳ* dantis sint casus, non recti. Cfr. IV, 8, 8: *ὥστε τὸ μὲν ὑγροῦ ἀπουσίᾳ τὰ δὲ θερμοῦ τοῦτο πάσχει.* IV, 6, 3: *τῷ ἀπιέναι τὸ θερμὸν πήγνυται, ὥστε δῆλον, ὅτι τῷ εἰσιέναι λυθήσεται.*

4. De usu Aristotelico vocabulorum *ξηραίνεσθαι* et *πήγνυσθαι* cfr. Schneider Cur. Poster. ad *Histor. anim.* III, 13, 1. Vol. IV, p. 328. — *πῶς* A. — *ἢ* ante *ὑγρόν* et ante *ἐκ τούτων* omittit E. — Verbis *τιθέμεθα δὲ ὑγροῦ σῶμα ὕδωρ, ξηροῦ δὲ γῆν*, quae spectant ad IV, 4, 4, nihil aliud dicere voluit, nisi humidi et sicci notiones non esse absolutas. Cum enim de terminato corpore loquatur, absque humido autem nullum corpus terminari, absque sicco nullum existere possit, humidum nunc illud corpus intelligit, quod absolute humido magis quam sicco, siccum quod absolute sicco magis quam humido accedit. — *ἐκ τῶν ὑγρῶν καὶ τῶν ξηρῶν* addita praepositione H. N. Verba *καὶ ξηρῶν* omittunt A. Vic. — Articulum ante *ξηρῶν*, quem Bekkerus exhibet, omisimus cum E. B. cfr. ad I, 3, 4. III, 2, 5. III, 4, 26. III, 6, 7. IV, 1, 5 ac saepius. — Articulus ante *ψυχρόν* deest in E. —

Digitized by Google

ἐν τούτοις γάρ ἐστι. Etenim terra et aqua frigida sunt suapte natura. Cfr. *de generat. et interit.* II, 3, p. 330, b. — *καὶ ἡ γῆ* et q. s. omisso *γάρ* E. N.

5. *ποιητικὸν το ψυχρόν, ὡς φθαρτικόν.* cfr. IV, 1, 11. — *ἐνίοτε δὲ καὶ κάειν λ. F. καίειν* pro *κάειν* F. H. N. cfr. ad I, 4, 1. Vol. I, p. 362. De usu verbi *κάειν*, quem h. l. attingit Aristoteles, adi Hutchinson ad Xenoph. *Anabas.* IV, 5, 3. Valkenaer. *Adoniazus.* p. 224 C. Coray ad Hippocrat. *de aëre, aq. et locis* Tom. II, p. 316. Adde Theophrast. *de caus. plantar.* V, 13, 6, p. 571 (locum laudavimus ad I, 10. Vol. I, p. 426). *Histor. plant.* IV, 14, 11, p. 168: *ἀλλὰ δὲ παρ' ἑκάστοις πέφυκε πνεύματα ἀπολλύναι καὶ ἀποκάειν, οἷον ἐν Χαλκίδι τῆς Εὐβοίας ὁ Ὀλυμπίας, ὅταν πνεύσῃ μικρὸν πρὸ τροπῶν ἢ μετὰ τροφὰς χειμερινὰς ψυχρός. ἀποκάει γὰρ τὰ δένδρα καὶ οὕτως αὖα ποιεῖ καὶ ξηρά, ὡς οὐδ' ἂν ὑφ' ἡλίου καὶ χρόνου πολλοῦ γένοιτ' ἄν. Διὸ καὶ καλοῦσι καυσμόν. de igne* §. 14, p. 710: *ἐκ ταύτης δὲ τῆς αἰτίας καὶ τὸ ψυχρὸν ἐνιαχοῦ δοκεῖ τὸ αὐτὸ ποιεῖν τῷ θερμῷ καὶ ἁπλῶς καὶ ταῖς ὑπερβολαῖς· πέττειν τε γὰρ τοὺς καρπούς φασι τὰ ψύχη καὶ ἀποκάειν καὶ τὸ καῦμα καὶ τὸ ψῦχος, οὐκ ἀληθῆ λέγοντες. ἀποκάει γὰρ οὕτω καὶ πέττει τὸ ψῦχος, οὐ προηγουμένως, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός, ὅτι συστέλλει καὶ συνάγει τὸ θερμὸν ἐπὶ τὸ ἐργαζόμενον ἐκεῖνο. de caus. plantar.* II, 7, 5, p. 404: *δοκεῖ δὲ καὶ ὁμίχλη τις ἄνευ πνοῆς ἐκβαίνειν, ἢ ὅταν ἅψηται τῶν ἀνθῶν ἀποκάει· διὸ καὶ μάντεις θύουσιν, ὥστε μὴ ἐκβῆναι. καί φασι κωλύειν.* Quem locum cum laudarem *Meteorol. vet. Gr. et Roman.* II, 9, not. 3, p. 48 ac de sicca explicarem nebula, non praetereunda erant, quae omisi, verba *Geoponic.* V, 5, 1, p. 325: *διὰ τὸ λεληθότως τὴν ὑγρασίαν ἀνατρέχουσαν ἐκ τῆς θαλάσσης τρέφειν τὰ φυτά. — τῷ συνάγειν καὶ ἀντιπεριϊστάναι τὸ θερμόν.* Saepenumero in exempla incurrimus huiusce rationis, qua frigoris vi calor condensatur et quasi in arctum contrahitur v. c. *Probl.* III, 5. VIII, 11. 15. 18. 21. et c. Macrob. *Saturnal.* VII, 8, p. 606 sq. *ἀντιπερίστασθαι* F.

Digitized by Google

6. Quid sit concretio cum absque diserta de exsiccatione dissertatione exponi nequeat (concretum enim quodammodo siccum est), in sequentibus primo loco, quae exsiccari queant, deinde quas ob causas, quae sicca fiunt, exsiccentur tradit, utrumque, prout res ferebat, obiter tantum attingens. Ea, quae ἐπακτὸν ὕδωρ habent, distinguit in διερά et βεβρεγμένα *de generat. et inter.* II, 2, p. 330, b: τὸ διερὸν μέν ἐστι τὸ ἔχον ἀλλοτρίαν ὑγρότητα ἐπιπολῆς· τὸ δὲ βεβρεγμένον τὸ εἰς βάθος. — Quod siccum est, durum etiam est, non tamen durum et siccum (quo intelligit τὸ πεπηγός, quod δυνάμει humidum est), monente Galeno, quem confer omnino de corporum duritie disserentem *de temperam.* II, 3, p. 589 sqq. et de Aristotelica duri et mollis definitione *de differ. puls.* III, p. 687, *de simpl. medicam. facultat.* V, p. 716.

7. ὀρός pro ὀρρός E. H. — μὴ δὲ γλισχρότητα E. — ἐνίοις γὰρ αἴτιον omisso μέν F. H. N.

8. ἐκτός pro ἔξω F. — ὅταν pro ἐάν F. — κεχωρισμένον αὐτὸ καθ' αὑτό i. e. ἐπακτόν, μὴ συμφυές. — ὑγρόν omisso articulo H. N. Alex. Aldi fol. 132, b. A. Vic. B. — τοῦ θερμοῦ τοῦ ἐντός F.

9. ὡς προείρηται pro ὥσπερ εἴρηται H. — πάντα pro ἅπαντα F. H. — Verba ἢ τῷ ἐκτός, quae tamen probavit, in suo codice non reperit G. p. 33. — ὅτε pro ὅταν H. — ἐφ' ἧς ἔχει A. B. Alex. fol. 132, b in ῥήματι. At ex commentario elucet, eum legisse ὑπό (vide ad Exc. p. 204). Vicomercatus in suis exemplaribus reperit ἀφαιρεθέντος τοῦ ὑγροῦ, ἀφ' ἧς ἔχει et q. s. (ὑγροῦ addunt etiam P., ὕδατος A.): at dubium esse ait, quid per humorem sublatum intellexerit Aristoteles, nisi de humore loquatur, in quo res elixa concoquitur, qui si auferatur, ab exteriori calore non amplius res illa exsiccabitur, sed ab interiore, qui cum exspirat, humorem secum elicit. Maluit tamen facere cum Alexandro, qui aperte legit ἀφαιρεθέντος τοῦ πυρός, ita ut sensus sit, sublato igne, a quo elixa elixabantur, a calore interiore, cuius expiratione humor iis insitus absumitur,

Digitized by Google

exsiccatur. Porro calore humor extruditur, quoniam eius vi rarior evadit, et in vaporem convertitur, qui rarior factus est et levior, inque vaporem calidum conversus, supra migrat et a terrenis partibus, si quae sint, quae maneant, excernitur. At recte se habet, quam cum Bekkero dedimus, lectio *ἀφαιρεθέντος* sc. *τοῦ ὑγροῦ*: repetit enim eadem, quae iam §. 8, exemplo vestis usus, exposuerat. — *ὑφ' ἧς ἔχει θερμότητος* i. e. *ὑπὸ τῆς θερμότητος, ἣν ἔχει*, qua in attractione explicanda non est, cur longa disputatione moremur. — Caeterum, ad rem quod attinet explicandam cfr. *Problem.* XXII, 10, p. 931, a, ubi quaerit, cur ficus, quae in furno siccantur, duriores efficiantur, quam si exemptae foris refrigerentur, ac deinde respondet: *ἢ ὅτι ἐν μὲν τῇ καμίνῳ ἐξατμίζει πᾶν τὸ ὑγρὸν ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ, ἔξω δὲ περιεστηκὼς ὁ ἀὴρ ψύχρων κωλύει τὸ ὑγρὸν ἐξιέναι καὶ συνίστασθαι; μᾶλλον γὰρ ἐξατμίζει. ἐστὶ δὲ τὰ μὲν ξηρὰ σκληρά, τὰ δὲ ὑγρὰ μαλακά.*

Cap. VI.

Inscribitur caput in editione B. et apud G.: *Ὅσα πήγνυται, ἢ ὕδατος εἶναι, ἢ γῆς καὶ ὕδατος. καὶ περὶ διαφόρων τρόπων τοῦ πῆξαι καὶ λύειν.*

1. Apertum est, Aristotelem de humectatione disserere, quatenus sit medius status aggregationis, uti recentiores physici loqui solent. Cum enim aër suapte natura sit humidus atque calidus, omisso, vi frigoris externi, calore suo, in aquam transeat necesse est humidam ac frigidam (cfr. *de generat. et interit.* II, 4, p. 331, a. *Meteor.* I, 3). Quam mutationis viam quum bene explicuisset Aristoteles, alteram ex statu solidi in liquidi conditionem minus bene intellexit, ita ut ipsius elementorum theoria*) longe recedat a notionibus,

*) Iamiam typis erant expressa, quae de verbis *δῆλον γὰρ ὅτι ἡ ἀτμὶς θερμότερον ὕδατος· ἔχει γὰρ τὸ ἀνάγον ὅτι πῦρ Meteor.* I, 10, p. 347, a monuimus Vol. I, p. 430, in quibus *ἀνάγον* illud *πῦρ* comparavimus cum calore latenti recentiorum physicorum, uti antea iam feceramus *Meteorol. veter. Graec. et Roman.* IV, 14, p. 94.

Digitized by Google

quae recentioris aevi physici habent de transitu ex rigido in fluidum. Praeterea silentio plura humectationis genera praeterivit Aristoteles: veluti modum, quo aquae species gignuntur, uti lotii aut seri secretio, tum illum, quo alieno humore res humectantur aut madefiunt, ut lana jdque genus alia. Quod consulto fecit, tum quia ex modis, quos antegresso capite tradiderat exsiccationis, facile possint suppleri haec aliaque humectationis genera, tum quia verus nativusque humor non fiat, sed extrinsecus tantummodo accedat. — Verba εἰς ὕδωρ omisimus cum E. N. F. (qui in margine ea posuit), utpote superflua. — καὶ περὶ πήξεως addita praepositione H. N., quod Aristotelicae loquendi rationi repugnat. cfr. ad I, 12, 19. Vol. I, p. 444.

2. ὅσα πήγνυνται A. Vic. — ἢ θερμῷ ἢ ψυχρῷ ἢ ξηρῷ E. et ita Vatablus, qui vertit: *idque vel frigore vel calore vel sicco.* ἢ ψυχρῷ ἢ ξηρῷ ἢ θερμῷ ἢ ὑγρῷ F. P. ἢ ψυχρῷ ἢ θερμῷ ξηρᾷ mutatis membris A. Vic. Alex. Aldi fol. 133, a. B. De sicco calore dictum est ad IV, 3, 21. — De re cfr. Theophrast. *de lapid.* §. 3, p. 686: ἡ δὲ πῆξις τοῖς μὲν ἀπὸ θερμοῦ, τοῖς δ' ἀπὸ ψυχροῦ γίνεται. κωλύει γὰρ ἴσως οὐδὲν ἔνια γένη λίθων ὑφ' ἑκατέρων συνίστασθαι τούτων· ἐπεὶ τά γε τῆς γῆς ἅπαντα δόξειεν ἂν ὑπὸ πυρός. ἐπείπερ τοῖς ἐναντίοις ἑκάστων ἡ πῆξις καὶ ἡ τῆξις. — Ad verba λύεται τοῖς ἐναντίοις cfr. *Politic.* V, 8, p. 1307, b: πρῶτον μὲν οὖν ὕλην, ὅτι εἴπερ ἔχομεν, δι' ὧν φθείρονται αἱ πολιτεῖαι, ἔχομεν καὶ δι' ὧν σώζονται. τῶν γὰρ ἐναντίων τὰ ἐναντία ποιητικά. — Alterum ὑπό ante ψυχροῦ omittunt Alex. A. Vic. B. cfr. ad §. 1. — θερμοῦ ξυροῦ ut paulo ante θερμῷ ξηρῷ A. Vic. B. P. — ὑπὸ τοῦ ὕδατος addito articulo B. — Verba ὑπὸ ὕδατος .....

V, 15, p. 96, not. 3, ubi legimus ea, quae contra monuit Kämtz in *Allgem. Litterat. Zeit.* 1833. *Dec.* nr. 211, p. 470, b. At eandem, quam illic proposuimus sententiam, etiamnum tuemur, neque scripta retractare in animo est, quae quomodo sint intelligenda ac concilianda cum Aristotelica elementorum theoria ex hisce nostris verbis abunde patet.

Digitized by Google

ὑπὸ ψυχροῦ παγέντα, duplici παγέντα deceptus omittit N. — ὅπερ pro simplici ὃ F. — ψυχρόν omittit F. — ὡς τὸ μέλι pro οἷον τὸ μέλι F. N. Cum IV, 8, 10 dicat: ἄπηκτα δὲ ὅσα μὴ ἔχει ὑγρότητα ὑδατώδη, μηδ' ὕδατός ἐστιν, ἀλλὰ πλεῖον θερμοῦ καὶ γῆς, οἷον μέλι καὶ γλεῦκος, ut contradicere sibi videatur, hanc difficultatem summovet Vicomercatus in adnotatione ad illum locum p. 87: *Quod ad mel attinet, dici potest, suapte quidem natura minime concrescere, quod neque calore neque frigore concrescat: frigore quidem, quod natura calidum sit, et (ut hic dicitur) quasi effervescat, sed neque calore, cum terrea tantum et aquea calore coagulentur, humoris evaporatione, quod melli non convenit. At vero elixum mel coagulatur, si in aquam frigidam mittatur. Eius namque partes calore rariores et laxiores redduntur, vi frigoris rursus densantur et aliquo modo coagulantur.* Esse tamen mella quaedam, quae quodammodo concreta dicere possis, patet ex verbis *de mirabil. ausc.* c. 17, p. 831, b: Περὶ Καππαδοκίαν ἔν τισι τόποις ἄνευ κηρίου φασὶν ἐργάζεσθαι τὸ μέλι, γίνεσθαι δὲ τὸ πάχος ὅμοιον ἐλαίῳ ..... φασὶ δὲ καὶ ἐν Λυδίᾳ ἀπὸ τῶν δένδρων τὸ μέλι γίνεσθαι πολύ, καὶ ποιεῖν ἀπ' αὐτοῦ τοὺς ἐνοικοῦντας ἄνευ κηροῦ τροχίσκους, καὶ ἀποτέμνοντας χρῆσθαι διὰ τρίψεως σφοδροτέρας. γίνεται μὲν οὖν καὶ ἐν Θράκῃ, οὐχ οὕτω δὲ στερεόν, ἀλλ' ὥσανεὶ ἀμμῶδες. ὅπαν δὲ μέλι πηγνύμενον τὸν ἴσον ὄγκον ἔχειν φασίν, οὐχ ὥσπερ τὸ ὕδωρ καὶ τὰ ἄλλα ὑγρά *). Conferendus etiam de natura mellis locus Aristotelis *Hist. animal.* V, 22, p. 554, a: συνίσταται δὲ τὸ μέλι πεττόμενον. ἐξ ἀρχῆς γὰρ οἷον ὕδωρ γίνεται· καὶ ἐφ' ἡμέρας μέν τινας ὑγρόν ἐστιν, ἐν εἴκοσι δὲ μάλιστα συνίσταται. Mel concoctione prorsus corrumpi auctor est Plutarchus *Quaest. Sympos.* VIII, 5. Idcirco in *Geoponic.* XV, 7, 4, p. 1093 praecipitur: τὸ μὲν οὖν χεῖρον μέλι ἕψει, ἄμεινον

*) Quod Dioscoridi dicitur μέλι πεπηγός (II, 104) nihil esse aliud, nisi saccharum nostrum, facile est loco inspecto videre. De saccharo veterum locos diligenter composuit Schneiderus ad Theophrast. *de melle* (fragm. VIII) Tom. IV, p. 822 sqq.

Digitized by Google

γὰρ ἔσται· τὸ δὲ ἄριστον ἔσθιε ὠμόν. De natura mellis conferas praeterea Galen. *de antidot.* I, 2. Vol. II, p. 425: τὸ μέλι λέγομεν ἄριστον εἶναι τὸ γλυκύτατόν τε καὶ δριμύτατον τῶν ἄλλων ἁπάντων ..... κατὰ συμβεβηκὸς δέ τι καὶ παρεπόμενον τῇ οἰκείᾳ ἀρετῇ κατὰ χροιὰν καὶ σύστασιν καὶ ὀσμήν, καὶ τὴν οἷον ἀλληλουχίαν τῶν μορίων. ὠχρὸν μὲν οὖν ἐστι τῇ χροιᾷ. τῇ συστάσει δὲ οὔτε παχὺ καὶ θρομβῶδες, οὔτε λίαν ὑγρόν, ἡνωμένον τε δι' ὅλου καὶ γλίσχρον, ὡς ἐάν γε βαστάσας ἀπ' αὐτοῦ τῷ δακτύλῳ ῥεῖν ἐπιτρέψῃς κατατείνεσθαι συνεχὲς αὐτό, καθάπερ ἴξόν, οὐ διασπώμενον οὐδὲ ἀπορρηγνύμενον. ἀλλ' οὐ διὰ ταῦτ' ἐστιν ἄριστον, ἀλλ' ὅτι τὸ κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν ἄριστον μέλι ταῦτ' ἔχει συμβεβηκότα διὰ παντὸς ἑαυτῷ καὶ διὰ τοῦτο γνωρίσματα γίνεται τοῦ βελτίστου. *Method. curand.* VII, p. 109: τὸ μὲν οὖν μέλι τὸ ξανθὸν τὴν χροιὰν καὶ ἡδὺ τὴν ὀσμήν, καθαρὸν οὕτως, ὡς ὅλον διαυγεῖσθαι καὶ γενομένους ἐπ' ὀλίγον δριμὺ καὶ ἥδιστον, εἰς τοσοῦτό τε συνεστός, ὡς ἐπαρθὲν τῷ δακτύλῳ κατταρρεῖν χάμαζε, συνεχὲς ἑαυτῷ διαμένον, ἁπάντων ἄριστον. *de sanitate tuenda* IV, p. 620: μέλι τὸ κάλλιστον· εὐῶδες δήπου τοῦτο καὶ ξανθὸν ὑπάρχον γλυκύτατόν τε ἅμα καὶ δριμύτατον καὶ τῇ συστάσει μήτε παχύ, μηθ' ὑγρόν, ὡς ἀποσπᾶσθαι αὐτοῦ τὸ συνεχές, ἀλλ' ὥστε καταθέντα τὸν δάκτυλον εἰς αὐτό, κἄπειτα καταστήσαντα μετέωρον ἀπορρέον ὁρᾶν αὐτοῦ τὸ μέλι μέχρι πλείστου συνεχὲς ὂν ἑαυτῷ. Dioscorid. II, 101: ἐστὶ δὲ δοκιμώτερον τὸ γλυκύτερον καὶ δριμύ, εὐωδέστερον, ὑπόξανθον, οὐχ ὑγρόν, ὅλκιμον δὲ καὶ εὔτονον καὶ ἐν τῷ ἑλκυσθῆναι ἀνατρέχον ὡς ἐπὶ τὸν δάκτυλον. Macrob. *Saturnal.* VII, 12. *Geoponic.* XV, 7, 2 sq.: ἔστω δὲ εἶδει διαυγὲς καὶ ὑπόξανθον καὶ ἁψαμένῳ λεῖον καὶ ἕλκοντι ἐπιπολὺ συναφὲς ἑαυτῷ μενέτω, καὶ μετέωρον ἄραντος ἡσυχῇ ἀπορρείτω καὶ εἰς λεπτότητα ἐλθὸν καὶ βραδὺ ἀποσπασθὲν παχὺ ἀναφερέσθω καὶ προσέστω τὸ εὐῶδες. πολλῷ δὲ τῷ χρόνῳ παντὸς μέλιτος ξηραινομένου, τὸ Ἀττικὸν μέλι ὑγρὸν διαμένει, τὴν δὲ χροιὰν μελαίνεται. Plin. *Hist. natur.* XI, 15: *Maxime laudabile est etiam omne rutilum. ..... In aestimatu est e thymo coloris aurati, saporis gratissimi ..... Thymosum*

Digitized by Google

non coit, et tactu praetenuia fila mittit: quod primum gravitatis argumentum est. Abrumpi statim et resilire guttas, vilitatis indicium habetur. Sequens probatio, ut sit odoratum, et ex dulci aëre, glutinosum, pellucidum. Addas denique Aristot. *Histor. animal.* IX, 40, p. 626, b.

3. Huc non pertinere patet, quae ἰδίαν ὑπόστασιν habent, veluti aquam marinam, eamque etiam alia de causa, quia suapte natura calida est (II, 3) ita, ut siccet potius quam madefiat. Cf. Galen. *de natur. facultat.* II, p. 129. *de simpl. medicam. facult.* I, 6, p. 392. V, 22, p. 709 *). — οὖν omittit F. — Verba λύεται γὰρ ὑπὸ πυρός om. E. — τὸ δ' αὐτῷ τῷ αὐτῷ mendo, ut videtur, typographico Vic. Cfr. *de generat. et interit.* II, 10, p. 336, a: φανερόν, ὅτι μιᾶς μὲν οὔσης τῆς φορᾶς, οὐκ ἐνδέχεται γίνεσθαι ἄμφω, διὰ τὸ ἐναντία εἶναι. τὸ γὰρ αὐτὸ καὶ ὡσαύτως ἔχον ἀεί, τὶ αὐτὸ πέφυκε ποιεῖν. Quo loco comparato simul intelligitur vis praepositionis κατά in verbis κατὰ ταὐτό. — ἔσται pro ἔστιν H. — ἀπεῖναι pro ἀπιέναι F. H. N. — τὸ εἰσιέναι pro τῷ εἰσιέναι F. — ὡς δὲ ποιοῦντος ὑπὸ ψυχροῦ πήγνυται E.

4. διὸ οὐ παχύνεται et q. s. Crassum enim ad siccum, tenue ad humidum, qua ratione pertineant, exponit *de generat. et interit.* II, 2, p. 329, b: ἐπεὶ τὸ ἀναπληστικόν ἐστι τοῦ ὑγροῦ, διὰ τὸ μὴ ὡρίσθαι μέν, ἀόριστον δὲ εἶναι καὶ ἀκολουθεῖν τῷ ἁπτομένῳ (τὸ δὲ λεπτὸν ἀναπληστικόν. λεπτομερὲς γὰρ καὶ τὸ μικρομερὲς ἀναπληστικόν· ὅλον γὰρ ὅλου ἅπτεται· τὸ δὲ λεπτὸν μάλιστα τοιοῦτον), φανερόν, ὅτι τὸ μὲν λεπτὸν ἔσται τοῦ ὑγροῦ, τὸ δὲ παχὺ τοῦ ξηροῦ. — καί post διό addunt F. H. N. — ταῦτα pro τὰ τοιαῦτα F. — Quod dicit ὕδωρ τῶν ὑγρῶν οὐ παχύνεται μόνον illustravimus ad IV, 3, 7.

5. ὑπὸ τοῦ πυρός addito articulo F. P. — πυρός i. e. θερμότητος, cum πῦρ sit ὑπερβολὴ θερμότητος, ut ipse

*) Quae Galenus disputat de aqua maris mortui bituminosa *de simpl. medicam. facult.* V, 20, p. 690 sqq. addenda erant iis, quae disseruimus ad II, 3, 39. Vol. I, p. 534.

Digitized by Google

explicat *de generat. et interit.* II, 3, p. 330, b. — *ὑπό ante τοῦ ψυχροῦ*, quod Bekkerus exhibet, omisimus cum E. Alex. fol. 133, a. A. Vic. B. — Articulus ante *ψυχροῦ* deest in E. H. N. B. — *παχύνεται δὲ καὶ ὑπ' ἀμφοῖν* addito *καί* F. — *ἔστι μὲν οὖν ὡς τ. α. τρ.* addito *οὖν* F. — *τοῦ θερμοῦ* addito articulo F. — *ἐξαγαγόντος* pro *ἐξάγοντος* F. — *ἐξ. τοῦ ὑγροῦ γάρ* transposita particula E. — Articulum ante *ψυχροῦ* omittunt E. H. N. *ἀπὸ δὲ ψυχροῦ* mutato etiam *ὑπό* in *ἀπό* B. — *τοῦ θερμοῦ ἐκλυθέντος* pro *τὸ θερμὸν ἐκθλίβοντος* H. qui fortasse voluit *τοῦ θερμοῦ ἐξεληλυθότος* N. *τοῦ θερμοῦ ἐκβληθέντος*. — *συνεξατμίζοντος* ad *θερμοῦ* relatum, perperam, cum *ἐξατμίζοντος* scribendum fuisset, quamvis defendi posse videatur verbis §. 8: *καὶ τοῦ θερμοῦ συνεξατμίσαντος ἅπαντος* A. Vic. B. G. p. 34, qui tamen alteram scripturam non improbavit, in *ῥήματι* Olymp. Alex., qui tamen in commentario fol. 133, b ait *μεθ' οὗ* (sc. *τοῦ θερμοῦ*) *συνεξατμίζει καὶ τὸ ὑγρόν*. — Totum locum ante oculos habuit Aristoteles *de part. animal.* II, 4, p. 650, b loco ad IV, 7, 13 a nobis adscribendo.

6. *ὀπτόμενος* pro *ὀπτώμενος* hic et sequenti paragrapho F. — *κέραμος*, qui alibi *κεραμῖτις γῆ* vocatur, uti *Geoponic.* VI, 3, 4, apud Platon. *de legg.* VIII, p. 429, Plutarchum *de aere alien. vit.* p. 201, *κεραμὶς γῆ* apud Theophrastum *de caus. plantar.* II, 4, 1, p. 394, *creta figularis* apud Columellam aliosque, apud *hodiernos Italos pancone* dicta. Vide Victor. *Var. Lect.* XXXI, 15. Locos veterum de artis figularis et inventione et usu et methodo composuit Schneiderus *Eclog. phys.* IX, 29—35, p. 148 sqq., quem adi. Adde Plutarchi verba huc pertinentia *Quaest. Sympos.* III, 8: *τὸ πῦρ τὸν κέραμον, ἂν μὴ ᾖ μέτριον, συγκρατύνει καὶ πήγνυσιν, ἂν δὲ ὑπερβολῇ πλήξῃ, συνέτηξε καὶ ῥεῖν ἐποίησεν.*

7. *καί* ante *διαστρέφεται* omittit E. — *ἐν ταῖς καμίνοις* N. Atque *τῇ καμίνῳ* absque lectionis varietate deprehenditur *Problem.* XXII, 10, p. 931, a ac saepius, quamvis hic illic in antiquis codicibus de substantivi genere dubitetur. — De

Digitized by Google

re cfr. Olympiodor. fol 61, b (Exc. ad IV, 1, 4): *ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ ψυχρὸν αἴτιόν ἐστι φησὶ γενέσεως, ὥσπερ ἐπὶ τῶν κεράμων. δεῖ γὰρ πρῶτον ὑπὸ ψύξεως παγῆναι τὸν πηλόν, εἶθ' οὕτως ἐν τῇ καμίνῳ ὀπτηθῆναι. εἰ μὴ γὰρ ἐπάγη πρῶτον, οὐκ ἠδύνατο ἐυθμισθῆναι τὸ σχῆμα τοῦ κεράμου, ὅπου γε καὶ μετὰ τὸ παγῆναι κατ' ἀρχὰς ἐν τῇ ὀπτήσει διαστρέφεται πολλάκις χειμέντης τῆς ἐν αὐτῷ ὑγρότητος· ὕστερον δὲ διαφερουμένης ταύτης, ἐν τῇ τελείᾳ ὀπτήσει κατορθοῦται τὸ σχῆμα.* Theophrast. *de lapid.* §. 10, p. 688 sq.: *πολλοὶ οἱ ῥηγνύμενοι καὶ διαπηδῶντες ὡς ἀπομαχόμενοι τὴν πύρωσιν, ὥσπερ ὁ κέραμος. ὃ καὶ κατὰ λόγον ἐστίν, οἵ τινες ἐξυγρασμένοι τυγχάνουσι· τὸ γὰρ τηκτὸν ἔνικμον εἶναι δεῖ καὶ ὑγρότητα ἔχειν πλείω*, ubi nostri loci oblitus est Schneiderus. Veram, cur argilla figularis in fornacibus emittat vapores, emolliatur et torqueatur causam cognitam Theophrasto, uti ex verbis paulo ante laudatis patet, minime adsecutus esse videtur Aristoteles: humorum quantitatem, quam antea in se receperat. Quam proprietatem cretae figularis bene etiam noverat Plato (l. l. ad §. 6), de quo Plutarchus *de aer. al. vitand.* p. 201: *Ὁ Πλάτων ἐν τοῖς Νόμοις οὐκ ἐᾷ μεταλαμβάνειν ὕδατος ἀλλοτρίου τοὺς γείτονας, ἂν μὴ παρ' ἑαυτοῖς ὀρύξαντες ἄχρι τῆς κεραμίτιδος καλουμένης γῆς ἄγονον εὕρωσι νάματος τὸ χωρίον. ἡ γὰρ κεραμῖτις φύσιν ἔχουσα λιπαρὰν καὶ πυκνὴν στέγει παραλαβοῦσα τὸ ὑγρὸν καὶ οὐ δίησι.* Adde Niclas ad *Geopon.* II, 5, 3, p. 80. cfr. VI, 3, 1, p. 433 sqq.

8. *πλέον* pro *πλείων* N. *πλέων* E. — Articulum ante *γῆς* addit F. — *προσιόντος* pro *εἰσιόντος* H. N. — Articulum ante *πηλός* addit F. — *συνεξατμίζοντος* pro *συνεξατμίσαντος* F. N. — *δή* pro *δέ* F. H. N. P. — *εἰ μὴ ὑπερβ.* addito *εἰ* H. N. *ὑπερβαλούσῃ* Alex. fol. 134, a.

9. *καὶ* post *δέ* omittit F. — Locus hic unus est ex eorum numero exiguo, in quibus aliquid de metallurgia veterum memoriae proditum est. Vix enim, praeter ea, quae apud Diod. Sicul. III, 13, p. 182, Agatharchid. apud Phot. *Bibl.* p. 1342, Hippocrat. *de rat. vict.* I. Sect. IV, p. 13, Plinium *Hist. nat.* XXXIII, 4, 21 leguntur aliquid, quod

Digitized by Google

maioris sit momenti, deprehenditur. Noster locus saepenumero tractatus est, a Listero in *Philosoph. Transact.* nr. 203, Schneidero *Anal. ad hist. rei metall. vetter.* p. 28. ad *Eclog. phys.* IX, 94. Tom. II, p. 94, Beckmanno ad Aristot. *de mirabilib. auscult.* p. 97, quos adi. Is, quem postremo loco laudavimus, Beckmannus haesit in verbo ὑφίστανται, quod ad ferrum, non ad scoriam spectare ait, cum illud subsideat, haec vero supernatet atque detrahatur. At perperam: ὑφίστασθαι enim est vox media, ut saepenumero perspicuitatis gratia, ubi eadem, qua hoc nostro in loco significatione ponitur, addatur ἐπάνω. v. c. *de mirabilib. auscult.* 141, p. 845, a: ὅταν δὲ καὶ τοῦτο σαπῇ, τὸ ὑφιστάμενον ἐπάνω τοῦ αἵματος, ὃ δή ἐστιν ὑδατῶδες, μιγνύουσι τῷ τῆς ἐχίδνης ἰχῶρι καὶ οὕτω ποιοῦσι θανάσιμον. Theophrast. *de lapid.* §. 58, p. 701: γίνεται δὲ τὸ μὲν ὑφιστάμενον κάτω κινναβάρι, τὸ δ' ἐπάνω καὶ πλεῖον πλόσμα. Ne quis perperam intelligeret hoc verbum de cinere subsidente, quod fieri nequit, ad verbum ἀποκαθαίρεται addidit κάτω, ita ut sensus sit: *supernatat enim et demitur, ut ferrum sincerius fiat, cinis.* — καὶ πάλιν πήγνυσθαι. Ut durius evaderet ferrum etiam veteres excoctum ac fere liquatum in aquam frigidam immerserunt, qui usus iam Homero *Odyss.* IX, 390 sqq. innotuit. Cfr. Sophocl. *Aiac.* 720. Iustin. XLIV, 4. Lucret. VI, 968:

Humor aquae porro ferrum condurat ab igne.

Plutarch. *de defect. oracul.* 47. Vol. IX, p. 378 ed. Hutten. Salmasius *Exercr. Plin.* p. 763 laudat titulum operis chemici cuiusdam graeci περὶ βαφῆς Ἰνδικοῦ σιδήρου. (Vide Bernard. Praef. ad *Gloss. chem.* in fine Palladii *de febr.* p. 116). Huc etiam pertinet βαφὴ τοῦ σιδήρου apud Theophrastum *Hist. plant.* V, 3, *de caus. pl.* I, 22, 5 et verbum βάπτειν *durare* apud Dioscorid. V, 138, p. 806. Ne prorsus liquefieret ferrum candens, fabri marmoris aliorumque lapidum parvula ramenta inspergebant. cfr. Plut. *de prim. frigid.* 19. Vol. XIII, p. 119. *Quaest. Sympos.* IV *praef.* XI, p. 158. — στόμωμα est *acies, chalybs.* Cfr.

Digitized by Google

Daimachum apud Stephan. Byzantin. p. 714: ἐκ τῆς χαλύβων χώρας ὁ σίδηρος ὁ πρὸς τὰ στομώματα ἐπαινούμενος ἐξάγεται. Polluc. *Onomast.* VII, p. 764: Χαλυβικὸν στόμωμα. Eustath. ad Dionys. *Perieges.* 767, p. 244 Bernh. (p. 101 Steph.) de Chalybibus loquens: ἀφ' ὧν σίδηρός φασιν ἐξάγεται ὁ πρὸς τὰ στόματα ἐπαινούμενος, ἤγουν τὰ στομώματα. Quid sit στόμωμα minime intellexerat Plinius *Hist. nat.* XXXIV, 11: *Squamae est alterum genus subtilius, ex summa scilicet lanugine decussum, quod vocant* στόμωμα, quamvis errorem his verbis subesse infitietur Beckmannus *Beitr. zur Gesch. der Erfind.* Vol. V, p. 81 not. comparans, quos iam Harduinus laudaverat, locos Oribasii XIII, p. 233, Cels. VI, 6, quibus addit Aët. X, 11: λεπὶς τοῦ στομώματος σιδήρου, quibus tamen nihil proficitur. Alium modum, quo veteres usi sunt, ferrum purgandi, narrat Diodorus Siculus V, 33, p. 356: Κελτίβηρες ξίφη ἀμφίστομα καὶ σιδήρῳ διαφόρῳ κεχαλκεύμενα φοροῦσιν. ἴδιον δέ τι παρ' αὐτοῖς ἐστι περὶ τὴν τῶν ὅπλων καὶ ἀμυντηρίων κατασκευήν. ἑλάσματα γὰρ σιδήρου κατακρύπτουσιν εἰς τὴν γῆν καὶ τοῦτο (ni fallor scribendum ταύτῃ) ἐῶσι μέχρις ἂν ὅτου διὰ τὸν χρόνον τοῦ ἰοῦ περιφαγόντος τὸ ἀσθενὲς τοῦ σιδήρου καταλειφθῇ τὸ στερεώτατον. ἐξ οὗ κατασκευάζουσι διάφορα ξίφη καὶ τἆλλα τὰ πρὸς πόλεμον ἀνήκοντα. Τὸ δ' οὕτω κατασκευασθὲν ὅπλον πᾶν τὸ ὑποπεσὸν διαιρεῖ. ἀφ' οὗ οὔτε θυρεὸς οὔτε κράνος οὔτε ὀστοῦν ὑπομένει τὴν πληγὴν διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς τοῦ σιδήρου. Cfr. etiam Plutarchum *de garrulit.* p. 510. Polyb. apud Suid. v. μάχαιρα. — στόματα pro στομώματα A. — σκορία pro σκωρία H. — Articulum post τοῦτο ante στόμωμα addunt E. H. N. — Cum tota paragrapho conferas Aristotelem *de mirabilib. auscult.* c. 48, p. 833, b: λέγεται δὲ ἰδιαιτάτην εἶναι γένεσιν σιδήρου τοῦ Χαλυβικοῦ καὶ τοῦ Ἀμισηνοῦ. συμφύεται γάρ, ὥς γε λέγουσιν, ἐκ τῆς ἄμμου τῆς καταφερομένης ἐκ τῶν ποταμῶν. ταύτην δ' οἱ μὲν ἁπλῶς φασὶ πλύνοντας καμινεύειν, οἱ δὲ τὴν ὑπόστασιν τὴν γενομένην ἐκ τῆς πλύσεως πολλάκις πλυθεῖσαν συγκάειν, παρεμβάλλειν δὲ τὸν πυρίμαχον καλούμενον λίθον· εἶναι δ' ἐν τῇ χώρᾳ πολύν. οὗτος δ' ο

Digitized by Google

σίδηρος πολὺ τῶν ἄλλων γίνεται καλλίων. εἰ δὲ μὴ ἐν μιᾷ καμίνῳ ἑκάετο, οὐθὲν ἄν, ὡς ἔοικε, διέφερε τἀργυρίου. μόνον δέ φασιν αὐτὸν ἀνίωτον εἶναι, οὐ πολὺν δὲ γίνεσθαι.

10. κάθαρσιν pro ἀποκάθαρσιν H. N.

11. Pyrimachus lapis quis sit, dictu difficillimum est. Praeter locum ex libro *de mirabil. auscult.* c. 48 ad §. 9 laudatum cfr. Theophrastum *de lapid.* §. 9, p. 688: κατὰ δὴ τὴν πύρωσιν οἱ μὲν τήκονται καὶ ῥέουσιν, ὥσπερ οἱ μεταλλευτοί. ῥεῖ γὰρ ἅμα τῷ ἀργύρῳ καὶ τῷ χαλκῷ καὶ σιδήρῳ καὶ ἡ λίθος ἡ ἐκ τοιούτων, εἴ τ' οὖν διὰ τὴν ὑγρότητα τῶν ἐνυπαρχόντων, εἴ τε καὶ δι' αὐτούς. Ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ πυρομάχοι (ita enim exhibet Schneiderus) καὶ οἱ μυλίαι (de quibus postea §. 12) ῥέουσιν, οἷς ἐπιτιθέασιν οἱ κάοντες. Οἱ δὲ καὶ ὅλως λέγουσι πάντας τήκεσθαι πλὴν τοῦ μαρμάρου· τοῦτον δὲ κατακάεσθαι καὶ κονίαν ἐξ αὐτοῦ γίνεσθαι. Plinius *Hist. natur.* XXXVI, 19 pyriten vocavit, sed ab homonymo lapide, hodienum ita vocato, probe distinxit. De nostro enim pyrimacho aperte valent sequentia verba, quae in pyriten non quadrant: *Molarem quidam pyriten vocant, quoniam sit plurimum ignis illi: sed est alius etiamnum pyrites similitudine aeris. In Cypro eum reperiri volunt, et in metallis, quae sunt circa Acarnaniam, unum argenteo colore, alterum aureo. Coquuntur varie: ab aliis iterum tertioque in melle, donec consumatur liquor: ab aliis pruna prius, dein melle, et postea lavantur, ut aes. Ususque eorum in medicina est calfacere, siccare, discutere, humorem extenuare et duritias nimias mollire. Utuntur et crudis tusisque ad strumas atque furunculos.* Beckmannus, quum ad Aristot. *de mirabil. auscult.* l. l, p. 97 nihil certi statuere auderet, in libro *Beitr. zur Gesch. der Erfind.* III, p. 552 de fluore Agricolae sive spato fluviatili recentiorum cogitavit. — Mox cum codice N. exhibuimus τὸ δὲ ῥέον ὅταν πηχθῇ, uti etiam in suo codice reperit Accorambonus, quam lectionem probavit Schneiderus ad Theophrast. IV, p. 537. 546. Bekkerus cum reliquis omnibus τὸ δὲ πηγνύμενον ὅταν ῥυῇ, nisi quod G. p. 36 legit: τὸ δὲ ὅταν

Digitized by Google

ῥυῇ πηγνύμενον πάλιν, quod nihil differt. — ἀειηρὸν γίνεται F. inverso ordine. — αἱ μύλαι iidem lapides, qui §. 12 μυλίαι vocantur et vulgo οἱ μύλοι audiunt cfr. Pierson. ad Moerid. p. 235 ed. Koch. Verba ὥστε ῥεῖν ..... ὅμοιον δὲ γίνεται in margine posuit F. ῥέειν A. Vic. B. — τῷ τιτάνῳ N. Veteres sibi non constabant, cum mox gypsum, mox calcem hoc nomine nuncuparent. Cfr. omnino Schneider. *Eclog. phys.* Tom. II, p. 89 sq. In *Geoponic.* VII, 8 τίτανος explicatur ζῶσα ἄσβεστος. cfr. ad Exc. in h. l. p. 209. — δέ post τήκεται omittit F.

12. ξηροῦ θερμοῦ transposito θερμοῦ F. H. N. cfr. ad §. 2. — Pro λυτά, quod dedimus cum E. B., Bekkerus cum reliquis λύεται. Potioris codicis auctoritatem hoc quoque in loco sequendam esse duximus. Cfr. IV, 7, 15: τὰ μὲν λυτά ἐστιν, οἷον νίτρον, τὰ δὲ ἄλυτα, οἷον κέραμος. — ὅσα pro ὅσοι ad γένη relatum F. — καθείσης pro συγκαυθείσης F. — αἱ μυλίαι Alex. fol. 134, a, nisi voluit αἱ μύλαι ut §. 11. In commentario tamen vocat τοὺς μυλίους λίθους. De lapide illo pumicoso, e crateribus montium ignivomorum, Aetnae, Vesuvii aliorumque eiecto cfr. praeter locum Theophrasti ad §. 11 laudatum Strabon. VI, p. 413 (p. 260 ed. Sieb.): Ὁ δὲ ῥυὰξ εἰς πῆξιν μεταβάλλων ἀπολιθοῖ τὴν ἐπιφάνειαν τῆς γῆς ἐφ' ἱκανὸν βάθος, ὥστε λατομίας εἶναι χρείαν τοῖς ἀνακαλύψαι βουλομένοις τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐπιφάνειαν. τακείσης γὰρ ἐν τοῖς κρατῆρσι τῆς πέτρας, εἶτ' ἀναβληθείσης τὸ ὑπερχυθὲν τῆς κορυφῆς ὑγρὸν πηλός ἐστι μέλας ῥέων κατὰ τῆς ὀρεινῆς· εἶτα πῆξιν λαβὼν γίνεται λίθος μυλίας τὴν αὐτὴν φυλάττων χρόαν, ἣν ῥέων εἶχε. Sulpic. Sever. *Aetn.* v. 392 sqq. (Wernsdorf *Poët. lat. minor.* IV, p. 168):

Pars oculis manifesta iacet, quae corpore duro est
Ac lapis, in pingui fervent incendia suaco.
Quin etiam vario quaedam sub nomine saxa
Toto monte liquant: illis custodia flammae
Vera tenaxque data est: sed maxima causa molaris
Illius incendi lapis: is sibi vindicat Aetnam.

Digitized by Google

Quem si forte manu teneas et robora cernas,
Nec servare putes ignem nec spargere posse.
Sed simul ac ferro quaeres, respondet, et ictu
Scintillat calor. Hunc multis circumdato flammis
(Et potes extorquere animos atque exue robur),
Fundetur ferro citius: nam mobilis illi
Et metuens natura mali, ubi cogitur igni.
Sed simul atque hausit flammas, non tutior haustis
Ulla domus; servans aciem duransque tenaci
Septa fide: tanta est illi potentia victo.
Vix unquam redit in vires atque evomit ignem.
Totus enim denso stipatus robore tarda,
Per tenues admissa vias, incendia nutrit,
Cunctanterque eadem pigreque accepta remittit.

Cfr. v. 450. 530. Multa de molari lapide composuit diligentia Schneideri ad Theophrast. Tom. IV, p. 546 sqq. ubi etiam plura de discrimine disputantur, quod inepte inter *μύλας* §. 11 et *μυλίους λίθους* statuebant Vicomercatus et Furlanus ad Theophr. l. l. qui *ἅλυτα* de liquatione intellexerant, quod de solutione erat explicandum. — *ἅλυτοι* ad *μυλίαι* relatum F. H. A. Vic. Alex. P. — *νίτρον* est, quod hodie vocatur Natrum. Cfr. Beckmann. ad Arist. *de mirabil. ausc.* p. 111, ad Antigon. Caryst. p. 216. Schneider. ad *Eclog. phys.* Tom. II, p. 90 sq. Coray ad Hippocrat. *de aëre, aq. et loc.* Tom. II, p. 109 sq. ad Xenocrat. et Galen. *de alim. ex aquat.* p. 199 sqq. Multa de eo reperiuntur apud Plinium *Histor. nat.* XXXI, 10, qui sua ex Theophrasti deperdito quodam opere hausit. — *ἅλες* de omni sale intelligendum est. Cfr. Aristot. *de mirab. auscult.* c. 136, p. 831, a: *γίνεσθαί φασιν* (prope Uticam) *ἅλας ὀρυκτοὺς ἐπὶ τρεῖς ὀργυιὰς τὸ βάθος, τῇ ὄψει λευκοὺς καὶ οὐ στερεούς, ἀλλ' ὁμοίους τῷ γλισχροτάτῳ γλεῳ. καὶ ὅταν ἀνεχθῶσιν εἰς τὸν ἥλιον ἀποστερεοῦσθαι καὶ γίνεσθαι ὁμοίους τῷ Παρίῳ λίθῳ.* Adde locum ex problematis ad sequentem paragraphum adscribendum. — *οὐ παντὶ δέι, ἀλλὰ ψυχρῷ.* Ne quis putet, Aristotelem

Digitized by Google

ignorasse, nitrum ac salia calida aqua melius ac citius solvi, quam frigida, is diligenter inspiciat verba *ἐλαίῳ οὐ τήκεται*. Etenim *ἔλαιον, ἐνεργείᾳ* frigidum est ideoque frigidis, qui solvunt, humoribus adnumerandum foret, nisi facile perspici posset, Aristotelem id potissimum ante oculos habuisse, quod oleum *δυνάμει καὶ φύσει* calidum est, quia multum in se aëris continet natura calidi (vide not. ad IV, 1, 1), aqua autem, etiam calefacta, *δυνάμει* frigida, quae una cum humiditate propria eius est natura.

13. *τήκονται* loco singularis numeri, quem exhibet Bekkerus, exhibuimus auctoritatem secuti Alexandri, codicis E., editionum A. Vic. P. Vide not. ad I, 3, 1. Vol. I, p. 330 et, quem laudavimus in not. ad Exc. IV, 6, 6, p. 209, Niclas ad *Geopon.* IV, 15, 18, p. 308, qui exempla composuit neutrius plurali numero positi cum verbis pluralis et singularis numeri in eadem enuntiatione coniuncti, uti h. l. factum est. — *ἐλαία* pro *ἐλαίῳ* N. Verba *ἐλαίῳ δ' οὐ τήκεται* in margine posuit F. — Alterum *θάτερον* omittunt F. H. — *τῶν ἐναντίων αἴτια* transposito posteriore vocabulo F. — De verbis *τἀναντία ἔσται αἴτια τῶν ἐναντίων* cfr. quae monuimus ad §. 2. 3, ubi addas IV, 7, 16: *αἴτιον δ' ὅτι τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων αἴτια, ὥστ' εἰ πήγνυται ὀνοῖν, ψυχρῷ καὶ ξηρῷ, λύεσθαι ἀνάγκη θερμῷ καὶ ὑγρῷ. Probl.* III, 16, p. 873, a: *τἀναντία οὖν ποιεῖ οὐ ταὐτά, ἀλλὰ τὰ μὴ ὁμοίως ἔχοντα, ὥσπερ καὶ τὸ πῦρ τὰ μὲν ξηραίνει, τὰ δὲ ὑγραίνει, ἀλλ' οὐ ταὐτά, καὶ τήκει τὸν κρύσταλλον καὶ πήγνυσι τοὺς ἅλας.*

Cap. VII.

Inscribitur caput in editione B.: *Πάλιν ὅτι τὰ μὲν ὑπὸ πυρός, τὰ δὲ ὑπὸ ψυχροῦ παχύνεται, καθόσον ἢ ὕδατος ἢ γῆς πλέον ἔχει.* G. addit: *καὶ ἰδίως περὶ ἐλαίου διὰ τί παχύνεται μὲν ὑπ' ἀμφοῖν, πήγνυται δὲ ὑπ' οὐδετέρου.*

1. Verba huius paragraphi pluribus dubitationibus ansam praebuerunt interpretibus, quas tollere conatus est Vicomercatus, cuius verba huc pertinentia adscribenda censemus: Locus ambiguus admodum videtur, et diversas accipit

Digitized by Google

interpretationes, propter particulam μόνον, quae aliter atque aliter potest construi. Primum adiici potest verbo crassescere, ut sit sensus ea, quae plus aquae continent, quam terrae, crassescere duntaxat, non item concrescere: quae autem plus terrae, concrescere. Quae vera horum verborum videtur, etsi dubitationem habeat, ut post docebo. Potest etiam exponi, ut particula μόνον excludat res eas, quae plus aquae quam terrae continent, ut sit sensus: Ea tantum, quae plus aquae habent, quam terrae, crassescunt, videlicet cum coagulantur: quae autem plus terrae, coagulantur, videlicet absque crassitie. Quae expositio his, quae antea tradita sunt, quoquo modo accommodatur, et veluti corollarium eorum videtur: siquidem dictum est, mollia non crassescere, veluti fictile, quod terreum esse, nemo dubitat: liquida autem mixta, ut lac crassescere, cum coagulatur. Sed hanc expositionem, lactis constitutio removet, quippe quod terreum est *magis*, quam aqueum, ut post dicetur, ut falsum sit, ea duntaxat, quae aquae plus habent, crassescere, cum igne coagulantur. Praeterea dictum est, caloris efficientia non concrescere res aqueas, sed potius solvi. Alia est huius loci expositio, quam quidam sequuntur, ut particula μόνον ad ignem referatur, et talis sit sensus: Quae plus aquae habent, quam terrae, igne solo crassescunt: quae plus terrae, concrescunt. Sed utrumque falsum est. Nam fictile, quod plus terrae habet, quam aquae, frigore concrescit, quamquam non perfecte et omnino. Oleum frigore concrescit, quod plus aquae continet quam terrae. Itaque expositio prior magis probatur, ut quae pauciores difficultates coniunctas habeat, et cum verbis superioribus cohaereat. Nam, cum dixisset, quae sunt terrea simul et aquea, frigore et igne concrescere, et utroque etiam concrescere; sed aliter atque aliter, mollia item, ut fictile, igne non crassescere, liquida mixta crassescere, quaedam autem esse intelligeret, quae ignis efficientia solum crassescerent, non item crassescerent, alia vero concrescerent, eorum constitutionem voluit indicare. Itaque crassescere duntaxat tradidit, quae plus aquae habent, quam terrae: concrescere, quae terrae. Sed quae

Digitized by Google

sint ea, quae plus aquae habentia, crassescant tantum, non concrescant, non facile potest assignari, nisi lac illud ex iis esse, cum Alexandro statuamus, in quo parum casei inest, et seri multum. Nam reliquum lac calore concrescere Aristoteles statuit, atque ad terram pertinere inferius docebit. Dubitatio autem est de sero, et aliis aquae generibus, in quibus plus aquae inest, quam terrae, quae tamen calore non crassescunt. Verum dicendum est, de his rebus nunc agi, quae terrae et aquae plurimum cum habeant, aquae tamen plus acceperunt, quale est id lac, quod diximus. Itaque ad hunc locum aquae species non pertinere. Aut dici potest, illa quidem duntaxat crassescere, quae plus aquae habent, verum non omnia. Sic enim antea dictum est, quae ex aqua et terra communiter constant, ea calore et frigore concrescere, et utroque etiam crassescere, cum tamen aliqua minime crassescerent, veluti fictile. Cum autem dicitur, concrescere ea, quae terrae plus habent, concrescere tantum, Alexander intelligit, quomodo et tantum crassescere, quae aquae plus continent. Sed de omni concretione videtur exponendum, seu fiat crassescendo, seu absque crassitie. Nam quae igne concrescunt, seu hoc, seu illo modo, terrea dicuntur. Terreae enim partes igne humorem eliciente coagulantur. Addidit autem, nitrum, salem, lapides et fictile ad terram magis, quam ad aquam ob eam causam pertinere, quod igne concrescant. Quod dictum Alexandro quidem favet, cum absque crassitie haec omnia cogantur, sed non ideo haec sola commemorantur, quod de iis tantum agatur, quae sine crassitie concrescunt, verum quod ea, quae non crassescunt, ad aquam referri viderentur, ut quae sola ex humidis minime crassescat. Quod si de rebus, quae, dum coagulantur, non crassescunt, Aristotelem locutum cum Alexandro velimus, ideoque haec tantum commemorata, quae hoc modo concrescunt, dicendum erit, tradi quidem ea, quae sic concrescunt, terrea esse, sed non negari, quin et alia terrea sint, quae dum concrescunt, crassescant, cuiusmodi est lac. — Haec Vicomercatus. Cum IV, 6, 3 diximus ea, quae aquea

Digitized by Google

tantummodo sunt, vi ignis non concrescere (*πήγνυσθαι*), deinde vero addidisset §. 4, omnia humida ope caloris crassescere (*παχύνεσθαι*), ipsa aqua excepta, cum praeterea §. 5 eas materias, quae communes aquae et terrae sunt, duplici ratione crassescere tradidisset et frigore et calore, patet h. l. *μόνον* referendum esse ad *παχύνεται*, ita ut, quod sequitur verbum *πήγνυται* de operatione intelligendum sit, quae humidas (humor enim omnibus fere inest rebus) materias magis etiam condensat, quam *πάχυνσις*, ita ut *πῆξις* tamquam validior *πάχυνσις* proponatur. Patet autem ad verba *ὅσα γῆς* non supplendum esse *ἐστί*, sed *πλεῖον ἔχει ἢ ὕδατος*. — *ὑπὸ τοῦ πυρός* addito articulo A. Vic. Alex. fol. 134, a. B. P. — *ἔχει πλεῖον* H. N. transposito *πλεῖον*. — Verba *καὶ οἱ ἄλες* omittit F.

2. Cum iis, quae de olei natura, omninoque de varia concretione ac coagulatione materiarum, ex aqua et terra, aut alterutra consistentium h. l. monet, conferendus est locus *de gener. animal.* II, 2, p. 735, a sqq., ubi de semine agit, et oblata occasione simul explicat olei naturam. Adscribimus verba huc pertinentia: *περὶ δὲ τῆς τοῦ σπέρματος φύσεως ἀπορήσειεν ἄν τις. τὸ γὰρ σπέρμα ἐξέρχεται μὲν ἐκ τοῦ ζῴου παχὺ καὶ λευκόν· ψυχόμενον δὲ γίνεται ὑγρόν, ὥσπερ ὕδωρ, καὶ τὸ χρῶμα ὕδατος. ἄτοπον δὴ ἂν δόξειεν. οὐ γὰρ παχύνεται ὕδωρ θερμῷ, τὸ δ' ἔσωθεν ἐκ θερμοῦ ἐξέρχεται παχύ. ψυχόμενον δὲ γίνεται ὑγρόν. καίτοι πήγνυταί τε τὰ ὑδατώδη, τὸ δὲ σπέρμα οὐ πήγνυται τιθέμενον ἐν τοῖς πάγοις ὑπαίθριον, ἀλλ' ὑγραίνεται ὡς ὑπὸ τοῦ ἐναντίου παχυνθέν. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὑπὸ θερμοῦ παχύνεσθαι εὔλογον. ὅσα γὰρ γῆς πλέον ἔχει, ταῦτα συνίσταται καὶ παχύνεται ἑψόμενα, οἷον καὶ τὸ γάλα. ἔδει οὖν ψυχόμενον στερεοῦσθαι. νῦν δ' οὐδὲν γίνεται στερεόν, ἀλλὰ πᾶν ὥσπερ ὕδωρ. ἡ μὲν οὖν ἀπορία αὕτη. εἰ μὲν γὰρ ὕδωρ, τὸ ὕδωρ οὐ φαίνεται παχυνόμενον ὑπὸ θερμοῦ. τὸ δ' ἐξέρχεται παχὺ καὶ θερμὸν ἐκ θερμοῦ τοῦ σώματος. εἰ δ' ἐκ γῆς, ἢ μικτὸν ἐκ γῆς καὶ ὕδατος, οὐκ ἔδει ὑγρὸν πᾶν γίνεσθαι καὶ ὕδωρ, ἢ οὐ πάντα τὰ συμβαίνοντα διειρήκαμεν; οὐ γὰρ μόνον παχύνεται τὸ ἐξ ὕδατος καὶ γεώδους συνιστάμενον ὑγρόν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐξ ὕδατος*

Digitized by Google

καὶ πνεύματος· οἷον καὶ ὁ ἀφρὸς γίνεται παχύτερος καὶ λευκός. καὶ ὅσῳ ἂν ἐλάττους καὶ ἀδηλότεραι αἱ πομφόλυγες ὦσι, τοσούτῳ καὶ λευκότερος καὶ στιφρότερος ὁ ὄγκος φαίνεται. τὸ δ' αὐτὸ καὶ τὸ ἔλαιον πάσχει. παχύνεται γὰρ τῷ πνεύματι μιγνύμενον. διὸ καὶ τὸ λευκαινόμενον παχύτερον γίνεται τοῦ ἐνόντος ὑδατώδους ὑπὸ τοῦ θερμοῦ διακρινομένου καὶ γινομένου πνεύματος. καὶ ἡ μολύβδαινα, μιγνυμένη ὕδατι ἢ ἐλαίῳ, ἐξ ὀλίγου τε πολὺν ὄγκον ποιεῖ καὶ ἐξ ὑγροῦ στιφρὸν καὶ ἐκ μέλανος λευκόν. αἴτιον δ', ὅτι ἐγκαταμίγνυται πνεῦμα, ὃ τόν τε ὄγκον ποιεῖ καὶ τὴν λευκότητα διαφαίνει, ὥσπερ ἐν τῷ ἀφρῷ καὶ τῇ χιόνι, καὶ γὰρ ἡ χιὼν ἐστιν ἀφρός. καὶ αὐτὸ τὸ ὕδωρ τῷ ἐλαίῳ μιγνύμενον γίνεται παχὺ καὶ λευκόν. καὶ γὰρ ὑπὸ τῆς τρίψεως ἐγκατακλείεται πνεῦμα, καὶ αὐτὸ τὸ ἔλαιον ἔχει πνεῦμα πολύ. ἐστὶ γὰρ οὔτε γῆς οὔτε ὕδατος, ἀλλὰ πνεύματος τὸ λιπαρόν. διὸ καὶ ἐπὶ τῷ ὕδατι ἐπιπολάζει. ὁ γὰρ ἐν αὐτῷ ὢν ἀήρ, ὥσπερ ἐν ἀγγείῳ, φέρει ἄνω καὶ ἐπιπολάζει καὶ αἴτιος τῆς κουφότητός ἐστι. καὶ ἐν τοῖς ψύχεσι δὲ καὶ πάγοις παχύνεται τὸ ἔλαιον, πήγνυται δ' οὔ. διὰ μὲν γὰρ θερμότητα οὐ πήγνυται (ὁ γὰρ ἀὴρ θερμὸν καὶ ἄπηκτον), διὰ δὲ τὸ συνίστασθαι αὐτὸν καὶ πυκνοῦσθαι, ὥσπερ ὑπὸ τοῦ ψύχους, παχύτερον γίνεται τὸ ἔλαιον. διὰ ταύτας τὰς αἰτίας καὶ τὸ σπέρμα ἔσωθεν μὲν ἐξέρχεται στιφρὸν καὶ λευκόν, ὑπὸ τῆς ἐντὸς θερμότητος πνεῦμα πολὺ ἔχον θερμόν. ἐξελθόντος δέ, ὅταν ἀποπνεύσῃ τὸ θερμὸν καὶ ὁ ἀὴρ ψυχθῇ, ὑγρὸν γίνεται καὶ μέλαν. λείπεται γὰρ τὸ ὕδωρ καὶ εἴ τι μικρὸν γεῶδες, ὥσπερ ἐν φλέγματι καὶ ἐν τῷ σπέρματι ξηραινόμενον. ἐστὶ μὲν οὖν ἁπλῶς κοινὸν ὕδατος καὶ πνεύματος· τὸ δὲ πνεῦμά ἐστι θερμὸς ἀήρ. διὸ ὑγρὸν τὴν φύσιν, ὅτι ἐξ ὕδατος. — De olei natura longior, quam quem adscribamus, locus est Galeni *de simpl. medicam. facult.* II, 20. Vol. XI, p. 509 sqq. qui conferri meretur. Adi praeterea Plutarch. *de prim frigid.* c. 13. Vol. XIII, p. 109: τῶν δ' ἄλλων ὑγρῶν διαφανὲς μάλιστα τοὔλαιόν ἐστι, πλείστῳ χρώμενον ἀέρι. τούτου δὲ τεκμήριον ἡ κουφότης, δι' ἣν ἐπιπολάζει πᾶσιν, ὑπὸ τοῦ ἀέρος ἀναφερόμενον. ποιεῖ δὲ καὶ τὴν γαλήνην ἐν τῇ θαλάττῃ τοῖς κύμασιν ἐπιρραινόμενον (cfr. supra ad III, 1, 7 not.), οὐ διὰ τὴν λειότητα τῶν ἀνέμων ἀπολισθαινόντων, ὡς Ἀριστοτέλης

Digitized by Google

ἔλεγεν· ἀλλὰ παντὶ μὲν ὑγρῷ τὸ κῦμα διαχεῖται πληττόμενον· ἰδίως δὲ τοῦ λαιον αὐγὴν καὶ καταφάνειαν ἐν βυθῷ παρέχει, διαστελλομένων τῷ ἀέρι τῶν ὑγρῶν· οὐ γὰρ μόνον ἐπιπολῆς διαννυκτερεύουσιν, ἀλλὰ καὶ κάτω τοῖς σκογγοθήραις διαφυσώμενον ἐκ τοῦ στόματος ἐν τῇ θαλάττῃ φέγγος ἐνδίδωσιν. οὐ μᾶλλον οὖν τῷ ἀέρι τοῦ μέλανος ἢ τῷ ὕδατι μέτεστιν, ἧττον δὲ τοῦ ψυχροῦ· τὸ γὰρ ἔλαιον, ἀέρος πλείστου τῶν ὑγρῶν μετέχον, ἥκιστα ψυχρόν ἐστι, καὶ πήγνυται μαλακῶς. ὁ γὰρ ἀὴρ ἐγκεκραμένος οὐκ ἐᾷ σκληρὰν γενέσθαι τὴν πῆξιν· βελόνας δὲ καὶ πόρπας σιδηρᾶς καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἔργων οὐχ ὕδατι βάπτουσιν, ἀλλ' ἐλαίῳ, τὴν ἄγαν ψυχρότητα φοβούμενοι τοῦ ὕδατος, ὡς διαστρέφουσαν. *Quaest. Symp.* VI, 9. Vol. XI, p. 275, ubi de discrimine agitur, quod oleum inter et reliquos humores intercedat. Olei naturam frigore gaudere traditur in *Geoponic.* IX, 19, 10, p. 616: κάλλιστα γὰρ φυλάξει τὸ ἔλαιον ὕελος, ψυχρὰ φύσει οὖσα· χαίρει γὰρ τῷ ψυχρῷ ἡ τοῦ ἐλαίου φύσις. Ne tamen putes ex hisce elucere, olei naturam esse frigidam, vetant diserta veterum testimonia ex. gr. Theophrasti *de caus. plantar.* V, 15, 6, p. 577. Cfr. etiam quae monuimus ad IV, 6, 12. — ἀποιώτατα pro ἀπορώτατα E. ἀπορριώτατα A. Vic. — Verba ἔχει πλέον omittunt E. H. N. A. Vic. B. sequenti ἔθει decepti. Desunt etiam in ῥήματι apud Alexandrum fol. 134, b. At in commentario ait: εἰ μὲν γὰρ ὕδατος εἶχε πλέον ἢ γῆς, ἔδει et q. s. — Verba ὡς οἱ πάγοι desunt in E. H. N. — πλέον pro πλεῖον N. — ὡς ὁ κέραμος omittunt E. H. N. — οὐθετέρου A. sed §. 5 praebet οὐδετέρου. — παχύνεται δὲ πάλιν ὑπ' ἀμφοῖν Alex. Aldi fol. 134, b. A. Vic. B. P.

3. Ad verba καὶ γὰρ ὁ ἀὴρ φέρεται ἄνω, in quibus γάρ omittit E. cfr. *de caelo* IV, 4, p. 311, a: ἀὴρ μέν, ὁπόσος ἂν ᾖ, ἐπιπολάζει ὕδατι, ὕδωρ δέ, ὁπόσον ἂν ᾖ, ἀέρι ὑφίσταται. *Problem.* XXV, 13, p. 939, a: ὁ ἀὴρ ἄνω φέρεται. Quam potissimam h. l. affert causam, our ex aëre aqua fiat, τὸ ψυχρόν, attulerat iam *de generat. et interr.* II, 4, p. 331, b. — Post τὸ μὲν οὖν ψυχρόν H. N. addunt τὸ ἐκτός. — παχύ pro παχύνει Alex. Aldi. — ἔλαιον καὶ ὕδωρ transpositis verbis F.

Digitized by Google

4. Cfr. *Problem.* XXXVIII, 1, p. 966, b: *διὰ τί τὸν μὲν κηρὸν καὶ τοὔλαιον λευκαίνεται ὁ ἥλιος, τὴν δὲ σάρκα μελαίνει; ἢ ὅτι τὰ μὲν λευκαίνει, ἀπάγων τὸ ὕδωρ. φύσει γὰρ τὸ ὑγρὸν μέλαν* *), *διὰ τὴν μῖξιν τοῦ γεώδους ὕδατος· τὴν δὲ σάρκα ἐπεκάυσε.* Quod ait *ὑπὸ χρόνου* illustratur comparatione loci *Problem.* XXI, 4, p. 927, a: *διὰ τί οἱ ἄρτοι λευκότεροι φαίνονται ψυχροὶ ὄντες ἢ θερμοί; ἢ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν τρόπον τινὰ [δι' ἣν] καὶ τὸ ἔλαιον λευκότερον τοῦ προσφάτου τὸ παλαιόν; αἴτιον γὰρ τῆς μελανίας τὸ ὕδωρ. τοῦτο δὲ ἐν ἀμφοτέροις πλεῖον προσφάτοις οὖσι. χρονιζομένοις δὲ διὰ τὸ ἐξατμίζειν λείπεται ἔλαττον τὸ ἐπιπολῆς. ἐξατμίζεται δὲ τοῦ μὲν ἐλαίου ἢ ὁ χρόνος ἢ ὁ ἥλιος.* Tertiam rationem, qua oleum candescat, scilicet per ablutionem, exposuit Galenus *de simpl. medic. facult.* II, 15. Vol. XI, p. 497 sqq. cfr. II, 18, p. 504 sq. — Alterum *λευκαίνεται* omittit E.

5. *οὖν* omittit F. — *ὡσαύτως* est, quod IV, 6, 3 dixerat *κατὰ ταὐτά*. — Verba *παχύνεται ..... ἀμφοτέρων* omisit pr. manu E. — *οὐ γὰρ ὁ ἥλιος* posito *οὐ* pro *οὔτε* E. H. N. — *οὐδέ* pro altero *οὔτε* H. *οὐδὲ γάρ* N. — *γλισχρόν* perverso accentu B. — *ἀλλὰ καί* pro *ἀλλὰ καὶ διότι* H. N. *ἀλλ' ὅτι καί* F. — *οὐ ξηραίνεται δὲ τὸ ἔλαιον* dedimus cum F. H. N. atque ita aperte iam olim legerat Albertus M., dubitanter tantum proposuit Vicomercatus. Bek-

*) Plutarch. *de prim. frigid.* c. 13. Tom. IV, p. 848 Wytt. Hinc origo statuenda opinionis Anaxagorae, nivem nigram esse contendentis. Quam rem cum tangerem in *Meteorol. vet. Graec. et Rom.* VI, 29, p. 147 ac laudarem Fabric. ad Sext. Empiric. *Pyrrhonic. Hypotyp.* I, 13, p. 11 addendus erat locus Lactantii *Institut. div.* III, 23: *Quid enim dici potest de illo, qui nigram esse dixit nivem? quam consequens erat, ut etiam picem album esse diceret! Hic est ille, qui se ideirco natum esse dicebat, ut caelum ac solem videret, qui in terra nihil videbat sole lucente.* At nihil de hac Anaxagorae opinione innotuisse videtur Aristoteli, qui eius procul dubio, uti in talibus solet, mentionem fecisset in *Categor.* 10, p. 12, b: *ἐπὶ δὲ τούτων ἀφωρισμένως ἀναγκαῖον θάτερον ὑπάρχειν καὶ οὐχ ὁπότερον ἔτυχεν· οὐδὲ γὰρ ἐνδέχεται τὸ πῦρ ψυχρὸν εἶναι οὐδὲ τὴν χιόνα μέλαιναν.* Vix enim hic Anaxagorae nomen obticuisset Aristoteles.

Digitized by Google

kerus cum discedere nollet ab auctoritate codicis E. (quam aliis in locis iniuria in levioribus rebus respuit v. c. IV, 6, 12) hic, eum secutus dedit τὸ ὕδωρ, quod prorsus ineptum est. Neque enim subtili Vicomercati disputatione efficitur, ut aquam oleo admistam (cfr. IV, 5, 7) intelligere possimus. — ἕψεται pro ἐξέψεται F. H. N. ψύχεται E. — οὐ κατατμίζει pro οὐκ ἀτμίζει E. Similis lectionis varietas erat III, 1, 11.

6. οἷον τὸ γλεῦκος, cui multum inesse humoris, qui ut merum fiat expellatur necesse sit, veteres arbitrabantur. Cfr. Plutarch. *Quaest. Symp.* III, 7, ubi quae commemorantur Aristotelis verba hodie in eius scriptis non reperiuntur. Vide etiam Galen. *de simpl. med. facult.* II, Vol. VI, p. 575 sqq. — πήγνυται. Vinum enim congelascere non posse, nisi ingenti frigore, constans erat apud veteres opinio. Vide Plin. *Histor. natur.* XIV, 27. Gell. *Noct. Attic.* XVII, 8. Macrob. *Saturnal.* VII, 12, p. 620 sqq. Alexand. Aphrodis. *Problem.* I, 10. Exempla tamen hic illic obvia, v. c. apud Xenophont. *Anabas.* VII, 4, 3: ἦν δὲ χιὼν πολλὴ καὶ ψῦχος οὕτως, ὥστε τὸ ὕδωρ, ὃ ἐφέρετο ἐπὶ δεῖπνον ἐπήγνυτο καὶ ὁ οἶνος ὁ ἐν τοῖς ἀγγείοις. Virgil. *Georg.* III, 364:

— — *caedunt securibus humida vina.*

Ovid. *Trist.* III, 10, 23 sq.:

Udaque consistunt formam servantia testae
Vina, nec hausta meri, sed data fruста bibunt.

Caeterum quaestiones ad vinum pertinentes Aristoteles uberius tractaverat in libro de vini natura, laudato apud Plutarchum *Quaest. Symp.* III, 5, qui idem fortasse, atque ille, quem περὶ μέθης composuit, laudatus apud Macrob. *Saturnal.* VI, 6, p. 600 (cfr. Meurs. ad Apollon. Dysc. *Mirab.* c. 25), longe autem diversus est a tertia Problematum sectione, in qua multa ad vinum ac vinolentiam pertinentia exposuit. — Mustum elixari dixerat iam supra IV, 3, 15. cfr. Schneider. *Eclog. phys.* Tom. II, p. 137 sqq.

Digitized by Google

7. *ἀπὸ πάντων τῶν τοιούτων* sc. *δεῖ μικτὰ ὕδατος καὶ γῆς.* — *ἄν τις βούληται* F. H. N. — Praeterea animadvertas apertam mentionem operationis, quam hodie destillationem vocare solemus Cfr. Alexander ad *Meteor.* II, 3, 23, fol. 97, b (verba in excerptis adscribenda erant, iniuria a nobis omissa): *οὕτω γοῦν καὶ ποιοῦσί τινες πότιμον ὕδωρ ἀπὸ τοῦ θαλασσίου. ὑποκαίοντες γὰρ πολλῷ πυρὶ πλήρεις ὕδατος τοιούτου λέβητας καὶ τὸν ἀτμὸν ἐν τοῖς ὑπερκειμένοις αὐτῶν πώμασι ἀθροίζοντές τε καὶ δεχόμενοι, τούτῳ εἰς ὕδωρ μεταβάλλοντι χρῶνται ποτῷ. οὐ μόνον δέ φησι τὴν θάλασσαν ἀτμίσασαν ἀποβάλλειν τὸν οἰκεῖον χυμόν, καὶ ὕδωρ γίγνεσθαι, ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ ἄλλα ὑγρά· καὶ γὰρ οἶνος καὶ τὰ ἄλλα τὰ χυμοὺς ἔχοντα καὶ ἀτμίζοντα ἐν τῇ τοῦ ἀτμοῦ εἰς ὑγρὸν πάλιν μεταβολῇ ὕδωρ γίγνεται.* Quibuscum verbis conferas Dioscoridis *Mat. med.* V, 110: *ὑδράργυρος δὲ σκευάζεται ἀπο τοῦ ἀμμίου λεγομένου, καταχρηστικῶς δὲ καὶ τούτου κιννα βάρεως λεγομένου. θέντες γὰρ ἐπὶ κοπάδος κεραμέας κόγχον σιδηροῦν ἔχοντα κιννα βάρι, περικαθάπτουσιν ἄμβικα, περιαλείψαντες πηλῷ, εἶτα ὑποκαίουσιν ἄνθρακιν. ἡ γὰρ προσίζουσα τῷ ἄμβικι αἰθάλη ἀποξυσθεῖσα καὶ ἀποψυχθεῖσα, ὑδράργυρος γίνεται.*

8. *ὥσπερ εἴρηται* IV, 6, 5. — Dedimus cum Alexandro in *ῥήματι* fol. 134, b et in commentario fol. 135, a: *τὸ γὰρ ψυχρὸν οὐ μόνον πήγνυσι καὶ ξηραίνει, ἀλλὰ καὶ παχύνει· πήγνυσι καὶ ξηραίνει μὲν τὸ ὕδωρ* et q. s. Proxime accedunt A. Vic. B. P. Cas. qui exhibent: *οὐ μόνον πήγνυσι καὶ ξηραίνει, ἀλλὰ καὶ παχύνει· ξηραίνει μὲν τὸ ὕδωρ* et q. s. Bekkerus cum codicibus: *οὐ μόνον πήγνυσιν, ἀλλὰ ξηραίνει μὲν τὸ ὕδωρ* et q. s. Quae si nulla esset lectionis varietas, stare possent. At, quis non videt, scribas codicum repetitione verbi *ξηραίνει* esse deceptos? — Articulum ante *ὕδωρ* omittunt E. F. —

9. Cum tota paragrapho cfr. quae dixerat IV, 6, 3. — De reliquis, quas exempli gratia affert, substantiis aut in antegressis iam disputatum est, aut in sequentibus disputabitur. De aceto autem cfr. Plutarch. *Quaest. Sympos.*

Digitized by Google

III, 5. Vol. XI, p. 130 sq. Galenus (*de simpl. medicam. faculi.* IV, 3, p. 629) sententiam Aristotelis et Theophrasti de calore aceti ita tradidit, ut acetum vini nativum calorem omisisse, alium deinde vi putredinis adeptum esse censerent. Locus Theophrasti est *de igne* §. 25, p. 714. — *χονία* est *lixivium*. Vide Theophr. l. l. §. 65, p. 728; *Geopon.* X, 29, p. 697. XII, 8, 2, p. 857. cfr. Niclas ad XII, 5, 2, p. 853. Polluc. VII, 11, 39 sqq. Diosc. I, 186. Adde Beckmann *Beitr. zur Gesch. d. Erfind.* Vol. IV, p. 10 sqq. ubi inter alia laudantur etiam verba Pauli Aeginetae: *χονία, τὶ οἷον περίπλυμα τῆς τέφρας ὀνομάζεται.* — De verbis *ὅσα δὲ παχύνεται ..... ἀέρος* bene egit Vicomercatus, cuius verba adscribimus: Illud advertendum, id, quod dicitur de rebus crassescentibus, valde ambiguum esse variamque admittere interpretationem. Etenim de rebus frigore crassescentibus exponi potest, ut Alexander interpretatur: ut idem sit, crassescere vaporem ignis efficientia non reddendo, quod frigore crassius fieri. Ideoque alterum loco alterius positum sit, quomodo si loco frigoris, non calidum poneretur. Quod fieri solitum est, in contrariis medio carentibus, qualia fere sunt frigus et calor. Cum igitur duobus modis crassities inducatur, aut frigore, aut calore, qui evaporationis est causa, huius secundi negatione primum expressisse potest intelligi. Aliam interpretationem hic locus accipit et ad crassitiem, quam calor facit, resque calore crassescentes, potest referri, ut sit sensus: Quaecunque ignis efficientia vaporem non reddendo crassescunt, alia sunt terrea etc. dictumque erit, vaporem non reddendo propter aquam et res aqueas, quae in vaporem ignis vi abeunt, nec crassescunt. Harum expositionum utram accipere aliquis maluerit, non valde procul a vero aberrabit: siquidem quae commemorantur, aut terrea, aut aquea simul et aërea, tam calore quam frigore crassescant. Quod si secundam quispiam eligat, non ideo vaporem ignis vi non reddendo crassescere, dictum esse, animadvertat, quod, cum igne crassescunt, vaporem aliquem non mittant. A vero enim, qui id arbitraretur, longius

Digitized by Google

discederet, cum crassitiem fieri, antea dictum sit, humore exeunte, ac terreis partibus densatis. Caloris praeterea proprium est, humorem ad se allicere. Illud itaque dictum est, ut res illae seiungerentur, quae totae in vaporem solvuntur, re nulla aut certe exigua manente. Quales sunt res aqueae. Sed illud cavendum est, ne, si de crassitie, quam calor affert, exposuerimus, calore duntaxat ea, quae commemorantur, crassescere arbitremur. Similiter, si de rebus frigore crassescentibus Aristotelem locutum putaverimus, non propterea credendum est, tolli, quominus calore quoque crassescant. Nam oleum et mel, quae commemorat, interdum calore, interdum frigore crassescunt. De oleo antea dictum est: de melle in progressu dicetur. Quare frigore aut calore crassescere et terreum esse, aut commune aëris et aquae, non reciprocantur. Sed haec latius patent, quam illorum alterutrum. Non igitur sibi Aristoteles adversatur, qui oleum et mel frigore crassescere interdum sit, interdum tam frigore quam calore. Adversari quidem sibi videtur, quod h. l. (expositionem primam sequentibus) inquiat, quae frigore crassescant aut terrea esse, aut aëris et aquae communia: in progressu autem terrea. Sed controversia ex eo tollitur, quod hic omnia, quae frigore crassescunt, comprehendat, seu calore etiam fiant crassiora, seu non fiant, post de his tantum loquatur, quae solo frigore crassescunt. Nam ibi separatim ponuntur, quae ab utroque fiunt crassiora. Hanc difficultatem fugiunt, qui secundam expositionem accipiunt. — Articulum ante *ψυχροῦ* omittit F. — *οἶρον καὶ οἶνος* mutato verborum ordine N. — *ὀρός* hic et in sequentibus constanter exhibet E. — *ὕδατος καὶ ἀέρος κοινά* transposito *κοινά* F. — *μέλι μὲν οὖν γῆς* F. — Post *ἀέρος* in fine paragraphi *καὶ ὕδατος* addunt A. Vic. B. P. Cas. et ita Alex. Aldi in *ῥήματι* fol. 134, b et in commentario fol. 135, a: *ἔλαιον δὲ ἀέρου δῆλος καὶ ὕδατος.* Nihilo tamen secius non admittenda videtur haec lectio, quae paraphrasin sapit ac fortasse ex *διττογραφίᾳ* negligentioris scribae orta est, ut saepenumero factum videmus in antiquis codicibus. Adi Jacobs *Additam. Animadv. in Athen.* p. 87.

Digitized by Google

Ruhkopf ad Senec. *Quaest. nat.* II, 22, p. 103. Eius modi διττογραφίας exemplum in ipsis Meteorologicorum codicibus I, 8. Vol. I, p. 421.

10. *καί* ante ὕδατος omittunt F. H. N. Ad verba *κοινὰ καὶ ὕδατος* cfr. Theophrast. *de sens. ac sensili* §. 10, p. 651: *ἐν τούτῳ* (sc. *τῷ αἵματι*) *μάλιστα κεκρᾶσθαί ἐστι τὰ στοιχεῖα τῶν μερῶν*: imprimis autem IV, 10, 18: *αἷμα δὲ καὶ γονὴ κοινὰ γῆς καὶ ὕδατος καὶ ἀέρος. τὸ μὲν ἔχον ἴνας αἷμα μᾶλλον γῆς. διὸ καὶ ψύξει πήγνυται καὶ ὑγρῷ τήκεται· τὰ δὲ μὴ ἔχοντα ἴνας ὕδατος. διὸ καὶ οὐ πήγνυται.* De lacte vide inter alios Plinium *Histor. natur.* XI, 40: *Omne lac igne spissatur, frigore seresci.* — *καὶ ἄλες γίνεται* transposito *γίνεται* H. N. — *καί* ante *λίθοι* omittit F.

11. *ἐκκαίεται* F. — Ad verba *τὸ δὲ γεῶδες συνίσταται καὶ ὑπὸ τοῦ ὀποῦ* cfr. *Histor. animal.* III, 20, p. 522, b: *πήγνυσι δὲ τὸ γάλα ὀπός τε συκῆς καὶ πυετία· ὁ μὲν οὖν ὀπὸς εἰς ἔριον ἐξοπισθεὶς ὅταν ἐκπλυθῇ πάλιν τὸ ἔριον εἰς γάλα ὀλίγον. τοῦτο γὰρ κεραννύμενον ἐκπήγνυσιν.* Res ab antiquissimis inde temporibus nota: vide Homer. *Il.* ε, 902 sqq.:

> *Ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς γάλα λευκὸν ἐπειγόμενος συνέπηξεν*
> *ὑγρὸν ἐόν, μάλα δ' ὦκα περιστρέφεται κυκόωντι·*
> *Ὣς ἄρα καρπαλίμως ἰήσατο Θοῦρον Ἄρηα.*

Hippocrat. *de morb.* IV, p. 510 Foës. Theophrast. *de caus. plantar.* I, 16, 7, p. 368. Varron. *de re rust.* II, 11, 4. Columell. VII, 8, 1. Plin. *Histor. natur.* XI, 40. XXIII, 7, 63. Pallad. VI, 9, 1. Dioscorid. I, 183. Athen. XIV, p. 658. Plutarch. *Quaest. Sympos.* VI, 10, p. 697. *Geop.* XVIII, 12, 2. XVIII, 19: *οἱ πολλοὶ πήσσουσι τοὺς τυρούς, ὃ πρῶτόν τινες ὀπὸν καλοῦσιν, οἱ δὲ πλεῖστοι τῶν γεωργῶν πιτύαν αὐτὸ ὀνομάζουσιν. κάλλιον δέ ἐστιν ἀπὸ τῶν ἐρίφων. καὶ ἄλες δὲ φρυκτοὶ πήσσουσι γάλα καὶ συκῆς ὀπός* et q. s. Ast ad *Theologum. Arithmet.* II, p. 163. De vocabuli *ὀπός* significatione omnino conferendus est Galenus *de simpl.*

Digitized by Google

medic. facultat. VIII, p. 274 sqq. *). Secundum Moeridem p. 266 ed. Koch. ὀπός atticum erat, πυτία vulgare nomen. Apud Dores lactis coagulum τάμισος vocabatur. Cfr. Theocrit. VII, 16 ac saepius. Lac coagulare Graecis dicebatur τρέφειν (cfr. Theocrit. *Idyll.* XXV, 106), unde τροφαλίς, de quo vide Interpp. ad Moerid. p. 337 ed. Koch. — Articulum ante *ἰατροί* omittit E.

12. De partibus, ex quibus lac constet, disseruit Aristoteles *Histor. animal.* III, 20, p. 521, b sq. unde sequentia excerpimus: *πᾶν δὲ γάλα ἔχει ἴχωρα ὑδατώδη, ὃς καλεῖται ὀρρός, καὶ σωματῶδες, ὃ καλεῖται τυρός. ἔχει δὲ πλείω τυρὸν τὸ παχύτερον τῶν γαλάκτων. τὸ μὲν οὖν μὴ ἀμφοδόντων γάλα πήγνυται. διὸ καὶ τυρεύεται τῶν ἡμέρων. τῶν δ' ἀμφοδόντων οὐ πήγνυται, ὥσπερ οὐδ' ἡ πιμελή. καὶ ἐστι λεπτὸν καὶ γλυκύ. — ὑπὸ μὲν οὖν τοῦ ψυχροῦ οὐ πήγνυται τὸ γάλα, ἀλλὰ διορροῦται μᾶλλον. ὑπὸ δὲ τοῦ πυρὸς πήγνυται καὶ παχύνεται. — — πήγνυται δὲ μάλιστα οὐ μόνον τὸ τυρὸν ἔχον πλεῖστον, ἀλλὰ καὶ τὸ αὐχμηρότατον πλέον ἔχον.* Hesychius *ὀρρόν* explicat *τὸ ὑδατῶδες καὶ ἀφιστάμενον τοῦ γάλακτος.* Butyrum, oleagineam lactis partem, probe novit Hippocrates (*de morb.* IV, p. 357 Kühn. Sect. V, p. 67 Foës. *de nat. mul.* Sect. V, p. 137. *de morb.*

---

*) Plato in *Tim.* p. 59 sq. ubi quatuor humidorum genera distinguit, haec habet, quae cum iis conferri merentur, quae in nostro capite disseruit Aristoteles: *τὰ δὲ δὴ πλεῖστα ὑδάτων εἴδη μεμιγμένα ἀλλήλοις, ξύμπαν μὲν τὸ γένος, διὰ τῶν ἐκ τῆς γῆς φυτῶν ἡθημένα χυμοὶ λεγόμενοι. διὰ δὲ τὰς μίξεις ἀνομοιότητα ἕκαστοι σχόντες τὰ μὲν ἄλλα πολλὰ ἀνώνυμα γένη παρίσχοντο, τέτταρα δὲ ὅσα ἔμπυρα εἰδῆ, διαφανῆ μάλιστα γενόμενα εἴληφεν ὀνόματα αὐτῶν. τὸ μὲν τῆς ψυχῆς μετὰ τοῦ σώματος θερμαντικὸν οἶνος, τὸ δὲ λεῖον καὶ διαπριστικὸν ὄψεως διὰ ταῦτά τε ἰδεῖν λαμπρὸν καὶ στίλβον λιπαρόν τε φανταζόμενον ἐλαιηρὸν εἶδος, πίττα καὶ πίκι καὶ ἔλαιον αὐτό ὅσα τ' ἄλλα τῆς αὐτῆς δυνάμεως. ὅσον δὲ διαχυτικὸν μέχρι φύσεως τῶν περὶ τὸ στόμα ξυνόδων, ταύτῃ τῇ δυνάμει γλυκύτητα παρεχόμενον, μέλι τὸ κατὰ πάντων μάλιστα πρόσρημα ἔσχε· τὸ δὲ τῆς σαρκὸς διαλυτικὸν τῷ ὑδεν ἀφρῶδες γένος ἐκ πάντων ἀφορισθὲν τῶν χυμῶν ὄξος ἐπονομάσθη.*

Digitized by Google

mulier. II. Sect. V, p. 235, 191). Aristoteles non nisi obiter commemoravit l. l. p. 522, a: *ὑπάρχει δ' ἐν τῷ γάλακτι λιπαρότης, ἣ καὶ ἐν τοῖς πεπηγόσι γίνεται ἐλαιώδης.* Parandi modus accurate describitur a Dioscoride II, 81, p. 200 sq. Galeno *de simpl. medic. facult.* X, p. 272. Cfr. omnino de butyri apud veteres usu Beckmann. *Beitr. zur Gesch. der Erfind.* Vol. III, p. 270 sqq. Coray ad Hippocrat. *de aëre, aq. et loc.* II, p. 284. Sprengel ad Dioscorid. l. l. Vol. II, p. 445 sq. — *καὶ* ante *ὁ ὀρρός* ponunt F. H. N. — *ἐκκαίεται* F. N. — *πυρός* pro *τυρόν* Vic. B. Alex. Aldi fol. 135, a aperto mendo, cuius origo patet ex lectione cod. F. quem, uti facere solet, sequitur P. qui *τυρός* exhibet. — Verba *μᾶλλον ..... πήγνυται* (§. 13) in margine posuit F. Quod deinde ait de *ἀτροφίᾳ* lactis, cui caseus deest, illustratur loco *Hist. animal.* III, 21, p. 523, a: *τροφιμώτατον οὖν τὸ πλεῖστον ἔχον τυρόν· ὑγιεινότερον δὲ τοῖς παιδίοις τὸ ἔλαττον.* Omnino lacte tamquam alimento non esse utendum, quia nimium nutriat, dicit Plutarch. *Praec. diaetet.* Vol. VII, p. 396.

13. Ad explicationem eorum, quae de sanguine h. §. et sqq. affert, multum faciunt verba *de part. animal.* II, 4, p. 650, b: *τὰς δὲ καλουμένας ἶνας τὸ μὲν ἔχει αἷμα, τὸ δ' οὐκ ἔχει, οἷον τὸ τῶν ἐλάφων καὶ προκῶν. διόπερ οὐ πήγνυται τὸ τοιοῦτο αἷμα. τοῦ γὰρ αἵματος τὸ μὲν ὑδατῶδες μᾶλλον ψυχρόν ἐστι. διὸ καὶ οὐ πήγνυται. τὸ δὲ γεῶδες πήγνυται συνεξατμίζοντος τοῦ ὑγροῦ. αἱ δὲ ἶνες γῆς εἰσι. συμβαίνει δ' ἔνιά γε καὶ γλαφυρώτερον ἔχειν τὴν διάνοιαν τῶν τοιούτων, οὐ διὰ τὴν ψυχρότητα τοῦ αἵματος, ἀλλὰ διὰ τὴν λεπτότητα μᾶλλον καὶ τὸ καθαρὸν εἶναι. τὸ δὲ γεῶδες οὐδέτερον ἔχει τούτων. εὐκινητοτέραν γὰρ ἔχει τὴν αἴσθησιν τὰ λεπτοτέραν ἔχοντα τὴν ὑγρότητα καὶ καθαρωτέραν. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τῶν ἀναίμων ἔνια συνετωτέραν ἔχει τὴν ψυχὴν ἐνίων ἐναίμων, καθάπερ εἴρηται πρότερον, οἷον ἡ μέλιττα, καὶ τὸ τῶν μυρμήκων γένος καὶ εἴ τι ἕτερον τοιοῦτόν ἐστι. δειλότερα τὰ λίαν ὑδατώδη· ὁ γὰρ φόβος καταψύχει. προσοδοποιεῖται οὖν τῷ πάθει τὰ τοιαύτην ἔχοντα τὴν ἐν τῇ καρδίᾳ κρᾶσιν. τὸ γὰρ*

Digitized by Google

ὕδωρ τῷ ψυχρῷ πηκτόν ἐστι. διὸ καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἔναιμα δειλότερα τῶν ἀναίμων ἐστίν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, καὶ ἀκινητίζει τε φοβούμενα καὶ προΐεται περιττώματα καὶ μεταβάλλει ἔνια τὰς χρόας αὐτῶν. τὰ δὲ πολλὰς ἔχοντα λίαν ἶνας καὶ παχείας καὶ γεωδέστερα τὴν φύσιν ἐστί, καὶ θυμώδη τὸ ἦθος καὶ ἐνστατικὰ διὰ τὸν θυμόν. θερμότητος γὰρ ποιητικὸς ὁ θυμός. τὰ δὲ στερεὰ θερμανθέντα μᾶλλον θερμαίνει τῶν ὑγρῶν. αἱ δὲ ἶνες στερεὸν καὶ γεῶδες, ὥστε γίνονται οἷον πυρίαι ἐν τῷ αἵματι καὶ ζέσιν ποιοῦσιν ἐν τοῖς θυμοῖς. διὸ οἵ ταῦροι καὶ οἱ κάπροι θυμώδεις καὶ ἐκστατικοί. τὸ γὰρ αἷμα τούτων ἰνωδέστερον καὶ τό γε τοῦ ταύρου τάχιστα πήπνυται πάντων. ἐξαιρουμένων δὲ τούτων τῶν ἰνῶν οὐ πήγνυται. καθάπερ γὰρ ἐκ πηλοῦ εἴ τις ἐξέλοι τὸ γεῶδες, οὐ πήγνυται τὸ ὕδωρ, οὕτω καὶ τὸ αἷμα. αἱ γὰρ ἶνες γῆς. μὴ ἐξαιρουμένων δὲ πήγνυται, οἷον ὑγρὰ γῆ ὑπὸ ψύχους. τοῦ γὰρ θερμοῦ ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ ἐκθλιβομένου συνεξατμίζει τὸ ὑγρόν, καθάπερ εἴρηται πρότερον *), καὶ πήγνυται οὐχ ὑπὸ θερμοῦ, ἀλλ' ὑπὸ ψυχροῦ ξηραινόμενον. ἐν δὲ τοῖς σώμασιν ὑγρόν ἐστι διὰ τὴν θερμότητα τὴν ἐν τοῖς ζῴοις. πολλῶν δ' ἐστὶν αἰτία ἡ τοῦ αἵματος φύσις καὶ κατὰ τὸ ἦθος τοῖς ζῴοις καὶ κατὰ τὴν αἴσθησιν εὐλόγως **). ὕλη γάρ ἐστι παντὸς τοῦ σώματος. ἡ γὰρ τροφὴ ὕλη· τὸ δ' αἷμα ἡ ἐσχάτη τροφή. πολλὴν οὖν ποιεῖ διαφοράν, θερμὸν ὂν καὶ ψυχρόν, καὶ λεπτὸν καὶ παχύ, καὶ θολερὸν καὶ καθαρόν. ἔχωρ δέ ἐστι τὸ ὑδατῶδες τοῦ αἵματος διὰ τοῦ μή πω πεπέφθαι ἢ διεφθάρθαι, ὥστε ὁ μὲν ἐξ ἀνάγκης ἔχωρ, ὁ δ' αἵματος χάριν ἐστί. — καὶ τὸ αἷμα δὲ ὁμοίως πλεῖον γῆς H. N. — ψυχόμενον, cum sanguis natura sit calidus. Cfr. praeter locum mox laudatum *de part. animal.* III, 4. III, 5: αὕτη δ' ἐστὶν αἰτία καὶ τῷ αἵματι τῆς ὑγρότητος καὶ θερμότητος. Adde *Histor. animal.* III, 19, p. 520, b: [τὸ αἷμα] ἐν μὲν τῷ ζῴῳ θερμὸν καὶ ὑγρὸν ἀεί. ἐξιὸν δὲ ἔξω

*) Quibus verbis respicit ad *Meteorol.* IV, 6, 5. In libris enim de partibus animalium nihil tale dixerat.

**) Unde et nonnulli veteres philosophi sedem animae in sanguine quaesiverant. Vide *de anima* I, 2, 18.

Digitized by Google

πήγνυται πάντων, πλὴν ἐλάφου καὶ προκός, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιαύτην ἔχει τὴν φύσιν. τὸ δ' ἄλλο αἷμα πήγνυται, ἐὰν μὴ ἐξαιρεθῶσιν αἱ ἶνες. τάχιστα δὲ πήγνυται τὸ τοῦ ταύρου αἷμα πάντων. — ψυχρά pro ψυχρότατα H. N. — Bekkerus post ψυχρότατα addit ταῦτα, quod omisimus cum E. A. Vic. Alex. Aldi. B. — ἴνας et ἶνες h. l. et in sqq. ubique A. Vic. B. — Articulum ante γῆς addit F. — ὥστε ἐξαιρεθεισῶν omisso καί H. N. — διεξαιρεθεισῶν F.

14. τοῦτο δ' ἐστίν F. H. N. De futuro ἔσται cfr. Bernhardy *Synt.* p. 378. Hipp. *de aëre, aq. et loc.* §. 9: ἥτις μὲν πόλις πρὸς τὰ πνεύματα κέεται τὰ θερμά (ταῦτα δὲ ἔσται μεταξὺ τῆς τε χειμερινῆς ἀνατολῆς τοῦ ἡλίου καὶ τῶν δυσμέων τῶν χειμερινῶν) etc. Platon. *Phaed.* p. 78 A: ταῦτα μὲν δή, ἔφη, ὑπάρξει. Caeterum A. Vic. distinguunt: ὥστε καὶ ἐξαιρεθεισῶν οὐ πήγνυται (τοῦτο δ' ἔσται, ὅτι οὐ ξηραίνεται· ὕδωρ γὰρ τὸ λοιπόν), ὥσπερ τὸ γάλα τοῦ τυροῦ ἐξαιρεθέντος. Quod ad sensum attinet, utraque ratio fere ad idem redit. — ὡς τὸ γάλα F. H. W. Lac et sanguinem secundum singularum partium compositionem comparat Galenus *de element. sec. Hippocrat.* II, 2. Tom. I, p. 495 sq.: ἓν μέν τι φαίνεται τὸ αἷμα, καθάπερ καὶ τὸ γάλα. διδάσκει δ' ὁ λόγος οὐχ ἓν ὑπάρχειν αὐτό, καθότι μηδὲ τὸ γάλα. τὸ μὲν γάρ ἐστιν ἄκρως ὀρρῶδες καὶ λεπτὸν ἐν τῷ γάλακτι, τὸ δὲ ἄκρως τυρῶδες καὶ παχύ. ταῦτα δέ, ἕως μὲν ἐκέκρατο πρὸς ἄλληλα, μέσον ἀπειργάζετο τὸ γάλα τυροῦ καὶ ὀρροῦ. διακριθέντα δέ, τὴν οἰκείαν ἰδέαν ἐνεδείξατο, καὶ τὴν τοῦ γάλακτος ἐδίδαξε φύσιν, ὡς οὐκ ἄρα ἓν ἦν ἀκριβῶς, ἀλλ' ἐξ ἐναντίων τε καὶ διαφερόντων συγκείμενον. ὡς οὖν ἐν τῷ γάλακτι τὸ μέν ἐστιν ὀρρός, τὸ δὲ τυρός, οὕτω καὶ ἐν τῷ αἵματι τὸ μὲν οἷον ἰχὼρ αἵματος ἀνὰ λόγον ὀρρῷ γάλακτος, τὸ δὲ οἷον ἶλύς τις καὶ τρὺξ ἀνὰ λόγον τῷ τυρῷ. καὶ μὲν δὴ καὶ ἴνας ἐμφερομένας τῷ αἵματι σαφῶς ἔστι θεάσασθαι, καὶ τούτων ἐξαιρεθεισῶν, οὐ πήγνυται τὸ αἷμα καὶ χωρισθὲν τῶν ἰνῶν τὸ αἷμα καὶ χροιᾷ καὶ συστάσει διαφέρει. Adde *de simpl. medic. facultat.* IV, p. 677. X, p. 266. *de aliment. succ.* Vol. VI, p. 766. *de aliment. facult.* III, p. 691. *in Hippocr. Epidem.* II. *Comment.*

Digitized by Google

III, p. 457. De partibus sanguinis adde *Hist. animal.* III, 2, p. 511, a ubi ἴχωρ et ἶνες commemorantur. — γάρ post νοσώδη omittunt H. N. contra loquendi morem Aristotelis. Cfr. Comment. ad I, 8, 7. Vol. I, p. 419. III, 4, 26, p. 298. καὶ γὰρ τὰ νοσώδη αἵμ. A. Vic. P. Alex. fol. 135, a. τὰ γὰρ νοσώδη B. — De sanguine aegroto vide *Hist. animal.* III, 19, p. 521, a: ἐξυγραινομένου λίαν [τοῦ αἵματος] νοσοῦσιν [οἱ ζῷοι]. γίνεται γὰρ ἰχωροειδὲς καὶ διορρυῆται οὕτως, ὥστε ἤδη τινὲς ἴδισαν αἱματώδη ἰδρῶτα. καὶ ἐξιὸν ἐνίους οὐ πήγνυται παντελῶς ἢ διωρισμένως καὶ χωρίς ..... γίνεται δὲ πεττομένων ἐξ ἰχώρων μὲν αἷμα· ἐξ αἵματος δὲ πιμελή· νενοσηκότος δὲ αἵματος αἱμορροΐς, ἥ τε ἐν ταῖς ῥισὶ καὶ περὶ τὴν ἕδραν, καὶ ἕλξια. σηπόμενον δὲ γίνεται τὸ αἷμα ἐν τῷ σώματι πῦον, ἐκ δὲ τοῦ πύου. πῶρος ..... ἰχὼρ δέ ἐστιν ἄπεπτον αἷμα, ἢ τῷ μήπω πεπέφθαι, ἢ τῷ διωρρῶσθαι. *de part. anim.* III, 5, p. 668, b: ἤδη δέ τισιν ἰδρῶσαι συνέβη αἱματώδει περιττώματι διὰ καχεξίαν, τοῦ μὲν σώματος ῥυάδος καὶ μανοῦ γενομένου, τοῦ δὲ αἵματος ἐξυγρανθέντος δι' ἀπεψίαν, ἀδυνατούσης τῆς ἐν τοῖς φλεβίοις θερμότητος πέσσειν δι' ὀλιγότητα. εἴρηται γάρ, ὅτι πᾶν τὸ κοινὸν γῆς καὶ ὕδατος παχύνεται πεσσόμενον *). ἡ δὲ τροφὴ καὶ τὸ αἷμα μικτὸν ἐξ ἀμφοῖν. ἀδυνατεῖ δὲ πέσσειν ἡ θερμότης οὐ μόνον διὰ τὴν αὐτῆς ὀλιγότητα, ἀλλὰ καὶ διὰ πλῆθος καὶ ὑπερβολὴν τῆς εἰσφερομένης τροφῆς. γίνεται δὲ πρὸς ταύτην ὀλίγη. ἡ δὲ ὑπερβολὴ διττή· καὶ γὰρ τῷ ποσῷ καὶ τῷ ποιῷ. οὐ γὰρ πᾶν ὁμοίως εὔπεπτον. Schol. Homeri *Iliad.* ε', 340 ἴχωρα explicat ὑγρασίαν τῆς διεφθαρμένης σαρκὸς ὕφαιμον. cfr. Blomfield. Glossar. in Aesch. *Agamemn.* 1456, p. 260. Apud Aristotelem saepenumero recurrit de variis corrupti sanguinis formis ac generibus, veluti de fluvio lochiorum *Histor. animal.* VII, p. 596, b de aqua inter mem-

*) Quibus verbis aperte ad hunc nostrum locum respicit. Caeterum cfr. cum verbis Aristotelicis Theophrastea *de sudorib.* §. 12, p. 814: ἤδη δέ τινές φασι καὶ αἵματι εἰκάσαι, καθάπερ Μονᾶς ἔλεγεν ὁ ἰατρός, δῆλον ὡς ἐπισπασθείσης πλείονος ὑγρότητος ἐκ τῶν φλεβῶν, ἀπέπτου δέ, ὥσπερ ἀναπεχωρισμένης ταύτης· ἐνίοτε γὰρ καὶ αὐτὸ τὸ αἷμα γίνεται ἄπεπτον.

Digitized by Google

branas fusa, quae alias ὕδρωψ dicitur *Hist. animal.* VII, 8, 1. cfr. Schneider. III, p. 551. Inde factum est, ut hic illic pus significet. ex. gr. apud Cels. *de medic.* V, 20: *Et sanies et pus quaedam species distinctas Graecis nominibus habent. Est enim quaedam sanies, quae vel ἰχὼρ vel μελίκηρα appellatur. ἰχὼρ tenuis, subalbidus, ex malo ulcere exit, maximeque ubi nervo laeso inflammatio secuta est. Μελίκηρα crassior est, glutinosior et subalbida mellique albo subsimilis* et q. s. Macrob. *Saturnal.* VII, 12. Deinde ἰχὼρ de quovis humore positum deprehenditur, ut in *Geoponic.* IX, 19, 6: ὁ ἰχὼρ ὁ ἐκ τῶν πυρήνων. — φλέγμα h. l. uti alias saepenumero, idem significat quod ὕδωρ vel ὑγρόν. cfr. *de part. animal.* IV, 2, p. 677, b. *de generat. animal.* I, 18, p. 725, a. Galen. *de differ. febr.* II, 6. Ita serum significat v. c. apud Galenum *de loo. affect.* V, 7, ubi τὸ φλεγματικὸν τοῦ αἵματος idem est, qui VI, 2 λεπτὸς ἰχὼρ αἵματος vocatur. Adi, ut intelligas quanta sit incertitudo de ambitu significationis vocabulorum ἰχὼρ, φλέγμα, ὀρρός, χολή, ὑγρόν, Platon. *Tim.* IX, p. 416 Bip. Galen. *Comment. in* VI *Epidem.* II, 38. *Comment. in libr. de artic.* I, 30. *de differ. febr.* VII, p. 348. *de natural. facult.* II, p. 130.

15. Quae hac paragrapho ac sequentibus exponit, ea omnia fere in antegressis iam tradita sunt: at h. l. repetere ea voluit, ut, quemadmodum bene monet Vicomercatus, totam solutionis rerum concretarum rationem methodo quadam comprehenderet, qua omnia, quae solvi possunt aut non possunt comprehenderetur. Praeterea notum est, Aristotelem saepenumero ταυτολογεῖν cfr. Zell. ad Aristot. *Ethic. Nicom.* VII, 10, 4, p. 300 sq. — ὅτι pro ἔτι N. Alex. Aldi fol. 135, b. A. Vic. B. et ita procul dubio E. cum initio §. 16 δέ omittat. cfr. V. L. ad I, 13, 10. IV, 9, 38. — Post κέραμος F. addit καὶ λίθος. Quod si omnino, quae in sequentibus commemorantur h. l. recensere voluit, scribendum erat οἷον κέρας καὶ κέραμος καὶ λίθος, quod fortasse verum est. — Verba κέρας· τὰ δὲ ἀμάλακτα duplici οἷον deceptus omisit E.

Digitized by Google

16. τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων αἴτια Illustravimus ad IV, 6, 2. 3, 13. — δέ post αἴτιον omittunt E. Alex. A. Vic. B. propter mutatum §. 15 ἔτι in ὅτι. — δυσί pro δυοῖν N. Etiam in Theophrasti codicibus saepenumero variatur inter δυοῖν, δυεῖν et δυσί. cfr. Schneider. in indic. Tom. V, p. 354 et vide supra ad IV, 5, 3. III, 2, 3. δυοῖν. ὄμμασι καὶ δυσὶν ἀκοαῖς iunguntur *Polit.* III, 16, p. 1287, b probante Schol. ad Aristophan. *Acharn.* 97. Cfr. Göttling. ad h. l. p. 367 sq.

17. πῦρ et ὕδωρ opposita statuit, cum illud sit calidum ac siccum, hoc humidum et frigidum. Inde, cum contraria contrariis nutriantur (*de anim.* II, 4, 9. *Phys. Ausc.* VIII, 7. cfr. Camer. ad *Ethic. Nicom.* VIII, 8, p. 391), τὸ ὑγρὸν τῷ πυρὶ τροφή ἐστι cfr. ad II, 2, 8. — πυρὶ δὲ ὅσα ὕδατι μόνῳ posito ὕδατι pro ψυχρῷ H. N. — ὥστ' εἴ τι et q. s. F. ὥστ' εἴ τιν' H. N.

37. ἐστί post φλογιστά omittunt Alex. Aldi. A. Vic. Cam. P. S. — ἄφλογα pro ἀφλόγιστα E. — Verba τούτων δ' ἔνια ..... ἀφλόγιστα margo F. — ἀνθρακιστά pro ἀνθρακευτά E. — δύναται παρέχεσθαι transposito verbo finito H. δύναται παρασχέσθαι N. — ὅσα δ' ἀδύνατα E. N. ὅσα δ' ἀδυνατεῖ H.

38. ἢ ἔλαιον margo F. — Post φλογιστά F. addit ἐστι. — μᾶλλον pro μάλιστα H. — καπνόν pro καπνοῦ E.

39. ὅτι δ' ἔνια N. cfr. V. L. ad I, 3, 10. IV, 7, 15. — Ab Alexandri inde expeditionibus ac deinde sub regno Ptolemaeorum paulo magis innotuit regio, quae thus praebebat. Arabes enim, ut bene monuit Beckmannus *Histor. natur. veter.* p. 144, cum soli hanc merceṗ, quam religio et hominum luxuria commendabant ac necessariam reddebant, haberent,

Digitized by Google

non solum sedulo naturam arboris celabant, sed etiam curiosis indagatoribus fabulas venditabant, quum dicerent regionem thuriferam montanam esse atque difficillimam, eamque habere aëra crassum et pestilentem, qua ratione arcebant indagatores et mercatores. Hinc Arrianus *Peripl. mar. rubri* p. 158: *χώρα λιβανωτοφόρος ὀρεινή τε καὶ δύσβατος ἀέρα παχὺν ἔχουσα καὶ ὁμιχλώδη κατὰ τῶν δενδρῶν φερομένων τὸν λιβανωτόν. — ἐπίνοσοι δὲ δεινῶς οἱ τόποι, καὶ τοῖς μὲν παραπλέουσι λοιμικοί, τοῖς δ' ἐργαζομένοις πάμποτε θανατώδεις. ἔτι δὲ καὶ διὰ τὴν ἔνδειαν τῆς τροφῆς εὐχερῶς ἀπολλύμενοι.* Adde, quem Beckmannus laudat, Cels. *Hierobot.* Tom. I, p. 237. Ipsos Romanos, quamvis res gesserint in Arabia, legatos etiam miserint, nihil de facie ac peculiari arboris natura exploratum habuisse, testatur Plinius *Histor. natur.* XII, 31. Cfr. Sprengel *Hist. rei herbar.* I, p. 172 et ad Dioscor. I, 81. p. 376. Larcher. ad Herod. III, 107. Vol. III, p. 369 sqq. ed. rec. Creuzer. *Comment. Herod.* I, p. 40 sqq. Nostra demum aetate arbor plenius innotuit, *Boswellia thurifera* a Roxburghio appellata. Cfr. Colebrooke in *Asiatic Researches* Vol. IX, p. 377.

40. *τὰ ξύλα* omisso *μέν* H. — *ἐστι* post *συνεχές* addunt E. N. — *διακαίεσθαι* loco verbi finiti F. H. N. Cam. P. S. — *καὶ χαλκός* pro *ὁ δὲ χαλκός* N. — *παρ' ἕκαστον μέρος* omisso *μέν* N.

41. *καιόμενος* F. N. — *κάπνος ἐστὶ καόμενος* mutato verborum ordine Alex. A. Vic. Cam. P. S. *ἐστιν* omittit B. — De flammae definitione cfr. Commentar. ad I, 4, 4. Vol. I, p. 367.

42. Fumum definivit Galenus mixtionem quandam ex aquea et terrea substantia *de method. medendi* VIII, p. 579. Idem de discrimine audiendus est, *καπνόν* inter et *λιγνύν* intercedente *advers. Lycon.* Vol. XVIII. Part. I, p. 205. De thuris fuligine (promiscue autem utitur vocabulis *αἰθάλη* et *λιγνύς*) in usum medicum praeparanda agit Dioscorides I, 84 sq.; de fuligine ex pice liquida I, 96. Butyri, quo olei loco ad flammam nutriendam usi sunt veteres (cfr. Beck-

Digitized by Google

mann *Beitr. zur Gesch. d. Erfind.* Vol. III, p. 294) fuliginem Dioscorides I, 81 *λιγνύν* vocavit, cum ex Aristotelis praecepto *κνῖσα* esset dicenda. — *καὶ πίττης καὶ τῶν τοιούτων* mutato perperam verborum ordine Alex. fol. 138, a. A. Vic. Cam. B. P. S. — Uti ad verba *καὶ πίττης* additum est *καὶ ὅσα ἔχει πίτταν ἢ τοιαῦτα*, ita ad verba *κηροῦ δὲ καὶ λιβανωτοῦ* adiecit *καὶ τῶν τοιούτων*. — *κνῖσα* dedimus cum E. cfr. ad §. 34. — *καὶ ἥκιστα κάεται* omisso *ὅσα* N. — *καίεται* pro *κάεται* F. H. N. — *μόνον* pro *μόνα* E. — *ὀλίγον ξηροῦ* H. N. — Olim (atque ita adhuc factum est in editionibus A. B. Cam., quarum duo priores exhibebant etiam *πίον* pro *πῖον*) post *τοῦτο γάρ ἐστι τὸ πῖον* addita erant verba: *ἡ δὲ εἰς τὸ πῦρ μεταβολὴ διὰ τοῦ ξηροῦ (ξηρὸν γὰρ τοῦ πῦρ) ξηρὸν λιπαρόν*, quae supervacanea esse iam dixit Vicomercatus, et, cum fortasse in margine haberentur, ab imperito quopiam inserta esse. Poterant autem in margine esse loco illius: *ἡ δὲ μεταβολὴ διὰ τούτου*, quandoquidem idem significant, et clarius et disertius. Omissa autem sunt iam in editionibus P. S.

43. Verba *ὡς ἔλαιον καὶ πίττα*, quae post *ὑγροῦ μᾶλλον* inserit Bekkerus, omisimus cum E. Alex. A. Vic. B. cum etiam ad sequentia *τὰ δὲ καόμενα ξηροῦ* nullum exemplum apponerit. — Praeterea *ὡς ἔλαιον καὶ πίτταν* exhibet N. — *καιόμενα* F. H. N.

Cap. X.

Περὶ τῶν ὁμοιομερῶν B. G. S. — Diximus de similaribus ac dissimilaribus partibus in animalium ac plantarum corporibus ad IV, 8, 2.

1. *τούτοις δή* G. p. 48. — *πάθεσι* pro *παθήμασι* F. — *διαφέρουσιν* pro *διαφέρει* H. cfr. ad I, 3, 1, p. 330. — *ἀλλήλων* omittit N. — *χυμοῖς καὶ ὀσμαῖς* mutato verborum ordine F. H. N. *σώμασιν* pro *χρώμασιν* E. De corporum differentiis secundum sapores et odores egit *de sensu ac sensili* c. 4. 5, p. 440, b sqq.

2. *οἷον τὰ μεταλλευόμενα* N. *οἷον τά τε μετ.* Alex. fol. 138, b. A. Vic. Cam. P. S. et ita B. nisi quod alterum *οἷον*

Digitized by Google

delevit. ὁμοιομερῆ ὄντα ὧν τὰ μετ. H. quae est correctio librarii, qui duplex οἷον tolerare non potuit. — οἷον ante χρυσόν omittunt F. H. N. — χαλκόν, χρυσόν transpositis verbis F. cfr. III, 7, 4. *de caelo* I, 9, p. 278, a. — καί ante ὅσα omittit F. — ὅσα deest in E. — τοιούτων pro τούτων N. — νεῦρα pro νεῦρον F. H. — δέρμα omittit H. — σπλάγχνα loco singularis numeri N. — ἐν τοῖς φυτοῖς B. Cam. S. P. — Verba καὶ τἆλλα ..... ῥίζα omittit H. — Inter φύλλον et ῥίζα N. inserit ἴνες.

3. Verbis ὑπ' ἄλλης αἰτίας συνέστηκεν intelligit vim illam formatricem (πλαστικήν), quae semini inest. Cfr. *de generat. animal.* I, 18, p. 722, a. b. p. 725, a sqq. — ὑπ' ἄλλαις αἰτίαις H. — συνέσταται pro συνέστηκεν Alex. A. Vic. B. — Ad verba ὕλη μέν ..... καὶ γῆ cfr. IV, 4, 5 *ibiq.* Comment. — σκληρόν pro ξηρόν pr. manu E. — ὡς τὸ ὕδωρ pro ὥστε ὕδωρ H. — Articulum ante ψυχρόν, quem exhibet Bekkerus, omisimus cum F. H. N. secundum Aristotelicum loquendi morem, quem saepenumero tetigimus, praesertim cum paulo ante dederit τὸ ξηρὸν καὶ ὑγρόν. — ἐξ ἐκείνων ἐκεῖνα Alex. A. Vic. B. Cam. P. S. vide Comment. ad I, 3, 1. Vol. I, p. 330.

4. τῶν δεδημιουργημένων σωμάτων F. — ὁπόσα pro ὅσα F. H. — σκληρὰ ἢ μαλακά mutato verborum ordine F. H. N. — ὅτι πήξει ἐστίν volui G. p. 48, quia supra dixerat IV, 5, 1: ἀνάγκη δὲ σκληρὸν ἢ μαλακὸν εἶναι τὸ ὡρισμένον σῶμα οἰκείῳ ὅρῳ ..... ἔτι πεπηγὸς εἶναι.

5. ἢ ante γῆς omittunt E. N. cfr. III, 1, 3. IV, 5, 4 ac saepius. — ξύλον N. Reliqui ξύλα. cfr. IV, 9, 1. Sed altius latet vitium. Cum de liquidis substantiis sermo sit, quorum mel aëris ac terrae esse supra dixerat IV, 8, 10, non dubitavimus in textum recipere certissimam Vicomercati coniecturam μέλι pro ξίλα scribere iubentis.

6. τοῦτο γὰρ ἑξατμ. omisso καί H. N. — ὥσπερ νέος omisso articulo E.

7. δῆλον ὅτι pro αἴτιον δ' ὅτι E. — οὔτε ἐν ἑνὶ εἴδει addita praepositione F. N. — λέγεται post οἶνος ponit F. —

Digitized by Google

Articulum ante οἶνος om. E. — παχύν. τὸ θερμὸν μάλιστα N. μάλιστα τῷ θερμῷ F. H. — ὑπὸ ψυχροῦ omisso articulo N. — ὥσπερ ὁ ἐν Ἀρκαδίᾳ F. H. N. — ὥσπερ ὥστε ἐξαγόμενοι τήκεσθαι ἐν Ἀρκαδίᾳ et q. s. Cam. qui duplicem lectionem confudit. — ἀποξηραίνεται F. H. — ὑπὲρ τοῦ καπνοῦ H. et γρ. F. — ἐξαγόμενος pro ξυόμενος H. ξυούμενος Vic. B. — πήγνυσθαι pro πίνεσθαι H. τήκεσθαι F. — Loquitur, nisi fallor, de eodem Arcadico et Argolico vino, de quo agunt Theophrastus *Histor. plant.* IX, 18, 10, p. 324. Athen. I, p. 31. Plinius *Histor. natur.* XIV, 18: *Dicitur in Arcadia vinum fieri, quod fecunditatem feminis importet, viris rabiem.* Aelian. *Var. Histor.* XIII, 6: ἐν Ἥρᾳ τῆς Ἀρκαδίας ἀκούω πεφυκέναι ἀμπέλους, ἐξ ὧν γίνεται οἶνος, ὃς τοῦ λογισμοῦ παράγει καὶ ἔκφρονας τοὺς Ἀρκάδας ποιεῖ, τὰς δὲ γυναῖκας τεκνοποιοὺς τίθησι. — εἰ δὴ ἅπας F. H. N. εἰ δὴ πᾶς Cam. — ἠλύν pro ἰλύν H. unde ὕλην factum est in Bas. G. qui tamen ἰλύν comprobavit. — οὕτω ταῦτα ἑκατέρου et q. s. addito ταῦτα Cam. — αὐτῆς pro ταύτης E. ταύτης τ' F. — πλήθει pro πλῆθος E. Alex. A. Vic. B.

8. καὶ γλυκὺς οἶνος omisso articulo F. γλεῦκος Accorambon. ut IV, 9, 35, probante Schneidero *Eclog. phys.* Vol. II, p. 138.

9. πάχνη, χάλαζα transposito πάχνη F. — κηρός pro τυρός H. — καὶ θερμοῦ καὶ ὑγροῦ H. N. — ταῦτα δὴ ἀμφοῖν Vic. B.

10. ὅσον pro ὅσων N. Apodosis periodi inceptae verbis ὅσον ... ἐξικμάσθη deprehenditur §. 12 in verbis ταῦτα πάντα γῆς. — ἅπαξ pro ἅπαν F. H. — De electro (ὁ ἠλεκτριανὸς λίθος ἤτοι σουχῖνος *Geoponic.* XV, 1, 29) multi egerunt, inter quos nominamus Salmasium *de Homonym. Hyl. iatric.* c. 101, Gesnerum in *Comment. soc. reg. Gottting.* Tom. III (1753), p. 67 sqq., Buttmannum in *Abhandl. der Berl. Akadem. der Wissensch.* 1818. *Cl. hist. phil.* p. 53 sqq. *Mythol.* II, p. 355 sqq. Antiqua narratio de Heliadibus Phaëthontem fratrem lugentibus inque populos mutatis, quarum lacrymae succinum praeberent, saepenumero recurrit apud

Digitized by Google

vetaces poëtas et naturalium rerum scriptores. Vide Interpp. ad Apollon. Rhod. IV, 506. Ovid. *Metam.* II, 364. Diodor. Sicul. V, 23. Dioscorid. I, 110. Inde factum est, ut Ctesias electrum in arboribus reperiri narraret. Huius loci non est veterum de patria succini fabellas recensere: monere tamen volumus secundum Aristotelem Electridas insulas in mari Adriatico sitas esse. Cfr. *de mirab. auscultat.* c. 81, p. 836, a, ubi de origine electri verba leguntur: *εἶναι δ' ἐν αὐτῇ (ἐν λίμνῃ πλησίον τοῦ Ἠριδανοῦ) αἰγείρους πολλάς, ἐξ ὧν ἐκπίπτειν τὸ καλούμενον ἤλεκτρον. οἱ δὲ λέγουσιν ὅμοιον εἶναι κόμμι, διὰ τὸ ἀποσκληρύνεσθαι ὥσανεὶ λίθον, καὶ συλλεγόμενον ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων διαφέρεσθαι εἰς τοὺς Ἕλληνας.* Theophrastus *de lapid.* §. 16, p. 690. §. 29, p. 694 *περὶ τὴν Λιγυστικήν* inveniri auctor est. Alios fontes secutus est Plinius *Hist. nat.* IV, 30. Adde Dion. *Perieges.* 292, de Eridano fluvio locutum:

> *Κεῖθι δὲ Κελτῶν παῖδες ὑφήμενοι αἰγείροισι*
> *δάκρυ ἀμέλγονται χρυσαυγέος ἠλέκτροιο*

ubi Eustathius p. 142 (ed. Bernhardy) haec monet: *ἤλεκτρος δὲ νῦν οὐχὶ τὸ ἐκ χρύσου καὶ ἀργύρου κρᾶμα* (de quo diximus ad Exc. III, 7, 1, p. 163), *λίθος δέ τις χρυσοειδής, ἐξ οὗ καὶ λαβαὶ μαχαίραις γίνονται, ἀχύρων ἑφελκυστικαί, ὡς ἡ μαγνῆτις σιδήρου. ὅτι δὲ οὐκ ἄντικρυ λίθος ἐστὶν ὁ τοιοῦτος ἤλεκτρος, ἀλλὰ δένδρου δάκρυον πεπηγὸς εἰς σῶμα λιθοειδές, δεικνύουσί τινες τῶν παλαιῶν,* inter quos Marcianus Heracleota, cuius haec sunt verba in *Perieges.*

> *— — — ἤλεκτρον — —*
> *ὅ φασιν εἶναι δάκρυον ἀπολιθούμενον*
> *διαυγές, αἰγείρων ἀποστάλαγμά τι.*

Quam Eustathius in verbis laudatis tetigit electri facultatem, paleam ad se attrahendi, ut magnetem ferri ramenta, eam et alii commemorant, ut Plato *Tim.* p. 80 C. Strabon. XIV, 1 et tantopere miratus est Thales, ut animam huic corpori tribuere non dubitaverit (Diogen. Laërt. I, 24), quemadmodum et magneti (*de anim.* I, 2, p. 405, a). Omnino

Digitized by Google

utramque vim confundere solebant veteres magis quam comparare. Cfr. Plin. *Hist. natur.* XXXVII, 3, 12. Isidor. *Orig.* XVI, 13, 3. Augustin. *de civit. Dei* XXI, 7 et adde Theophrast. *Hist. plant.* IX, 18, 2, p. 521. *de lapid.* §. 28, p. 693: ἔλκει γὰρ ὥσπερ τὸ ἤλεκτρον. οἱ δέ φασιν οὐ μόνον κάρφη καὶ ξύλον, ἀλλὰ καὶ χαλκὸν καὶ σίδηρον, ἐὰν ᾖ λεπτός, ὥσπερ καὶ Διοκλῆς ἔλεγεν. (quo de loco cfr. Buttmann. in *Mus. der Alterthumswissensch.* Vol. II. Part. I, p. 33). Galen. *de potent. nat.* I, 14. Vol. I, p. 93: πρὸς τῶν ἠλέκτρων τὰ κυρήβια ἕλκεσθαι. Alex. Aphrodis. *Problem. Prooem.*: ᾗ τε ἤλεκτρος λεγομένη μόνα τὰ κυρήβια καὶ τὰ κάρφη συναναπᾷ κολλωμένη τούτοις. Quae hoc nostro in loco commemoratur succini proprietas, ut parvula animalia contineat, eam plus semel tetigit Martialis. Cfr. *Epigr.* IV, 32:

Et latet, et lucet Phaëthontide condita gutta,
Ut videatur apis nectare clausa suo:
Dignum tantorum pretium tulit illa laborum,
Credibile est ipsam sic voluisse mori!

IV, 59:

Flentibus Heliadum ramis dum vipera serpit,
Fluxit in obstantem succina gemma feram:
Quae dum miratur pingui se rore teneri,
Concreto riguit vincta repente gelu.

VI, 15:

Quum Phaëthontea formica vagatur in umbra,
Implicuit tenuem succina gutta feram.

De animalculis succino retentis ac servatis egerunt Sendelius *Histor. succinorum corpora aliena involventium* Lips. 1742. fol. Schweigger *Beobachtungen auf naturhistorischen Reisen* (Berlin 1819. 4.) p. 101 sqq. — De myrrha vide Dioscorid. I, 77. Niclas. ad *Geoponic.* VII, 36, p. 526, de resinosis plantarum succis et lacrymis omnino Theophrast. *Histor. plant.* IX, 1 sq. Cfr. Schneider *Ecolog. phys.* Vol. II, p. 320 sqq. — κόμῃ pro κόμμι E. — ἐν αὐτῷ ζῷα transposito ζῷα F.

Digitized by Google

11. *ὑπὸ δὲ τούτου τὸ ὑγρὸν ὥσπερ* et q. s. corr. E. — *ὑπὸ δὲ τοῦ ποταμοῦ* inepte de Eridano interpretatus est G. p. 50. — *ἐξιόν τε τὸ θερμόν* F. — *ὅταν εἰς ὕδωρ ἀφὲν ἐξατμίζῃ* H.

12. *καὶ λίθοι* pro *ἢ λίθοι* F. — *λίθων ἔνιοι* H. cfr. §. 15. — *πόροι* exhibuimus cum E. H. Alex. A. Vic. B. Bekkerus cum reliquis *πῶροι*. Cfr. Niclas ad *Geopon.* VII, 12, 10, p. 484 sq. qui etiam de lapidis natura post Salmas. *Exercit. Plinian.* p. 129. 174, b. B., Boot *Gemmar. et lapidum histor.* II, 219 plura congessit. Vide, quae monuimus ad Exc. IV, 7, 10 et adde Interpp. ad Polluc. VII, 123. Taylor *Lect. Lysiac.* p. 619. Schneider ad Theophr. *de lapid.* §. 6. IV, p. 543 sq. Theophrasti de poris verba haec sunt: *καὶ ὁ πόρος* (ita enim Schneiderus quoque exhibet) *ὅμοιος τῷ χρώματι καὶ τῇ πυκνότητι τῷ Παρίῳ, τὴν δὲ κουφότητα μόνον ἔχων τοῦ πόρου. διὸ καὶ ἐν τοῖς σπουδαζομένοις οἰκήμασιν ὥσπερ διάζωμα τιθέασιν αὐτὸν οἱ Αἰγύπτιοι. ἔστι δέ τις καὶ μέλας αὐτόθι διαφανής, ὅμοιος τῷ Χίῳ· καὶ παρ' ἄλλοις δὲ ἕτεροι πλείους.* De stalagmis loqui Aristotelem h. l. vix dubium esse potest. Eorundem mentionem fecit *de mirabilib. auscult.* c. 59, p. 834, b: *ἐστὶ δ' αὐτόθι* (in Demoneso prope Carthaginem insula) *σπήλαιον, ὃ καλεῖται γλαφυρόν. ἐν δὲ τούτῳ κιόνες πεπήγασιν ἀπὸ τινῶν σταλαγμῶν. ἀποδηλοῖ δὲ τοῦτο ἐν τῇ ἀναγωγῇ τῇ πρὸς τὸ ἔδαφος· ἔστι γὰρ ταύτῃ στενώτατον.* Plin. *Histor. natur.* XXXI, 2: *Destillantes quoque guttae durescunt in antris Coryciis: nam Miezae in Macedonia etiam pendentes in ipsis cameris, at in Coryco quum decidere. In quibusdam speluncis utroque modo: columnasque faciunt, ut in Phausia Chersonesi Rhodiorum in antro magno, etiam discolori aspectu.* — Articulum qui sequitur omittunt Alex. A. Vic. B. — *ὅμοιοι* dedimus cum E. Alex. A. Vic. B. Bekkerus cum reliquis *ὁμοίως*. — *γίνεται* pro *γίνονται* N. *πήγνυνται* F. — *ὡς* post *ἀλλά* omittunt E. Alex. B. — *ὑπὸ ψυχροῦ* omisso articulo N. — Verba *συνεξέρχεται ..... ὑπὸ τοῦ ἔξωθεν πυρός* omittit F. — *ἀπὸ τοῦ ἐξ αὐτοῖ ἐξιόντος θ.* H. —

Digitized by Google

ὅσον pro *ὅσα* N. *ὅσων* A. Vic. B. — *δέ*, quod sequitur omittit H. — *ὅλον* pro *ὅλα* N. Alex. B. — *γῆς μᾶλλόν ἐστι* F. — *λιβανωτοί* E. — *ἀτμίζει* sensu latiore de omni vapore, itaque etiam h. l. de sicco, ut sit idem, quod *θυμιᾶται*.

13. *οὐ* pro *οὖν* E. — *ὑπὸ τοῦ πυρός* addito articulo F. H. Cam. P. S. — *ὑπὸ τοῦ ὕδατος* F. — *δέ* post *ταῦτα* omittunt F. N. — *μή* pro *μηδέ* F. H. N. — *ταῦτα* omittunt E. Alex. A. Vic. B.

14. Rationem concludit, qua omnia ea docet exposita, quibus corporis cuiusque similaris constitutio queat dignosci. Ratione conclusa, magnam similarium corporum partem in verbis, quae sequuntur, nominatim recenset: et ex his, quae tradidit, epilogum veluti faciens, cuiusque eorum constitutionem particulatim exponit. Duobus autem enuntiatis ratio quam concludit, nititur: unum est, similaria omnia corpora aut liquida esse, aut concreta et compacta. Id quod etiam antea tradidit, cum diceret, omnia corpora esse, aut liquida, aut mollia, aut dura: duo autem haec posteriora genera coagulatione constare. Alterum enuntiatum est, ea quibus iam traditae affectiones conveniunt, videlicet liquatio et coagulatio, ex his esse corporibus liquidis aut concretis, nec ullum medium inveniri, sed quicquid liquatur aut coagulatur aut liquidum esse aut concretum. Ex his colligit, omnia ea prodita esse, quae cuiusque similaris corporis constitutionem indicent atque materiam. Quod quidem recte conclusum est. Etenim ostensum est, cuius naturae ea sint, quae liquantur et concrescunt, praeterea, quae calore aut frigore, aut utroque ita afficiantur: et contra, quae ex his affectionibus et a qua efficiente causa, rebus aqueis aut terreis, aut utriusque communibus congruant. Hoc autem de rebus humidis atque concretis traditum est, quibus duobus generibus corpora omnia similaria una comprehendantur, id concludi patet, quod dictum est. Ita igitur rationem suam Aristoteles conclusit, quam iudicio meo nec Alexander, nec ullus Latinorum interpretum intellexit, ut quisque facile potest ex eorum commentariis indicare. Vicomercatus. — *εἴη τὰ εἰρημένα* addito articulo H. —

Digitized by Google

οἷς δὴ γνωσόμεθα H. N. — γῆς ..... πότερον F. in margine, librario duplici πότερον decepto. — κοινῶν pro κοινόν N. — ὑπὸ τοῦ πυρός F. Cam. S. addito articulo cfr. §. 13.

15. μόλιβδος F. H. Alex. μόλυβδος E. N. Bekk. ac reliq. edit. praeter Aldinam, in qua exhibetur μολίβδος, quod dedimus. Cfr. ad Exc. I, 12, 18. Vol. I, p. 238 et Comment. ad IV, 8, 10. Adde Jacobs ad *Antholog. Pal.* p. 137. Goeller ad Thuc. I, 93. Jacob ad Luc. *Alex.* 25, p. 52. — ὕαλος E. Cam. quod cum Bekkero reiecimus, quamvis haec communis dialecti forma omnium codicum consensu defendatur *Problem.* XXV, 9, p. 939, a. Cfr. Interpp. ad Moerid. p. 340 ed. Koch. ὕελον φύσει ψυχρὸν εἶναι constans erat veterum sententia cfr. *Geoponic.* IX, 19, 10. — ἀνάνυμοι ὕδατος πολλοί N. — τήκεται ante ταῦτα ponit H. post θερμῷ F. — οἴνων ἔνιοι H. Cam. P. S. ut §. 12: λίθων ἔνιοι. — ὀρός E. cfr. ad IV, 7, 9.

16. κέραμος pro κέρας N. — καὶ ὀστοῦν καὶ ὄνυξ F.

17. λιβανωτός pro λίβανος H. N. λιβανωτόν F. quam vocabuli formam Suidas commemorat. — καὶ οἱ πῶροι N. pro καὶ πῶρος, quod reliqui praebent. — Articulum ante χέδροπα omittit F. χεδρωπά A. Alex. Aldi fol. 139, a. Vic. B. G. χνδρωπά N. Etymologiam vocabuli docet Nicander *Theriac.* 652 sq. ut χέδροπα sint quasi χειροδροπά. Verba poëtae haec sunt:

Χειρόδροποι δ' ἵνα φῶτες ἄτερ δρεπάνοιο λέγονται
ὄσπρια χέδροπά τ' ἄλλα μεσοχλόου ἐντὸς ἀρούρης.

Vide Foës. *Oeconom. Hippocrat.* p. 676, a. Rhoer. ad Porphyr. *de abstinent.* II, 6, p. 110. Praeterea cfr. *de part. animal.* II, 7, p. 653, a: ὅτι δ' ἐστὶν ὁ ἐγκέφαλος κοινὸς ὕδατος καὶ γῆς, δῆλοῖ τὸ συμβαῖνον περὶ αὐτόν. ἑψόμενος γὰρ γίνεται ξηρὸς καὶ σκληρός, καὶ λείπεται τὸ γεῶδες ἐξατμισθέντος τοῦ ὕδατος ὑπὸ τῆς θερμότητος, ὥσπερ τὰ τῶν χερόπων ἑψήματα καὶ τῶν ἄλλων καρπῶν, διὰ τὸ γῆς εἶναι τὸ πλεῖστον μέρος, ἐξιόντος τοῦ μιχθέντος ὑγροῦ· καὶ γὰρ ταῦτα γίνεται σκληρὰ καὶ γεηρὰ πάμπαν.

18. ὅσα ψύξει omisso μήτε F. — κοινὰ δὲ γῆς καὶ ὕδατος καὶ ἀέρος αἷμα καὶ γονή mutato verborum ordine F. —

Digitized by Google

ἵνας ante *αἷμα* ponunt P. Alex. A. Vic. B. P. S. Cam. qui *ἔχειν* pro *ἔχον* exhibet improbante iam S. — *διὸ ψύξει πήγνυται* omisso *καί* F. H. N. cfr. ad IV, 9, 35. — *ψύχει* pro *ψύξει* H. — *τὸ δὲ μὴ ἔχον* loco pluralis numeri F. — De semine longe aliter praecipit Aristoteles *de generat. animal.* II, 2, p. 735, a: *τὸ δὲ σπέρμα οὐ πήγνυται τιθέμενον ἐν τοῖς πάγοις ὑπαίθριον, ἀλλ' ὑγραίνεται* (totus locus cum nostro cspite conferendus est). Quod ne quis miretur, monendum, Aristotelem discrimen statuere inter *γονήν* et *σπέρμα*, quod quale sit elucet ex verbis *de generat. animal.* I, 18, p. 724, b: *γονὴ μὲν οὖν τὸ ἀπὸ τοῦ γεννῶντος καλεῖται αἴτιον, ὅσα συνδυάζεσθαι πέφυκε, τὸ πρῶτον ἔχον ἀρχὴν γενέσεως, σπέρμα δὲ τὸ ἐξ ἀμφοτέρων τὰς ἀρχὰς ἔχον τῶν συνδυασθέντων, οἷον τά τε τῶν φυτῶν καὶ ἐνίων ζῴων, ἐν οἷς μὴ κεχώρισται τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄρρεν, ὥσπερ τὸ γινόμενον ἐκ θήλεος καὶ ἄρρενος πρῶτον μῖγμα, οἷον κύημά τι ὂν ἢ ζῷον· καὶ γὰρ ταῦτα ἤδη ἔχει τὸ ἐξ ἀμφοῖν.* Adde *de part. animal.* IV, 10, p. 698, a. — *τοῦ ὑγροῦ τοῦ μετὰ θερμοῦ* F.

Cap. XI.

Περὶ κράσεων ἐν τοῖς μικτοῖς, ποῖα θερμὰ ἢ ψυχρά, καῖ πῶς. B. G. S. Comparandus autem est longior quam quem adscribamus locus *de part. animal.* II, 2, p. 648, b sq., ubi de calidi et frigidi variis acceptionibus agit, et Galenus *de simpl medicam. facult.* III, 5 sqq. p. 547 sqq.

1. *ἢ ψυχρὰ εἶναι* Cam. — *χρῇ* dedimus cum E. (qui exhibet *χρεῖ*) Alex. fol. 139, a. Vic. B. Bekkerus cum reliquis *δεῖ*.

2. *καὶ ἐπὶ τὸ πολὺ θερμά* mutato *ὡς* in *καί* F. — *ἐπὶ πολύ* omisso articulo E. Alex. A. Vic. Cam.

3. Ad verba *ὕλην ψυχρότητά τινα εἶναι* cfr. quae monuimus ad IV, 1, 4. — *εἶναί τινα* transposito pronomine F. H. N. — *τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ ξηρόν* mutato verborum ordine F. *ψυχρόν* pro *ξηρόν* Alex. A. — *ταῦτα δὲ παθητικά* E. — *σωμάτων* pro *σώματα* N. — *ταῦτα γὰρ ψυχρότητι* F. H. N. — *ἐάν* pro *ἄν* N cfr. ad III, 5, 13. 14. ac saepius. — *ἢ τὸ διὰ τέφρας ἠθημένον* illustravimus ad II, 8, 28.

Digitized by Google

διὰ τῆς τέφρας N. *διὰ τέφρας θερμότητα διηθ.* E. *ἠθούμενον* N. cfr. II, 3, 13. — *ἔστιν ἡ θερμότης* addito articulo N. — *ἢ πλεῖον ἢ ἔλαττον* Alex. fol. 139, a. A. Vic. B.

4. De animalculis in rebus putridis progenitis vide quae monuimus ad IV, 1, 18, ubi addas *de generat. anim.* I, 1, p. 714, a. — *φθείρουσα* pro *φθείρασα* F. H. N. — *θερμότητα* et verba *ὅσα δὲ κοινά* initio sequentis paragraphi omittit E.

5. Verba *ὅσα ..... θερμότητα* duplici *θερμότητα* deceptus omisit N. — *συνέστηκε* pro *συνέστη* F. H. N. Cam. S. P. — *σήψεις* pro *σῆψις* N. quod et reliqui antiquitus habuisse videntur, cum omnes codices a Bekkero collati exhibeant *εἰσίν* pro *ἐστίν*. — *τηκτά* pro *συντηκτά* pr. manu F. *συμπηκτά* H. *συντάγματα* E. *συντήγματα* Alex. A. Cam. B. Vic., quod fortasse verum est. — *ὀπὸς καὶ μυελός* mutato verborum ordine F. *ὅπος* pro *ὀπός* B. — De reliquis iam disputatum est, praeter medullam, de qua cfr. *de part. anim.* II, 6, p. 651, b. *Histor. animal.* III, 20, p. 521, b. — *γῆ* omittit E. — *καὶ ὕδωρ* F. N.

6. *διὸ καὶ ἀμφότερα* F. cfr. ad IV, 9, 35. IV, 10, 18 ac saepius. — Post *πηγνύμενα* addit Cam. *ψυχρά*.

7. Longe aliter legit Franc. Vatablus, quum verteret: *aes igitur perinde omnino habet, ut definitum est*, quae prorsus inepta sunt. — *οὖν* omisit E. — *ὅλως* pro *ὅμως δ'* F. H. *ὅλως δ'* Cam. S. — *διώρισθαι* P. — *μάλιστα τοῦτο* anteposito *μάλιστα* F. H. N.

8. *δέ* ab initio omittit Alex. — *ψυχρότερα καὶ θερμότερα* N. *ψυχρότητα καὶ θερμότητα* Alex. — *στερεώτερα* posito comparativo loco superlativi H. — *ἄν* pro *ἐάν* dedimus cum F. H. N. cfr. ad §. 3. — *καίει* pro *κάει* F. B. S. P. quamvis antecedat *κάει*. — *καὶ ὁ λίθος* addito articulo N.

Cap. XII.

Περὶ ὁμοιομερῶν οἷον σαρκός, ὀστοῦ, καὶ τῶν ἄλλων· καὶ ὅτι σύγκειται ἐκ στοιχείων. καὶ ὅτι τὰ ἐξ αὐτῶν μέλη ἢ ὄργανα γνωριμώτερα αὐτῶν ἐστι. B. G. S.

Digitized by Google

1. Corporum, quae similes habent partes, materia et constitutione, naturaque et temperamento expositis, docendum esse proponit, quae eorundem ratio sit, seu essentia, quae ab Aristotele λόγος nominatur. Etenim per hanc ipsa esse, ut per essentiam, perinde atque ex elementis, tamquam ex materia, eadem constituuntur. Hanc autem corporum, quae similibus partibus constant, rationem atque essentiam inquirendam esse, quod ut illa ex elementis, ita ex eis universa naturae opera conformentur. Est autem animadvertendum, Aristotelem non proponere, de forma et ratione cuiusque singillatim similaris corporis dicendum esse, quod tractatio eius modi ad praesens opus pertineat, aut quod in hoc ipso opere hoc velit praestare. Neque etenim hoc facit, quum ad finem operis iam pervenerit: et, si id fecisset, omnes, quae sequuntur, naturalis philosophiae partes in unum confudisset: quae sua tractandi ratio non erat. Hoc igitur proponit, quae hanc consequantur tractationem indicans, simulque docens, quod explanandum restet, ad cuiusque similaris corporis, quorum materiam, constitutionem et temperamentum tradiderat, perfectam cognitionem habendam. Sed quamquam, quae proponit, ad libros, qui sequuntur attineant, commune tamen hoc similaribus corporibus omnibus mox tradit: universa naturae opera ex illis esse conflata. Quo in loco intelligendum est, nullas similares partes ipsas propter se in animalibus aut stirpibus ipsi naturae esse propositas, sed propter animalia et stirpes, quorum sunt partes. Itaque eas non esse, nec dici praecipua naturae opera, verum stirpes et animalia, quae ex illis conflantur. Est autem nota triplex illa corporum animatorum compositio, a philosophis et medicis tradita: prima ex elementis: secunda ex corporibus similium partium, quae ex elementis constant: tertia ex iis, quae dissimilium partium sunt, veluti brachium, pedes, ex quibus universum corpus conflatur. Quod quamquam ortu postremum est, ratione tamen et natura primum est, in quod natura, ut in scopum, actiones suas dirigit: quodque postremo dicitur nasci. Recte autem, quid sit unumquodque similare corpus

Digitized by Google

et quae cuiusque ratio atque essentia, scrutatur, cum materia cognita ad rei scientiam habendam satis non sit, quippe quae debilis admodum est et imbecilla. Formam itaque scire necesse est, in qua rei ratio tota est posita, quemadmodum Aristoteles multis in locis docuit, sed in secundo de naturali auscultatione potissimum *), et in primo de naturalium partibus. Id tantum nunc dicam, formae notionem necessario habendam esse, imo magis quam materiae, quod forma rei sit essentia et per formam constet, ratioque eius dicatur. Quam rationem Aristoteles, ut dixi, λόγον appellat, quo vocabulo id intelligitur, quod definitione declaratur. Illud autem perspicuum est, quod initio dicitur, similarium corporum materiam ex his, quae dicta sunt, intelligi: item quae illorum sint genera: praeterea ad quod genus referantur, ex eorum agnosci generatione. Etenim declaratum est, ex elementis illa constare, potissimum e terra et aqua, deinde humida esse et concreta, et ad aquam aut terram, aut ad utrumque aut etiam plura**) referri, prout aliter atque aliter aut coagulantur, aut liquantur, aut etiam crassescunt, quibus modis generari sunt solita. Genus autem physice, non quomodo apud logicos sumitur, accipit, cum dixit, ad quod genus referantur, hoc est, ad terramne aut aquam, e quibus ut e subiecto constant: quod quidem ex generatione cognoscitur. — Vicomercatus. — λέγωμεν margo F. — ὁστᾶ loco singularis numeri H. — ἀνομοιομερῶν pro ὁμοιομερῶν E. — S. coniunxit συνέστηκε τὰ γένη αὐτῶν.

2. ἐκ δὲ τούτων transposito δέ F. H. N. — τὰ ἄλλα ἔργα τῆς φύσεως H. — Ad verba ὡς δὲ κατ' οὐσίαν τῷ

*) II, 3. Cfr. Trendelenburg. ad Aristotel. *de anim.* II, 1, 2, p. 324 sqq.

**) Corpus humanum, ut omnino corpora organica, ex veterum medicorum sententia, constat solidis (terrenis), fluidis (aqueis) et vitalibus (aëreis) partibus. Cfr. Hippocrat. *Epidem.* VI, 8, p. 199. Aretaeum *de caus. et sign. morb. acut.* II, 3, p. 16. Galen. *Method. med.* XI, 1, p. 737. Theophil. *de urin.* c. 17, p. 124 ed. Guidot (Lugdun. Batav. 1705, 8.).

Digitized by Google

λόγῳ cfr. locum ex *Metaphys.* VII, 1, p. 1042, a, adscriptum ad I, 2, 2. Vol. I, p. 328. *Metaph. B*, 3, p. 998, b. *Phys.* II, 1, p. 193, a. b.

3. ἀεὶ μᾶλλον δέ F. — δῆλον ὅτι κατὰ τὸν λόγον αὐτοῖς ἐστὶ τὸ εἶναι ἀπὸ τῶν ὑστέρων H. ἀπό pro ἐπί praebet etiam N. δῆλον οἷον ὅτι, addito οἷον F. — De verbo ὁμωνύμως adscribimus verba Trendelenburgii ad Aristot. *de anim.* II, 1, 8, p. 334: „Cfr. quae de constanti homonymorum et synonymorum discrimine scripsimus in libello: Platonis de ideis et numeris doctrina ex Aristotele illustrata p. 33. Aristoteles in categor. I in hanc sententiam definit: synonyma et idem vocari et idem esse (κατὰ τὴν οὐσίαν), homonyma (quasi aequivoca) eodem nomine vocari, re diversa esse: ὁμώνυμα λέγεται, ὧν ὄνομα μόνον κοινόν· ὁ δὲ κατὰ τοὔνομα λόγος τῆς οὐσίας ἕτερος. Συνώνυμα δὲ λέγεται, ὧν τό τε ὄνομα κοινὸν καὶ ὁ κατὰ τοὔνομα λόγος τῆς οὐσίας ὁ αὐτός. Quem usum exemplis comprobavimus, quibus haec addi possunt de generat. animal. II, 1 (bis). phys. VI, 3. VII, 3. VII, 4. de caelo I, 8. de generat. et interit. I, 1 (συνώνυμος). Analyt. posterior. I, 10. I, 21 (ὁμώνυμος). II, 3. Top. I, 13. II, 2 (συνώνυμος). VI, 10 sq. Ethic. Nicomach. V, 1. V, 2." Adde Zell ad Aristot. *Ethic. Nic.* I, 6, 12, p. 31. — Verba οὕτω τοίνυν καὶ χεὶρ τελευτήσαντος ὁμωνύμως duplici ὁμωνύμως deceptus omisit H. Ad homonymiam illustrandam faciunt loci *de generat. et interit.* I, 5, p. 321, b: ἐπὶ δὲ τῶν ἀνομοιομερῶν τοῦτο μᾶλλον δῆλον, οἷον χειρός, ὅτι ἀνάλογον ηὔξηται· ἡ γὰρ ὕλη ἑτέρα οὖσα δήλη μᾶλλον τοῦ εἴδους ἐνταῦθα ἢ ἐπὶ σαρκὸς καὶ τῶν ὁμοιομερῶν· διὸ καὶ τεθνεῶτος μᾶλλον ἂν δόξειεν εἶναι ἔτι σὰρξ καὶ ὀστοῦν ἢ χεὶρ καὶ βραχίων. *de partib. animal.* I, 1, p. 640, b sq.: φησὶ γοῦν (Δημόκριτος) παντὶ δῆλον εἶναι οἷόν τι τὴν μορφήν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, ὡς ὄντος αὐτοῦ τῷ τε σχήματι καὶ τῷ χρώματι γνωρίμου. καίτοι καὶ ὁ τεθνεὼς ἔχει τὴν αὐτὴν τοῦ σχήματος μορφήν, ἀλλ' ὅμως οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος. ἔτι δ' ἀδύνατον εἶναι χεῖρα ὁπωσοῦν διακειμένην, οἷον χαλκῆν ἢ ξυλίνην, πλὴν ὁμωνύμως, ὥσπερ τὸν γεγραμμένον ἰατρόν. οὐ γὰρ δυνήσεται

Digitized by Google

ποιεῖν τὸ ἑαυτῆς ἔργον, ὥσπερ οὐδ' αὐλοὶ λίθινοι τὸ ἑαυτῶν ἔργον, οὐδ' ὁ γεγραμμένος ἰατρός· ὁμοίως δὲ τούτοις οὐδὲ τῶν τοῦ τεθνηκότος μορίων οὐδὲν ἔτι τῶν τοιούτων ἐστί, λέγω δ' οἷον ὀφθαλμός, χείρ. λίαν οὖν ἁπλῶς εἴρηται, καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον ὥσπερ ἂν εἰ τέκτων λέγοι περὶ χειρὸς ξυλίνης. *de generat. animal.* II, 1, p. 734, b: οὐ γάρ ἐστι πρόσωπον μὴ ἔχον ψυχήν, οὐδὲ σάρξ, ἀλλὰ φθαρέντα ὁμωνύμως, λεχθήσεται τὸ μὲν εἶναι πρόσωπον, τὸ δὲ σάρξ, ὥσπερ κἂν εἰ ἐγίνετο λίθινα ἢ ξύλινα. *Politic.* I, 2, p. 1253, a: ἀναιρουμένου τοῦ ὅλου οὐκ ἔσται ποὺς οὐδὲ χείρ, εἰ μὴ ὁμωνύμως, ὥσπερ εἴ τις λέγει τὴν λιθίνην· διαφθαρεῖσα γὰρ ἔσται τοιαύτη. — κἂν αὐλοί N. posito κἄν pro καί N. — παντί pro ἅττα Alex. fol. 139, b. A. Vic. B.

4. ἔτι δὲ πυρός omissa praepositione E. — γῆς omittunt F. H. N. καὶ γῆς Vic. B. S. [καὶ] γῆς P. — ὅπου δὲ πλεῖστον H. ὅπου δὴ πλεῖστον F. N. — εἰ καὶ τὰ ἔσχ. ληφθ. F. H. N. — τὰ ἔσχατα, a quibus motus proficiscitur, ad quae tendit, ultra quae progredi non possis. Cfr. Trendelenburg. ad *de anim.* III, 10, 2, p. 531. — ἄλλο μᾶλλον ἢ λόγος addito μᾶλλον et omisso articulo H. Articulus deest etiam in F. N. — ἔχει pro ἐπεί E. — καὶ οὐ παντὸς ἔχων ὕδωρ Cam. probante iam S. —

5. Ad verba: ἅπαντα δ' ἐστὶν ὡρισμένα τῷ ἔργῳ· τὰ μὲν γὰρ δυνάμενα ποιεῖν τὸ αὐτῶν ἔργον ἀληθῶς ἐστὶν ἕκαστα cfr. *Politic.* I, 2, p. 1253, a: πάντα δὲ τῷ ἔργῳ ὥρισται καὶ τῇ δυνάμει· ὥστε μηκέτι τοιαῦτα ὄντα οὐ λεκτέον τὰ αὐτὰ εἶναι, ἀλλ' ὁμώνυμα. VII, 4, p. 1326, a: δεῖ δὲ μᾶλλον μὴ εἰς τὸ πλῆθος, εἰς δὲ δύναμιν ἀποβλέπειν ἔστι γάρ τι καὶ πόλεως ἔργον, ὥστε τὴν δυναμένην τοῦτο μάλιστα ἀποτελεῖν. Alibi δύναμιν et ἐνέργειαν iungit v. c. *Ethic. Nicom.* IX, 7, p. 1168, a: ὃ γάρ ἐστι δυνάμει, τοῦτο ἐνεργείᾳ τὸ ἔργον μηνύει. *Phys.* VIII, 8, p. 262, a. *de sens. ac sensili* c. 3, p. 439, a: ἔστι μὲν οὖν ἕκαστον ἁπλῶς λεγόμενον, τὸ μὲν ἐνεργείᾳ, τὸ δὲ δυνάμει. *de part. animal.* II, 3, p. 649, b. *Metaphys.* Θ, 6, p. 1048, a sq. K, 9, p. 1065, b. Λ, 5, p. 1071, a. Sed ablegamus lectorem ad Trendelenburgii

Digitized by Google

de vocibus δύναμις, ἐνέργεια (ἔργον), ἐντελέχεια disputationem in Commentar. ad Aristot. *de anim.* II, 1, p. 295—312. — ἕκαστον pro ἕκαστα H. N. — οἷον ὀφθαλμός omisso articulo E. N. — ὡς ἡ εἰκών addito articulo E. Alex. fol. 140, a. A. Cam B. Vic. P. S.

6. ἀλλ' ἔστιν ἧττον ἴσως δῆλον H. — ἄδηλον pro δῆλον E. — Quid est, quod ait, ignem, aut eius opus minus cognitum esse naturaliter, quam carnis? An aliam eius cognitionem non naturalem concedit, qua magis cognitus esse possit? An vero ait naturaliter, hoc est, eo modo, quo physici res solent nosse ac explicare, hoc est per materiam et formam? Siquidem ignis forma occulta sit, ob eamque causam, et eius munus, quod eam consequitur, quamvis id sensu noscatur, quod calefacit atque incendit. Fortasse autem, ubi legitur φυσικῶς, legebatur τὸ [articulus enim, quem non addidit Vic. deesse nequit] τοῦ πυρός, fuitque locus a Tyrannione male emendatus, cum tineis corrosus fuisset: sensusque planus erit, ope ignis fortasse minus nosci, quam carnis. Sed utro modo legatur, praestat, non simpliciter pronuntiare, sed cum particula fortasse, ut intelligamus, ne Aristotelem quidem huius rei certum fuisse. Vicomercatus. Quocum de emendatione fere certa consentimus, de causa corruptionis, ad quam in talibus occasionibus recurrere solet (cfr. Vol. I, p. 325) dissentimus. Vide, ne longi simus, quae disseruerunt Titze *de Aristot. oper. ser. et distinct.* p. 5. Schneider ad Aristot. *Hist. anim.* I, p. LXXVI sqq. Brandis in *Rhein. Mus.* I, 3, p. 236 sqq. I, 4, p. 259 sqq. Kopp ibid. III, 1, p. 93 sqq. Stahr *Aristot.* Vol. II, p. 5 sqq.

7. Cum omnia naturae corpora terminata, seu similaria, seu dissimilaria, agendi aut patiendi constent facultate, eorum inquit rationes ἀκριβεῖς, quod nos diximus certas, non esse. Quod simpliciter nunc de omnibus profertur, quum antea compararet, quae magis et quae minus cognitae haberentur. Sunt itaque omnes incertae, nec exquisite cognitae, quamquam aliae magis, aliae minus, et in eorum cognitione non secus versamur, atque hi, qui noctu in tenebris ambulant.

Digitized by Google

Atque hoc est, quod dici solitum est, rerum ultimas differentias incognitas esse. Quando igitur eius modi rationes insint, aut non insint, non facile est, ut ait, perspicere, nisi extenuata admodum corpora, et depravata fuerint, solaque manserit figura, ut in cadaveribus vetustissimis, et fructibus longo tempore adservatis et conditis: item in rebus e lacte coagulatis. Haec enim omnia, antequam talia, ut dictum est, fiant, vere talia videntur, nec ab his dissidere, quae vere sunt talia. Vicomercatus. — *πάντων* pro *πάντα* Alex. A. — *ὥσπερ σάρξ* omisso *καί* E.

8. *ὥστ' εἴποτε* E. *ἰδεῖν* pro *διϊδεῖν* H. *διελθεῖν* F. — *ἄν* quod sequitur omittit E. — *μόνα ἤ λοιπά* F. H. N. Vic. B. Cam. P. S. — *οἷον* pro *οἷα* N. — *ἅ* ante *ἐξαίφνης* omnes omittunt codices a Bekkero collati. — *καρπός* pro *καρποί* H. unde mox *φαίνεται* exhibet. — *παλαιούμενα* pro *παλαιούμενοι* F. H. Cam. (qui post *τῷ σχήματι* comma statuit, ut eo manifestius indicaret, participium se referre voluisse ad remotius substantivum *σώματα*) S. — Praepositionem ante *τοῦ γάλακτος* omittit N.

9. *θερμ. ἢ ψυχρ.* N. — *ταῖς ὑπὸ τούτων κινήσεσιν* addita praepositione F. H. N. Cam. S. — *πήγνυται τῷ ψυχρῷ καὶ τῷ θερμῷ καὶ τῷ θερμῷ* N. loco verborum *πηγνύμενα τῷ θερμῷ καὶ τῷ ψυχρῷ*. — *λόγω* pro *λέγω* H. — *οἷον σάρκα καὶ ὀστοῦν καὶ νεῦρα καὶ τρίχας* dedimus cum E. — *νεῦρον* H.

10. *τοσούτοις* pro *τοιούτοις* F. — *ὑπὸ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ* F. H. N.

11. *ἂν ἔτι δόξειε* F. N. *ἂν ἔτι εἶναι δόξειε* H. — *ἡ κεφαλή* pro *οἷον κεφαλή* N. — *αἰτία ψυχρότης καὶ θερμότης καὶ κίνησις* H. N. *αἰτία θερμ. καὶ ψυχρ. καὶ κίνησις* F. *αἰτία ψυχρότης, θερμότης καὶ κίνησις* Cam. P. S. — *φιάλην ἢ πρίονα* mutato verborum ordine F. — Quid voluerit Aristoteles cum exemplum phialae afferret, magis patet comparato loco *Phys.* II, 3, p. 194, b: *ἕνα μὲν οὖν τρόπον αἴτιον λέγεται τὸ ἐξ οὗ γίνεταί τι ἐνυπάρχοντος, οἷον ὁ χαλκὸς*

Digitized by Google

τοῦ ἀνδριάντος καὶ ὁ ἄργυρος τῆς φιάλης καὶ τὰ τούτων γένη. Omnino parcus est Aristoteles in exemplorum copia saepenumero repetita vice recurrentium. Ita quod h. l. de serra posuit, deprehenditur *Phys.* II, 9, p. 200, a. Cfr. *de caelo* III, 8, p. 307, a. *de part. animal.* I, 5, p. 645, b (aliud exemplum de serra petitum est *de part. animal.* II, 7, p. 652, b). κιβωτός recurrit *Phys.* III, 6, p. 207, a. Aliis iam occasionibus monuimus placuisse sibi Aristotelem in eiusdem rei et enuntiati iterata repetitione. Ita in not. ad Excerpt. III, 2, 1, p. 96 exempla attulimus theorematis frequentati οὐδὲν μάτην ἡ φύσις ποιεῖ. Adde *de caelo* I, 4, p. 271, a: ὁ δὲ θεὸς καὶ ἡ φύσις οὐδὲν μάτην ποιοῦσιν. Quo in loco cum cod. F. pro ποιοῦσιν exhibeat ποιεῖ, non sine veritatis quadam specie coniiciat aliquis, ab Aristotele, uti reliquis in locis a nobis laudatis (quibus accedant *de caelo* II, 11, p. 291, b: ἡ φύσις οὐδὲν ἀλόγως οὐδὲ μάτην ποιεῖ. *de part. animal.* II, 13, p. 658, a. III, 1, p. 661, b), profecta esse verba: ἡ δὲ φύσις οὐδὲν μάτην ποιεῖ, ita ut verba ὁ δὲ θεός a christiano demum scriba addita sint.

12. εἰ pro ἐπεί F. H. N. — ἔχοιμεν loco indicativi H. — τί post οἷον omittit E. — ἡ ante τὴν ὕλην addunt H. N. — ἐὰν μὲν τὴν ὕλην F. — τῆς γενέσεως omisso τε E. F. —

13. δῆλον ad verba antegressae paragraphi traxit ac mox pro δηλωθέντων exhibet τεθέντων H. — τὰ ὁμοιομερῆ omissa negatione omnes codices a Bekkero collati Cam. S. Sed recte addita est praepositio ex auctoritate interpretum graecorum, quam secuti sunt A. B. τὰ [μὴ] ὁμοιομερῆ P. — ἄνθρωπος N. — καὶ φυτά pro φυτόν H.

Digitized by Google

SYLLOGE
VARIARUM LECTIONUM ET ANIMADVERSIONUM
EX
ALBERTI MAGNI METEOROLOGICIS.

Tacuimus hucusque de Alberto Magno. Sed quum in verbis, quae commentariis in *physicam auscultationem* praemisit, haec monuerit: *Erit autem modus noster in hoc opere Aristotelis ordinem et sententiam sequi, et dicere ad explanationem eius et ad probationem eius, quaecunque necessaria esse videbuntur: ita tamen, quod textus eius nulla fiat mentio* — ex his iam elucet, in critico opere exsequendo non prorsus praetereunda esse Meteorologica Alberti. Itaque omnia, quae mentione aliqua digna videri possunt (ac sane pauca sunt tantummodo), hoc loco coniungamus. Usi sumus editione principe (Lugdun. 1551 fol.) operum omnium, cuius in volumine secundo deprehenduntur Meteorologica.

Statim ab initio non sine acumine argumentum Meteorologicorum exponit ita, ut quomodo quartus liber cum antegressis cohaereat satis aperte eluceat. *In scientia naturali*, ait, *corpus mobile est subiectum, ut dictum est multoties. In natura autem duplex est mobile corpus, scilicet simplex et mixtum. Et ideo scientia naturalis tres habet partes in genere. Quia quaedam eius pars est de corpore mobili simplici. Quaedam autem de simplici, quod est acceptum secundum viam et motum ad commixtionem. Quaedam autem de mobili commixto, sicuti minerali vel vegetabiliter vel aliter* (fortasse scribendum: *animaliter*). *Illa autem*

Digitized by Google

pars quae est de mobili simplici, est duplex secundum duplicem modum simplicis corporis mobilis. Simplex enim, ut dixit Aristoteles in primo de generatione et corruptione, et nos diximus idem in primo de generatione et corruptione, capitulo 19, *dicitur dupliciter. Est enim idem, quod universale, et etiam idem, quod substantia simpliciter. Unde una pars scientiae naturalis est de mobili corpore simplici, hoc est, universali prout abstrahit ab omni corpore signato in natura, quae est scientia libri physicorum. Et alia pars eius est de mobili quod est corpus simplex, sive moveatur secundum situm tantum, sive moveatur ad formam. Quae autem est de mobili simplici corpore, duplex est. Quia est motus secundum situm, nihil varians in eo quod movetur. Et est motus ad formam, qui variat aliud in mobili. Mobile ergo simplex quoad potentiam ad situm et locum, qui nihil variat in eo quod movetur, determinatur in libro de caelo et mundo. Mobile autem simplex quoad potentiam et formam, quae variat essentiam in substantia vel esse in accidentibus, determinatum est in libro de generatione et corruptione, quae est prima pars naturalis philosophiae. Mobile autem simplex prout est in via ad commixtionem, determinatur in isto libro quem habemus prae manibus, qui dicitur liber meteororum, qui continet secundam partem naturalis philosophiae. Mobile autem huiusmodi consideratur dupliciter, scilicet ex parte viae commixtionis, quae est secundum quod unum elementum movetur in regione alterius per hoc quod alteratur ad ipsum per vaporem vel inspissationem: vel consideratur ex parte ipsius commixtionis, quae fit per activam qualitatem unam vel plures, vel per passivas. Et mobile quidem simplex primo modo consideratum, determinatur in primis tribus libris meteororum. Mobile autem simplex secundum modum commixtionis factae per activas vel passivas qualitates determinatur in libro* 4. *huius scientiae. Deinceps autem in aliis libris determinatur de mobile mixto contracto ad speciem mineralem vel vegetabilem vel animalem, sicut patebit in*

Digitized by Google

sequentibus quando tertia pars naturalis philosophiae determinabitur. — De nomine graeco *μετεώρων*, ineptire Albertum ideirco admonemus, ut inde eluceat, eum graecae linguae peritia prorsus caruisse adeo, ut vero simile sit, eum non nisi arabicis interpretationibus usum esse. Sunt autem de vocabuli huius etymologia haec eius verba p. 2, b: *Dicitur autem hic liber meteororum quod est Graecum nomen, et compositum a meta quod est trans, et theorum quod est contemplatio, quasi contemplatio eorum, quae sunt trans, id est, in alto generata: quia de illis principaliter hic intenditur. Vel a meta quod est de, et theorein quod est videre: quia est de his quae visu accipiuntur in aëre generata, sicut galaxia et iris et huius modi. Et hoc est probabilius, quod meta Graeca praepositio idem est frequenter quod de, sicut metamorphoseos quod est idem quod defectus. Dicunt autem quidam, quod meteora idem sit quod de impressionibus: quod nullo modo est verum: quia hoc nomen nimis esset commune: quia impressiones superiorum corporum in omnibus sunt corporibus et simplicibus et compositis.*

Commemoratur p. 17, b Constantinus quidam philosophus, *qui dicitur in Graeco commentatus esse super librum meteororum Aristotelis* *). — Ad I, 6, 3. Hippocratis Choi (ita enim exhibetur) discipuli Nichius et Paulus commemorantur, in quibus Aeschylum vix agnoscas. — I, 10, 7 legit *ἐν δὲ τῇ Κορίνθῳ* (cfr. p. 34). — Ad I, 13, 27 haec narravit p. 51, a quae si adscribo fortasse naturae scrutatorum gratiam mihi conciliabo: *Mirabile autem accidit in Alamania in loco qui dicitur Lonfen: ibi enim est aqua copiosi fluxus, Necarus nomine, quae exsiccata fuit per spatium milliaris per tres horas diei, ita quod colligebant pisces in fundo eius, et non caruit fluxu suo, nec diminuebatur supra, nec infra nisi in illo milliari, quod*

*) Albertus Magnus etiam Themistii et Porphyrii commentarios in Meteorologica ante oculos habuisse videtur, quos laudat p. 130, b.

Digitized by Google

est circa oppidum quod diximus: ego autem subito post veniens ad locum, consideratis loci dispositionibus, scivi quod fundus aquae illius solidissimus est, et illic fluit inter montes non multum altos, et habet altas ripas in illo loco, et ex vapore illo incluso divisus et elevatus fuit fundus: propter quod aqua resedit in principio illius elevationis, et in fine eius exivit: et cum exhalasset vapor, resedit totus fundus in locum suum sicut fuit prius, et tunc fluxum habuit aqua sicut habuerat antea. —

Atque haec quidem erant omnia, quae ex commentariis in duos priores libro commemoranda nobis videbantur. Quum commentarios conscripsimus in duos posteriores Meteorologicorum libros remoti tunc temporis a regiae Berolinensis bibliothecae divitiis, nobis ad manum non erant neque Accoramboni *Vera mens Aristotelis*, neque editiones Iuntina, Camotiana aut Sylburgiana. Quare quae huc pertinent, una cum perpaucis illis, quae ex Alberti Magni commentariis adferenda videntur, adscribemus adiunctis praeterea notis quibusdam in librum tertium, petitis ex insigni libro Fleischeri, quem laudavimus iam ad III, 4, *De iridibus doctrina Aristotelis et Vitellionis certa methodo comprehensa, explicata et tam necessariis demonstrationibus, quam physicis et opticis causis aucta.* Witebergae 1571, 8., et aliis nonnullis, quae inter scribendum in mentem nobis venere.

Lib. III. Cap. I. §. 1. τρόπον ἤδη transposita particula Cam. — βιαίως Cam. — §. 2. γάρ post τό τε omittit Cam. — ταῦτα δυνάμει Bag. *haec potentia.* — Post κατὰ τὴν ὕλην Cam. addit ὁ ἐκνεφίας καὶ ὑετός. — ὁποτέρου ἂν ᾖ πλῆθος ἐνυπάρχον Cam. S. *cuiuscunque fuerit multitudo inexistens* Bag. — Duplex πλεῖον reperit Bag. quorum alterum retulit ad συνεκκρινόμενον, alterum ad πλῆθος, vertens: *cuiuscunque f. m. inex. amplior, amplius.* — Procellam Servius ad Virg. *Aen.* I, 85 hunc in modum explicuit: *Procella est vis ventorum cum pluvia, dicta procella ab eo, quod omnia procellat.* — §. 3. βιάζεται Cam. — ἢ ἐν πύλας ἢ ὁδοῖς Cam. S. — δι' ἃ μὴ ὑπείκει Cam. pro διὰ τὸ μὴ ὑπείκειν. — τοῦτο

Digitized by Google

ἔστι κύκλος omisso δέ Cam. S. — Verba καὶ αὐτό non expressit Bag. — ἐπεὶ τῆς γῆς ἂν διὰ ταῦτα γίνονται Bag. quum vertat: *super terram utique propter hoc fiunt vertigines.* τε omittunt etiam Cam. S. — γίγνεται pro γίνηται S. — §. 4. κάτω δὲ φέρεται Cam. S. — §. 5. διὰ τὸ πάντα εἶναι ταῦτα ὑγρὰ καὶ ψυχρά Cam. qui πάντα ταῦτα ad βορείους et νιφετῶν retulit. — §. 7. ὁ τυφών addito articulo Cam. S. — ἔτι δέ pro ἔστι δέ Cam. — ἐπὶ γῆν Cam. S. — §. 8. συνεμπίπρησι Cam. συνεμπίμπρησι S. — §. 9. ἐκθλιφθῇ Cam. — ἐπικάον Cam. S. et ita etiam deinceps. — §. 10. διῶν pro διεξιών Cam. S. — ἔφθασε διεξιών *praevenit pertransiens* Bag. qui φθάνει διεξιών paulo ante interpretatus est: *praevenit pertransire.* Nisi utroque in loco διῶν legit, quum postea διελθόν vertat iterum *pertransiens.* — §. 11. τι post πάσχει omittit Cam. — ὅτι γε ταῦτα πάντα πνεύματα Bag. — §. 12. οἷον καὶ νῦν ναὸν περὶ τὸν ἐν Ἐφέσῳ συνέβαινε καιόμενον Cam. περὶ ναὸν τὸν ἐν Ἐφέσῳ καιόμενον S. — ὅτι μὲν ὅ τε καπνός omisso γάρ Bag. ὁ καπνός omisso τε Cam. — πρότερον ἐν ἑτέροις Bag. *prius in aliis.* — §. 13. πολλῆς καομένης ὕλης *multa ardente materia* Bag. — §. 14. ᾗ μέλλει πατάξειν *qua debet percutere* Bag. Cam. S. — §. 15. Verba καὶ ἀστραπαί non reddidit Bag. — §. 16. περὶ πρηστήρων repetita praepositione Cam. S. cfr. ad I, 12, 11. — πάντων αὐτῶν Bag. *omnium ipsorum* Cam. S. —

Cap. II. §. 1. τί ἑκάτερον omisso τε Bag. — πάντα ταῦτα γίνεται transposito πάντα Bag. *omnia haec.* — §. 3. μετοπωρινήν Cam. S. cfr. III, 5, 20. — ἐν δὲ ταῖς θεριναῖς δείλης μόνον, οὐκέτι δὲ καὶ περὶ μεσημβρίαν Cam. — δυεῖν Cam. cfr. ad IV, 7, 16. — §. 4. ἀμυδρότερα δὲ τῆς ἐκτός videtur legisse Bag. cum vertat: *hebetiores autem sunt eius qui extra est.* — §. 5. γραφεῖς Cam. S. — §. 6. καὶ νύκτωρ ὁμοίως οὐδαμῶς pro οὐδὲ δὴ νύκτωρ Cam. — Post καταφερομένου additum reperit ἀεί B. — Verba τι γέγονεν non reddidit Bag. — §. 7. πάντα γὰρ ταῦτα ἀνάκλασίς ἐστιν transposito ταῦτα Bag. *omnia enim haec refractio sunt.* — συμβαίνει γίνεσθαι τὴν ἀνάκλασιν Bag. *quo accidit fieri reflexionem.* — §. 9. ἀνάγκη γενέσθαι transposito ἀνάγκη Cam. S. — εἰ μέλλει pro τὸ μέλλον

Digitized by Google

Cam. *si debeat fore* Bag. — *ἐν ἔτεσι* (sic) *πεντήκοντα* Cam. — §. 10. *ἔκ τε τῶν περὶ τὴν ὄψιν δεικνυμένων* Cam. S. — *οὐ μόνον τὰ χρώματα, ἀλλὰ καὶ τὰ σχήματα ἐμφαίνεται* Bag. *in quibusdam quidem non solum colores, sed et figurae apparent. ἐν ἐνίοις μὲν τὰ σχήματα* omisso *καί* Cam. — §. 11. *τοιαῦτα δ' ἐστὶ τῶν ἐνόπτρων ὅσα μικρά* Bag. — *ἐν γὰρ τούτοις ἀδύνατον τὸ μὲν σχῆμα ἐμφαίνεσθαι* Bag. — *δόξεις* pro *δόξει* Cam. — Post *διαίρεσιν ἔχειν* Bag. videtur additum legisse *πάντῃ*, quum vertat: *divisionem habere omniquaque.* — *ταύτῃ δ' ἀδύνατον hac autem impossibile* (nisi mendum est typographicum). — §. 12. *τὸ τοῦ ἐνόπτρου* Cam. — *ἔστι* pro *ἔστω* Cam. — *αὐτῶν* post *διό* posuit Bag. — Quaestionem, cur in iride colores tantum, nec simul aliqua figura appareat, tractavit Fleischerus l. l. p. 95—100: Aristoteles sit in quibusdam eorum, quae *ἔνοπτρα* nominat, *οὐ μόνον τὰ χρώματα, ἀλλὰ καὶ τὰ σχήματα ἐμφαίνεσθαι*, in aliquibus vero *τὰ χρώματα μόνον*. Necesse est autem ad figurae generationem praecipue tria concurrere. Primum, ut nubes sit continua. Deinde, ut radii figuram efformantes, sint fortes. Tertio, ut nubes sit adeo tersa et polita, ne ab ea lumen aliquid coloris contrahat. Nam speculum impurum facit, ut res videatur obscurior. Hae causae adsunt in generatione *παρηλίου καὶ παρασελήνου*. Nam haec fiunt in nube continua, solida, consistente, firma, polita, et ad latus solis vel lunae posita, ubi radii non longe protensi et ideo fortius reflexi, imaginem solis vel lunae effingunt. Et quamvis in huius modi corporibus figura generatur: tamen cum ea semper simul est color, vel potius ipse nativus corporis luminosi color: sicut *παρήλιον* est purum lumen solis sine umbrarum et nigredinis a nube contractae admixtione. Quod lumen cum sit fulgidum et album, etiam figura fulgida et alba apparet. Ut autem tantum color radiorum reflexione producatur, necesse est totidem superioribus illis prorsus contraria adesse. Primum, ut nubes non sit continua. Nam si continua est, fit reflexio a superficie tantum, nec adsunt causae diversorum colorum, de quibus iam dicetur. Deinde ad colores exprimendos necesse est, ut

Digitized by Google

radii debilitentur. Nam ex radiis debilitatis fiunt colores, vel, ut Aristoteles loquitur, *διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς ὄψεως χρώματος ἐμποιεῖται φαντασία.* Tertio colores iuvat nigredo nubis. Nam lumen colore nubis, a qua reflectitur, vel quam transit, inficitur. Haec tria etiam in iride ad colorum generationem concurrunt. Nam supra demonstratum est, iridem nullo modo in continuo vapore gigni. Deinde cum vapor roridus ponatur e regione solis, radii multum extensi debilitantur, vel ὄψις, ut cum Aristotele loquamur, *γίνεται ἀσθενεστέρα.* Supra enim dictum est, hunc sentire, quod radii visivi ex oculo ad nubem deferantur, et ab hac ad corpus luminosum reflectantur. Idem igitur significatur, sive dicas radios luminosos, sive visivos, ex nimia protensione fieri debiliores. Tertio accedit etiam ad colores in iride provocandos, quod vapor roridus, in quo iris generatur, propter quandam naturam aquosam, quam incipit assumere, aliquam habeat nigredinem. Ex his igitur satis manifestum est, cur in iridis generatione tantum colores et non simul figura appareat. Etsi autem forsan in singulis corpusculis, quae habent rationem parvorum speculorum, imagines solis, sicut videmus in singulis aquae guttulis accidere, exprimuntur: tamen, quia specula sunt parvissima, figura ad visum deferri non potest, sed potius imaginum confusio quaedam fit. Nam reflexio facta a parvo speculo subtilis est. Longe igitur protensa debilitatur, et antequam ad visum pervenit, evanescit, ut ita ad iridis generationem singula corpuscula nihil valeant. Quae Aristoteles de huius modi parvis corpusculis sphaericis, in quibus non *σχῆμα* generatur, ita scribit: *τοιαῦτα δ' ἐστὶν, ὅσα μικρὰ τῶν ἐνόπτρων καὶ μηδεμίαν αἰσθητὴν ἔχει διαίρεσιν. ἐν γὰρ τούτοις τὸ μὲν σχῆμα ἀδύνατον ἐμφαίνεσθαι. δόξει γὰρ εἶναι διαιρετόν. πᾶν γὰρ σχῆμα ἅμα δοκεῖ σχῆμά τε εἶναι καὶ διαίρεσιν ἔχειν πάντῃ.* Quorum verborum hic est sensus. Si figura nominanda est figura, necesse est, ut videatur, cum ea alioqui extra visum nihil sit. Ut vero videri possit, requiritur, ut sit alicuius magnitudinis, seu ut in partes possit dividi. Nam si esset indivisibilis, certe non videretur. Figura autem

Digitized by Google

divisibilis, id est, ea quae in oculos incurrit, non in alio speculo, quam in divisibili, seu in eo, quae certae esse magnitudinis apparet, generatur. Quare, si in singulis vaporis roridi corpusculis figura debet generari, opus est, ut ea videatur, et ut speculum sit divisibile. Sed horum neutrum in iride fit. Nam figuras solis vel lunae non videmus, neque corpuscula praeter horum a nobis distantiam, et visus imbecillitatem singula deprehendimus. Quare impossibile est in vapore rorido figuram solis vel lunae produci. Hoc vero satis confirmato et concesso, relinquitur, in huius modi vapore colores solummodo apparere.

Cap. III. §. 1. *περὶ τῶν ἄλλων ἄστρων* omisso *τι* Bag. *et de aliis astris.* — §. 2. ὁμαλός Cam. S. — §. 3. *εὐδίων* Cam. — *ἀπολαμβάνειν τὴν ἑαυτῆς φύσιν* mutato verborum ordine legisse videtur Bag. quum vertat: *sed permissum fuerit recipere propriam naturam.* Vide praeterea, ne *ἀναλαμβάνειν* sit corrigendum. Cam. *ἀπολαβεῖν αὐτῆς.* S. *ἀπολαμβάνειν ἑαυτῆς.* — §. 6. *εὐθείας* pro *εὐδίας* Cam. mendo typographico. — Vetus interpres monente Morellio apud S. legit *ὡς οὕτως ἡ ἀτμίς.* — *ἀποκέκριται ἀναθυμιάσεως* omisso articulo Cam. — §. 7. *ὥσπερ ἴρις* (sic enim ubique exhibent) absque articulo Cam. S. — *ἀναγκαῖον κύκλον εἶναι* Bag. *necesse est circulum esse.* Cam. S. — *γραμμαί* pro *γραμμῆς* Cam. — §. 8. *ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου* Cam. — *καὶ αἱ πρὸς τὸ ε ἀλλήλαις* Cam. — *ἤχθωσαν δύο κάθετοι* posito numerali pro particula *δή* Cam. *καὶ γὰρ ἐπ' ἴσης τῆς αεβ. ἤχθωσαν δὲ κάθετοι* S. — §. 9. *ἴσαι δὲ αὗται* Cam. S. — *πρὸς ὀρθὴν γὰρ πᾶσαι* Cam. S. quarum prior exhibet deinde *τὴν αεβ* loco dativi. — *ἡ γραφομένη γραμμή* Cam. posito inter utrumque vocabulum commate. — *ἔστω δέ* Cam. S. — §. 10. *σμικρότητα* Cam. — §. 11. Post *αἰσθητὴν διαίρεσιν* Bag. verba posuit: *παρὰ δὲ τοῦτο ..... μελαντέρα,* quae deinde excipiunt ista: *πρὸς δὲ τῇ γῇ μᾶλλον ..... στάσιν φανερόν.* Vertit enim: *Iuxta autem hoc nigra continua circumferentia, quae propter illius albedinem videtur esse nigrior: versus terram autem magis, quia tranquillior est: flatu enim existente, non est statio*

Digitized by Google

manifesta. Praeterea patet, eum pro *φανερόν* legisse *φανεράν*, uti aperte exhibet etiam S. Cam. praebet: *οὐκ εἶναι οἷόν τε σύστασιν φανεράν.* — §. 12. *περὶ δὲ τοὺς ἀστέρας γίνεται* posito verbo in singulari numero Cam. — *σημειῶδες* Cam. S. — *μονίμους* Bag. *stabiles.* Cam. —

Cap. IV. §. 1. *ποία δὲ ἀνάκλασις* omisso *τις* Bag. — §. 2. *ἀνακλᾶσθαι* pro *ἀνακλωμένη* legisse videtur Bag. quum vertat: *refrangi videtur.* — Deinde Bag. legit *πυκνώσεως* pro *συστάσεως* quum vertat: *inspissatione* (etiam III, 3, 4. *πύκνωσις* reddiderat verbo *inspissatio*), et in margine monet: *a. l. coitione.* Aperte, ut Bag. exhibent Cam. S. — §. 3. *καὶ πλησίον ἀήρ* S. absque articulo. — *ἠδύνατο* Cam. S. — §. 5. *ψεκάς*, ut ubique, Cam. S. — §. 6. *ὡς εἴρηται πρότερον* Cam. Sed Bag. *et dictum est prius.* — *τὸ χρῶμα τὸ μόνον* Cam. — *μήπω δ' ὖει* Cam. S. — *τε* post *γίνεσθαι* omittit Cam. — Post *οὐ σχήματος* Bag. comma ponit ac pergit *ἑκάστου ὄντος τῶν ἐνόπτρων μικροῦ καὶ ἀοράτου* omisso *δέ.* Vertit enim: *non figuras, unoquoque speculorum existente parvo et invisibili.* Deinde a verbis *τῆς δ'* incipit novam enuntiationem. — §. 7. *ἁπάντων τούτων* Cam. — *ὁρωμένου* pro *ὁρωμένης* Cam. — §. 8. *αὐτῷ συνεχεῖ* Bag. *ipsi continuo.* — §. 9. *ὅτι μὲν οὖν ἡ ἶρις ἀνάκλασις* Bag. *Quod igitur iris sit refractio.* — *ἀλλ' ἡ μὲν ἐξ ἐναντίας* Cam. pro *διὸ καὶ ἐξ ἐναντίας.* — *ἄμφω ἀνάκλασις ambae refractio* Bag. Cam. — §. 10. *ἀλλ' ἡ μὲν χρωμάτων ποικιλία διαφέρει. Sed haec quidem colorum varietate differt* Bag. — *διαφέροι γὰρ οὐδέν* Cam. — §. 13. *τῆς ὕδατος γενέσεως* omisso altero articulo Cam. — Pro *τούτου γὰρ μὴ συμβαίνοντος ἦσαν ἂν κεχρωματισμέναι αἱ ἅλως* Bag. legit: *ἐπεί, εἰ ἐγίνετο, ἦν ἂν κεχρωματισμένη ἡ ἅλως* (et ita aperte S. Cam. nisi quod posterior exhibeat *εἰ μὲν ἐγίγνετο*) quum vertat: *Quum, si fieret, esset utique colorata area.* At in margine nostram lectionem adnotavit: *a. l. hoc enim non evenientе essent utique coloratae areae.* Legisse autem Bag. verba *ἐπεί, εἰ ἐγίνετο* non *ὅτι, εἰ συμβαίνοι* aut alia eius modi, patet ex sequentibus, in quibus verba *ἐπεί, εἰ συνίστατο* reddidit: *quum si consisteret.* —

Digitized by Google

§. 14. *εἰ συνίσταιτο* S. — *καθάπερ λέγομεν* Bag. *sicut dicimus.* — §. 16. *ἀπὸ τῆς τοῦ ἀέρος ὑγρότητος καὶ ἀπ' ἀναθυμιάσεως καὶ ἀπὸ λιγνύος* et q. s. Bag. *fit autem ab humiditate aëris et ab evaporatione et a fuligine.* — *τό τε* pro *τὸ δέ* Cam. S. — §. 17. *ὁμοιοτέρα* S. — *φοινικίαν* pro *φοινικῆν* Cam. — *ἔχειν τὴν χρόαν φαίνεται* Bag. *habere colorem videtur.* — §. 18. *φαίνῃ* non reddidit Bag. omisit S. ante *φωτίσῃ* posuit Cam. — §. 19. *ἐστῶτι* Cam. — *ὅπου ἐπαλλάττουσιν* Cam. Sed etiam Bag.: *qua permutantur radii.* — *ἡ δὲ κίνησις* pro *ὁ δὲ τρόπος* Bag. *motus autem*, nisi mendum est typographicum: *ὁ τρόπος δέ* Cam. S. — *χώρα* pro *χρόᾳ* Cam. — §. 20. Post *τοιοῦτον* Bag. additum repperit *γίνεται.* — *ἀποτεινομένη* Cam. S. cfr. III, 6, 7. — §. 21. *τοσοῦτον* non reddidit Bag. *τοσοῦτον καὶ περὶ αὐτῶν* Cam. — §. 23. *ὅταν ᾖ νέφος πλησίον τοῦ ἡλίου* Bag. *cum fuerit nubes prope solem.* — *αὐτὸ τοῦτο* S. — *οὕτω καὶ τὸ λευκόν* Bag. *sic et album.* *οὕτω τὸ λευκὸν* Cam. — §. 24. *ὄψις* non reddidit Bag. — *ἐπεὶ δὲ πλεῖον* S. — Post *ἡ μεταβολή* additum legit Bag. *ἐστίν.* — §. 25. *ἡ μὲν οὖν ἡ πρώτη* Cam. — *φοινικήν* pro *φοινικῆν* Cam. — §. 26. *τὸ φοινικοῦν γάρ* Cam. S. — Quum deinde vertat Bag. *pura*, dubium, an non pro *ἄκρατος* legerit potius *καθαρά.* — *τὸ φοινικοῦν δοκεῖν ξανθότερον εἶναι* Bag. *puniceum videri magis flavum esse.* *ξανθότερον* sed eo, quo nos posuimus loco, praebent etiam Cam. S. — *πρὸς ἐκεῖνο* Cam. — De colore flavo adscribenda videntur Fleischeri verba l. l. p. 122 sq.: Quaestio est, unde ille quartus color sit, quem Aristoteles *ξανθόν* vocat, quemque dicit inter *φοινικοῦν* et *πράσινον* saepe videri. De hoc igitur sciendum est, quod non sit distinctus color a reliquis tribus, de quibus diximus, sed quod ex appositione *φοινικοῦ* ad *πράσινον* oriatur. Nam id proprium est colorum, ut vicini a vicinis aliquid adsumant, et inter se nonnihil, quantum visus iudicat, commisceantur. Exempla huius rei ubique sunt obvia. Experientia testatur, colorem luminis a cadere vaporis, cui incidit, aliquid adsumere, ut illud minus sit fulgidum. Videmus etiam colores corporum ab incidente impuro candelae lumine aliquantulum a priori,

Digitized by Google

quam habuerunt, forma discedere. Ita quoque in iride ξανθόν videri iudicemus ex commixtione φοινικοῦ et πρασίνου. Nam φοινικοῦς quidem habet aliquid nigredinis. Sed si cum eo, qui πράσινος dicitur, conferatur, minus niger putabitur. Quare φοινικοῦς aliquid de nigredine πρασίνου vicini adsumit, et contra hic ab illo nonnihil albedinis mutuatur. Fit igitur medius inter hos duos colores, qui ξανθός dicitur, quique ubi termini illorum coniunguntur, apparet. Quod autem inter πράσινον et ἀλουργόν medius color non sit, inde sine dubio fit, quod horum colorum maior sit differentia, quam φοινικοῦ et πρασίνου, quam hoc collatus ad φοινικοῦν. Cuius diversitatis haec causa potest esse, quod tertius color fiat a radiis duplici umbra et a parte vaporis multum densi denigratis, cum radii medium colorem effingentes simplici umbra et nigredine vaporis minus densi et nigri inficiantur. — §. 27. μεταπίπτει pro μεταβάλλει S. — §. 28. τούτου pro τούτων Cam. — §. 29. πάμπαν διαφέρει Bag. quum vertat: *valde differt*. §. 28 enim λευκὴ πάμπαν reddiderat: *alba valde* et §. 33 πάμπαν ἀσθενῆ: *valde debilis*. Adde §. 3. — χρώματα legit Bag. pro ἕνια τῶν χρωμάτων. Cam. τῶν χρωμάτων omisso ἕνια. S. χρωμάτων, omisso etiam articulo, ac paulo post ἐστὶ δ' ἐν αὐγῇ. — τοιαδὶ ἢ τοιαδί Cam. S. — Post οἷ ποικιλταί Bag. posuit τῶν ἀνθῶν, quod in sequentibus omisit. Vertit enim: *Variegatores florum*. — Deinde videtur legisse verbum quoddam ante λεμβάνοντες aut σφάλλεσθαι aut λανθάνειν aut simile quoddam, quum vertat: *et decipi accipientes alios pro aliis*. Posterius aperte exhibent Cam. S. — §. 30. μόνον solum Bag. — De verbis διπλῆ (exhibet διπλεῖ) δὲ καὶ ἀμαυροτέρα ..... αἰτίαν audiendus est Accorambonus *Ver. mens Aristot.* p. 484 sq. ubi haec leguntur: Dubium hic videtur, quia dixit Aristoteles superius, quod nigredo est negatio visus, ideo quae a longinquo videntur, et quae a debili visu videntur, nigriora apparent; cum itaque colores superioris iridis videantur magis a longe, et a debiliore visione, quam colores inferioris iridis, ita ut puniceus, viridis, et violaceus colores deberent esse magis fusci et magis ad

Digitized by Google

nigredinem tendentes in exteriori iride, quam in interiori; nunc vero e contra videntur magis clari et debiles in illa, quam in hac interiori. Praeterea inquit Aristoteles superius quod in prima interiori iride post puniceum colorem viridem videmus, quia illa pars nubis, in qua videtur viridis color, magis distat a nostro visu distat eius inferior superficies, quam faciat superficies exterior minoris iridis; cum itaque magis distet, deberet illius color ad viridem tendere; nunc autem puniceus apparet, sicut in exteriori parte minoris iridis. Quod vero interior superficies maioris iridis magis distet a visu, quam exterior minoris, patet per ea, quae hic dixit Aristoteles, quod refractio visus fit debilior a maiori iride, quia longius fit refractio; ideo partes omnes maioris iridis longinquiores a visu sunt, quam sint partes minoris; ideo proportionaliter propinquior pars maioris iridis magis distabit a visu nostro, quam propinquior pars minoris: sed pars maioris iridis propinquior visui est interior pars eius, propinquior vero pars minoris iridis est eius exterior pars; ideo interior pars maioris iridis magis distabit a visu nostro, quam exterior pars minoris iridis. Sed cum in iride longinquiores partes videantur nigriores, quam proximiores partes, pars itaque interior maioris iridis deberet videri nigrior, quam pars exterior minoris iridis; ideo deberet videri viridis, non punicea, et media pars maioris iridis consequenter deberet videri violacea, non viridis, quia haec etiam magis distat proportionaliter a nostro visu, quam media pars minoris iridis, ideo magis ad nigredinem tendere deberet videri, et ideo non viridis, sed violacea adspici deberet, ultima vero pars omnino nigra, vel admodum fusca se offerre deberet oculis nostris, cum magis distet a visione, quam interior pars minoris iridis, ideo nigra magis apparere deberet: nunc vero e contra accidit; debiliores enim et perspicui magis videntur colores in maiori iride, quam in minori. Praeterea, si iris per Aristotelem fit ex debilitate nostri visus ob refractionem et ob distantiam nubis; quomodo iris circa lumen vesperi apparere potest? In hac enim iride neque longinquitas nubis, neque visus debilitas, neque

Digitized by Google

refractionis debilitas inesse potest, quia illa iris fit immediate circa lumen lucernae, quae propinqua admodum nobis est. Praeterea refractio fit ad partes determinatas et determinatos angulos, non ubique, ut demonstratur in perspectiva: at ubicunque lucerna apponatur, et quomodocunque illam adspiciamus, iris apparet; ideo non potest ex refractione fieri. Ut vero huius rei veritas appareat, sciendum est quod iris non fit ex simplici refractione, quia tunc non esset res naturalis, neque ad naturalem, sed ad mathematicum simplicem spectaret de ea agere; sed immediata et naturalis causa iridis est lumen solis et humida obscuritas et diversitas partium nebulae, ideo in ea primo fit color puniceus, quia lumen solis valide et immediate admiscetur primae parti nebulae, quae nebulae pars, cum sit propinquior, et magis exposita radiis solaribus, est rarior et minus humida, idcirco ob admixtionem luminis in ea fit puniceus color; secunda vero pars est viridis, quia lumen non ita valide illi admiscetur, neque immediate, sed mediante prima parte punicea: praeterea haec est pars nebulae crassior, quam prima, et humidior, cum sit minus soli opposita: et ob eandem causam tertia pars iridis est violacea, quia modicum luminis ad illam penetrat, illi enim admiscetur mediante puniceo et viridi colore, et est crassissima et humidissima nebulae pars, plurimum enim distat a radiis solaribus; reliqui vero colores, ut roseus et alii, accidunt partim ob rationem, quam affert Aristoteles ob comparationem nigrorum colorum cum minus nigris, partim quia illa pars nebulae est ibi rarior et perspicua magis, ideo cum multum luminis recipiat, albiores reddit colores, et magis claros. Quod vero haec sententia consona sit cum rei natura, patet ex iride quae fit circa lucernam, in qua ea pars, quae est magis propinqua lumini, habet partem rufam, secundam partem viridem, tertiam violaceam ob medii densitatem et humiditatem et luminis vigorem magis agentem in propinquam, quam in remotam partem. Hoc idem dicendum est de oppositis coloribus in duabus iridibus: quia radius solis dirigitur per rectam lineam ad determinatas partes sibi oppositas per diametrum, ideo

Digitized by Google

diametraliter tendit inter duas irides sibi oppositas; ideo cum pars convexa minoris iridis, et concava maioris sint primo oppositae et viciniores rectis radiis solaribus, ambae colorantur eodem colore puniceo: reliquae vero partes maioris, et minoris iridis aequaliter magis distant a rectis radiis solis, ideo similibus coloribus colorantur viridi et puniceo. Languidiores vero et rariores videntur maioris iridis colores, quia rarior est nebula et rariorum partium, in qua fit maior iris, ut clare sensui patet. Accedit ad hoc etiam et debilitas visus ob refractionem, et alia, quae hic affert Aristoteles, cuius sententiam si quis ad amussim, ut littera hic sonat, tueri velit, solvat prius clare et dilucide dubia, quae a nobis sunt proposita. — §. 31. *μακρότερα* Cam. *μακρότερον* S. Bag. *quum enim longius protenditur visus.* — *ἀπὸ τῆς ἄνω a superiori* Bag. Sed in margine: *a. l. exteriori.* — §. 32. Articulum ante *ὄψεως* om. Cam. — *ἀπὸ τῆς περιφερείας τῆς ἐγγυτάτω* Bag. *a circumferentia propinquissima.*

Cap. V. Aristotelis demonstrationem, cur iris sit semicirculus, explanavit Fleischerus p. 148—162, cuius verba adscribimus: Linea HG repraesentet horizontis superficiem. K sit centrum mundi in superficiem horizontis cadens, H Sol in horizonte constitutus. HMG semicirculus altitudinis iridis, qui summitatem iridis secet in puncto M. Et connectantur puncta H, M et K, M. Quia autem *ἀπόδειξις* longa est, et aliquot membra, quae a se invicem commode divelli non possunt, continet, eam iuvandae memoriae causa in sex partes dividemus.



Prima pars inquirit quantitatem trium linearum HK, KM et HM, hoc modo. HK et KM sunt notae, cum sint semidiametri, id est, lineae ex centro K ad circumferentiam unius et eiusdem circuli altitudinis iridis ductae: cui utrique ideo seorsim sumtae e tabulis sinuum integer sinus debetur. Quan-

Digitized by Google

titas autem lineae HM ita inquirenda est. Primo arcus altitudinis iridis MG per instrumenta, ut per astrolabium vel quadrantem exploretur. Deinde huius arcus ex tabulis sinuum, sinus excerpatur, qui angulum GKM exhibebit. Tandem, quia GKM et MKH γωνίαι αἱ ἐφεξῆς duobus rectis angulis sunt aequales per XIII primi Elementorum, si angulus GKM, id est, sinus inventus, subtrahatur a duobus rectis, id est, a sinu integro duplicato, remanebit angulus HKM, vel ipsa linea HM. Sed haec etiam adsumtis numeris demonstrabimus. Lineae HK semidiametro competit integer sinus 10 000 000. Sic idem sinus est lineae KM etiam semidiametro. Ut autem et quantitas lineae HM innotescat, certo quodam instrumento altitudinem cuiusdam conspectae iridis venor. Eam altam deprehendo 30 gradus: cum quibus ingressus tabulas sinuum, excerpo sinum 5 000 000 anguli GKM. Hoc vero sinu subtracto ab integro sinu bis sumpto, id est a 20 000 000, remanent 15 000 000, sinus anguli HKM, seu, quod idem est, latus HM, hunc angulum subtendens. Ut autem facilior sit sequentium calculus, sex cyphras a dextra in singulis numeris praetermittemus. HK igitur continet 10, KM 10, HM 15.

Secunda pars demonstrationis, qua aliquot linearum quantitas et inter se proportio inquiretur.

I. Quae proportio est lineae HM ad lineam KM, ea potest esse inter alias duas lineas per III primi Vitellionis. Quum autem notarum linearum HM et KM proportio nota sit, ponantur duae lineae AB et BC illam eandem habentes inter se proportionem. Sed HM est maior quam KM per XIX primi Euclidis, quum maiorem angulum subtendat. Quod ipsae etiam notae quantitates ostendunt. Nam altitudo iridis numquam ad quadrantem circuli extendi potest, ut infra indicabitur. Quare etiam AB maior est, quam BC. Si igitur alteri harum certa assignetur quantitas, de alterius quoque magnitudine constabit, per XVI sexti Elementorum.

Antequam autem ad sequentia progrediamur, prius calculum videamus. Cum ex praecedentibus HM 15, et KM 10

Digitized by Google

habeat, inter se cohaerebunt ratione sesquialtera. Eadem est quoque inter AB et BC. Si igitur AB partibus sex constiterit, BC ex talibus 4 componetur, facta operatione per regulam proportionum.

II. Quia iam ostensum est, AB maiorem esse, quam BC, extendatur BC in D, ita ut se habeat BD ad AB, ut AB ad BC. Sed AB antea demonstravimus maiorem esse, quam BC. Erit igitur etiam BD maior, quam AB. Quare ex tribus cognitis lineis quarta BD nota fiet.

Haec in numeris ita se habent. Si linea BC extendatur D, lineae BD et AB debent eam proportionem habere, quae est inter AB et BC. Cohaerent autem AB et BC, ut modo dictum est, proportione sesquialtera. Ergo quoque eadem proportione BD et AB constabunt. Sed AB ex praecedentibus continet 6, et BD est maior, quam AB. Senarius igitur numerus huius sesquialterae proportionis, id est, per duo cum dimidio multiplicatus, proferet 9 lineae BD competentia.

III. Quum BC et BD sint cognitae, etiam CD cognoscetur. Componitur autem BC ex partibus 4, et BD ex 9. Facta igitur subtractione prodeunt 5 partes lineae CD.

IV. Proportio HM ad KM est aequalis proportioni AB ad BC, et proportio AB ad BC aequat proportionem BD ad AB, ut antea ostendimus. Ergo per XI quinti Euclidis proportio HM ad KM, vel quod idem est, ad HK (aequales enim sunt) convenit cum proportione BD ad AB.

Tertia pars demonstrationis, quae versatur circa duas lineas: quarum una ex puncto M demittitur in lineam KG, et altera intercipitur inter punctum K et inter id punctum, in quod demissa in lineam KG incidit. Ita autem demonstratio est pertexenda.

I. Nota est quantitas linearum CD et HK. Ergo etiam de proportione inter easdem constat. CD continet 5, HK 10: proportio est subdupla.

II. Quia proportio inter CD et HK est cognita, poterit constitui linea, quae hanc eandem proportionem ad lineam BC habeat per III primi Vitellionis. Cum igitur CD minor

Digitized by Google

sit, quam HK (nota enim est harum linearum quantitas) erit BC minor, quam illa nova linea. Abscindatur itaque huius modi linea proportionalis per III primi Elementorum a linea KG, quae sit KP. Est igitur KP cognita. Quae ita in numeris se habent. CD habet 5, HK 10, BC 4. Ergo per regulam proportionum KP 8.

III. Connectantur puncta M et P. Dico proportionem CD ad HK, vel BC ad KP aequalem esse proportioni AB ad PM. Quod iam statim demonstrabimus. Sed interim tamquam demonstratum in calculo ostendemus. Inter CD et HK, item inter BC et KP ex praemissis est proportio subdupla. Eadem igitur etiam erit inter AB et MP atque MP 12 partes continebit.

Quarta pars ἀποδείξεως demonstrat praecedentem propositionem διὰ ἀπαγωγῆς εἰς ἀδύνατον hoc modo: Si PM non est illa linea, ad quam habeat AB eam proportionem, quam habet CD ad HK, vel BC ad KP, erit minor vel maior constituenda. Sed sit primum minor PR et connectantur puncta HR et KR.

I. Posita itaque linea PR loco PM, erit iuxta praecedentem asseverationem proportio CD ad HK, vel BC ad KP, aequalis proportioni AB ad PR. Sunt autem CD et BC coniunctae linea BD. Sic HK et KP additae sunt linea HP. Quare sicut se habet BD ad HP: ita se AB habebit ad PR per XVIII quinti Elementorum et per XVI eiusdem, proportio BD ad AB aequalis erit proportioni PH ad PR.

CD 5	HK 10	subdupla	proportio
BC 4	KP 8	subdupla	
AB 6	PR 12	subdupla	
BD 9	HP 18	subdupla	
BD 9	AB 6	sesquialtera	
PH 18	PR 12	sesquialtera.	

II. Proportio HP ad BD aequalis est proportioni PR ad AB, ut modo ostendimus. BD vero se habet ad AB, sicuti se habet AB ad BC, ut supra demonstratum est. Sed iterum AB cohaeret cum PR ea proportione, qua BC cum KP, ex

Digitized by Google

hypothesi. Ergo proportio HP ad PR aequalis est proportioni PR ad KP, per XI quinti Elementorum bis repetitam.

HP 18 — BD 9 — AB 6 — PR 12
PR 12 — AB 6 — BC 4 — KP 8

III. Sunt igitur nunc duo triangula HPR et KPR, habentia angulum communem HPR, quorum bina latera hunc angulum includentia, sunt proportionalia. Ostendimus enim proportionem HP ad PR aequalem esse proportioni PR ad KP. Triangula igitur sunt aequiangula per VI sexti Euclidis: et per IV eiusdem sexti latera aequales angulos includentia, sunt proportionalia. Ergo sicuti se habet PH ad PR, vel PR ad KP, ita se habebit HR ad KR. Sed proportio HP ad PR aequalis est proportioni BD ad AB, et proportio HM ad KM, ut supra ostensum est. Ergo proportio HR ad KR convenit cum proportione HM ad KM per XI quinti Elementorum.

HR	HP 18	BD 9	HM 15
KR	PR 12	AB 6	KM 10

Quod est impossibile et contra LVI primi Vitellionis, quae docet, in dato semicirculo ad unum punctum circumferentiae duabus lineis, una a termino diametri, et altera a centro ductis ab iisdem punctis ad aliud quodcunque punctum dati semicirculi, lineas duas prioribus proportionales duci nullo modo posse. Linea igitur non minor, quam est PM assumenda est, ut proportio inter CD et HK, vel BC et KP sit aequalis proportioni inter AB et illam assumtam.

Eodem etiam modo demonstrabimus, illam lineam non posse constitui maiorem linea PM, ut aequales proportiones inter eas lineas, quas nominavimus, habeantur. Quae omnino sicut se habet CD ad HK, vel BC ad KP, ita se habet AB ad PM.

Quinta pars demonstrationis. Si nunc pro PR sumatur PM, et demonstratio, quae ad impossibile ducebat, ordine ab initio repetatur, tandem hoc sequetur, quod sint aequales proportiones HP ad PM, et PM ad PK, et HM ad KM.

Digitized by Google

HP 18	PM 12	sesquialtera
PM 12	PK 8	sesquialtera
HM 15	KM 10	sesquialtera.

Sexta pars demonstrationis. Super centro K ducantur multi altitudinum iridis circuli, qui omnes se invicem in punctis H et G intersecent. Et ex H puncto communis intersectionis ad singulos horum circulorum singulae ducantur lineae, quae ipsi lineae HM sint aequales. Ex puncto etiam K communi centro ad singulos illos circulos protrahantur singulae lineae, quae aequent lineam KM. Similiter ex puncto P, quod est in axe fixum, ad eosdem singulos circulos ducantur singulae lineae aequales ipsi lineae PM. His ita factis, possumus in singulis circulis altitudinum latera triangulorum HMK et HMP, eodem modo, quo antea, demonstrare inter se proportionalia. Quod nullo modo fieri posset, si corpus luminosum extra punctum horizontis constitueretur. Si igitur P est centrum iridis, super eo et ad intervallum lineae PM describatur circulus: vel si P non est centrum circuli iridis, sit huius polus, et super hoc polo, ad idemque intervallum PM efformetur circulus: qui necessario singulos ductos altitudinum circulos in punctis M, id est, in singulis incidentiarum seu reflexionum punctis secabit. Idem etiam ostendi potest, si HMG ponatur esse semicirculus horizontis, hisque *διαμέτρῳ* GH fixa circumducatur. In qua circumductione lineae semper manebunt proportionales, et anguli a proportionalibus lateribus inclusi, aequales erunt, et punctum M ita circumvolutum, iridis circulum describet. Cum igitur P non sit centrum iridis, demittatur per XII primi Elementorum, perpendicularis MO, quae axem HG secet in puncto O. Similiter a reliquorum omnium altitudinis circulorum punctis, in quibus hos circulus iridis intersecat, in idem punctum O demittantur perpendiculares. Quae omnes inter se sunt aequales per 4, 8, 26 primi Elementorum. Nam per praecedentem demonstrationem ostendi potest, in singulis altitudinum circulis triangulum MHP semper eandem angulorum servare rationem. Per definitionem igitur circuli, erit O centrum iridis. Quare

Digitized by Google

cum centrum iridis sit in axe horizontis, medietas eius erit supra horizontem, et medietas infra eundem. Sole itaque horizontem occupante, semicirculus iridis apparet. Quod demonstrandum proponebatur.

Quod autem obiici potest, visum non fieri ex centro universi, sed ex terrae superficie, et ideo sole posito in horizonte, tanto minus, quam est semicirculus, de iride videri, quanta inter centrum mundi et visum distantia est. Ad id ut concinne responderi possit, sciendum est, hanc diversitatem aliter in rebus astronomicis, aliter in iridis doctrina considerari. Quando enim caelum cum terra conferimus, proportio nulla est huius ad illud. Quare etiam ea distantia, quae inter centrum terrae et eiusdem superficiem numeratur, nullius, si cum caelo instituas collationem, censetur momenti. Verum si vaporem, in quo iris generatur, respicias, negari non potest, quod aliqua magnitudinis differentia sit in iride visa, vel in superficie, vel in centro terrae. Nam circulus, quem centrum iridis circa terram circumvolutum describit, certe habet sensibilem proportionem ad terram, cum a Vitellione propositione 60 libri decimi et ab aliis artificibus demonstratum sit, non adeo multis milliaribus nubes a superficie terrae distare. Sed qualiscunque haec est differentia, eam negligimus, quasi vix sensibilem, et ortam non ex iridis generatione, sed ex visus nostri loco. —

Haec Fleischerus, qui Aristotelis demonstrationem iridem semicirculo esse minorem, quando sol supra horizontem adscenderit, nulla diserta expositione illustravit.

§. 2. *ἐμπίπτουσαι* S. — *ὡς περὶ ἄξονα* Cam. in quibus latet *ὡσπερεί*, quod exhibet S. — §. 4. *ἐν ᾗ τὸ κμ* Cam. — *ὁποιονοῦν* Cam. S. — *ἀγόμεναι* pro *ἀναγόμεναι* Cam. S. *ductae* Bag. — *πρὸς ἄλλο καὶ ἄλλο σημεῖον τοῦ ἐφ' ᾧ α ἡμικυκλίου* Bag. — §. 5. *ἔστω δὲ αὕτη* Cam. — *πρὸς ἄλλο δὲ σημεῖον τῆς μν περιφερείας* et q. s. Bag. *apud aliud autem punctum quod ipsius MN circumferentiae.* Cam. *πρὸς ἄλλῃ δὲ τῇ ημ καὶ τῇ μν περιφερείᾳ.* S. prorsus cum Bekkero facit. — §. 6. *μκη* pro *κμη* Cam. *μκ* S. — §. 7. *τὴν β πρὸς τὴν δ*

Digitized by Google

Cam. — τὸ $\overline{\beta}$ pro ἢ τὸ $\overline{\beta}$ Cam. S. — §. 9. ἔστω γὰρ πρὸς τὴν $\overline{\pi\rho}$ Cam. S. — $\overline{\zeta\beta\delta}$ pro $\delta\beta\overline{\zeta}$ Cam. S. — §. 10. ὅνπερ αἱ $\overline{\eta\pi}$ Cam. pro ὅνπερ ἡ $\overline{\pi\eta}$. Etiam S. exhibet $\eta\pi$. — ἡ $\overline{\pi\rho}$ Cam. S. Bag. pro ἡ $\pi\rho$. — §. 11. ὥστ' ἀμφότεραι *quare ambae* Bag. omisso in fine praecedentis enuntiationis vocabulo ἀμφότεραι. — πρὸς τῇ $\overline{\mu\eta}$ περιφερείᾳ Cam. — §. 12. δειχθήσεται pro δείξομεν Cam. S. — Verba καὶ λοιπή ..... πρὸς $\overline{\mu\kappa}$ non interpretatus est Bag. sed monuit in margine: *a. l.* (alius liber) *addit haec verba, et reliqua quae MG* (scilicet G posuit, ubi in textu $\overline{\eta}$) *ad eam, quae MK.* πρὸς τὴν $\overline{\mu\kappa}$ Cam. S. — §. 13. ἁπασῶν τῶν γωνιῶν ἐφάψεται Bag. *omnes angulos attinget.* — αἱ ἀπὸ τοῦ $\overline{\kappa\eta}$ omisso deinde κύκλου legit Bag. — Verba καὶ ἄλλοθι in suo non deprehendit Bag. καὶ ἄλλοθι pro αἱ ἄλλοθι καὶ ἄλλοθι Cam. — §. 14. ἐάν pro ἄν Cam. — ἀπὸ τοῦ $\overline{\kappa}$ Cam. — ποιήσουσι pro ποιοῦσι Cam. — $\overline{\kappa\pi}$ pro $\overline{\eta\pi}$ legit etiam Bag. — §. 15. καὶ $\overline{\kappa\pi}$ omisit Bag. ut et paulo post verba καὶ $\overline{\kappa\mu\pi}$. — ὑπὸ τοῦ ὁρίζοντος Cam. — §. 16. Huius paragraphi nulla interpretatio reperitur apud Bag. — προσπεριπορίζομένων pro πρὸς τῇ γῇ στεριζομένων Cam. S. — συμβαίνειν pro συμβάλλειν Cam. S. — ἡ ἰκμάς addito articulo Cam. S. — Falsum esse monui iam in *Meteorol. veter. Graecor. et Roman.* IX, 45, p. 193 sq. quod Aristoteles de raritate iridis lunaris tradiderat. Adscribo nunc Alberti Magni verba p. 128, b: *Dicam a me et a multis aliis visum fuisse arcum per noctem in Aquilone, luna existente in meridie: nec erat luna plena, sed erat amphitrios, hoc est satis plus quam dimidia, aliquantulum deficiens a plenitudine; et erat luna in meridie ultra Zodiacum in signo Capricorni in principio signi illius, sol autem erat in fine Tauri circa initium Geminorum. Neque videtur verum quod in* 50 *annis non apparet nisi bis: quia veridici experimentatores experti sunt, quod in eodem anno iris noctis bis apparuerit. Adhuc autem ratio non esset quare non apparet nisi bis in* 50 *annis, cum hoc in nullo cursu sit superiorum, nec in coniunctione eorum, nec super hoc aliquid tradiderunt observatores astronomorum. Et ideo puto ego, quod istud*

Digitized by Google

Aristoteles recitaverit ex opinionibus aliorum, et non ex veritate demonstrationis vel experimenti, cum absque dubio experta sint a me, et ab aliis veridicis consideratoribus sociis meis ea quae sunt obiecta. Haec Albertus. Ipse ego superiore anno arcum nocturnum vidi, cuius dimidia tantum pars occidentem versus absoluta erat. Inferior pars prope terram coloribus splendebat, superior prorsus alba apparuit. Qua occasione oblata et alius cognati generis observationis mentio est iniicienda. Secundarii enim colores in iride, quod observandi nuper occasionem nactus sum, originem habent inde, quod aliae nubes pluviae guttas demittentes ante eas, in quibus iris conspicitur, paulo inferiores aut superiores rapido cursu praeterferuntur: unde fit, ut secundarii illi colores non certa sede, ut ipsa iris, remanere, sed hic nasci, illic evanescere videantur. — §. 17. *ὁ ὁρίζων* sc. *τὸ διάγραμμα κύκλος*. Omnes interpretes, quorum tamen longe maior pars difficultatem silentio transivit, de horizonte caeli cogitarunt, quod absurdum est, quum sol, quando adscenderit, amplius in horizonte esse nequeat. Prorsus ineptus est Olympiodorus, qui eruditione sua rem magis etiam confudit. Quod de horizontis in horas divisione ex Ptolemaeo sese hausisse contendit, in astronomi, qualia nunc exstant, operibus nusquam reperitur. De figura, quam adpinxerat, loquitur Aristoteles; prorsus eadem ratione, qua §. 6 dixerat: *ἐκ κείσθω τις γραμμή*, i. e. *κείσθω ἔξω τοῦ διαγράμματος*. — *ἐφ' οὗ τὸ αγ* Bag. — *ἀρθέντος* Cam. — *ἐφ' οὗ τὸ ηπ σημείου* Cam. — §. 18. *δέ* ab initio omittit Cam. — §. 19. *ἐπάνω* post *τὸ κη* omisit S. — *τοῦ ὁρίζοντος προτέρου* Bag. *sub horizonte priore eius.* — *ψν* pro priore *ψνω* legit Bag. — *αὐτοῦ τοῦ ἡλίου ἐλάχιστον, ὅταν* et q. s. omisso *δέ* ac mutata interpunctione S. — *κατώτερός τε πόλος* omisso articulo Cam. — §. 20. *ἡμικυκλίον* etiam Bag. non interpretatus est. Legit quidem Cam. sed punctum post *μείζω* posuit. — *ὑπὸ γῆς* Bag. *sub terra.* — *καὶ ἀεὶ ἐπὶ μείζω τὰ πορρώτερον* Bag. *et semper in maiora quae longius.* — Adscribenda sunt praeterea Fleischeri verba p. 176 sqq.: Quod hieme irides creberrime fiant, causa

Digitized by Google

est, quod minor est solis altitudo, et ideo minor radiorum solarium rectitudo, et minor fortitudo, quam ut vapores dissipare et consumere possint: unde eo tempore plus est vaporum qui aestatis calore consumuntur. Eiusdem vero rei causam Aristoteles recitat his verbis: ὅτι δ' ἐν μὲν ταῖς ἐλάττοσιν ἡμέραις ταῖς μετ' ἰσημερίαν μετοπωρινὴν ἐνδέχεται ἀεὶ γίγνεσθαι ἴριν, ἐν δὲ ταῖς μακροτέραις ἡμέραις ταῖς ἀπὸ ἰσημερίας τῆς ἑτέρας ἐπὶ τὴν ἰσημερίαν τὴν ἑτέραν περὶ μεσημβρίαν οὐ γίγνεται, αἴτιον ὅτι τὰ μὲν πρὸς ἄρκτον τμήματα πάντα μείζω ἡμικυκλίου καὶ ἀεὶ ἐπὶ μείζω. τὸ δ' ἀφανὲς μικρόν. τὰ δὲ πρὸς μεσημβρίαν τμήματα τοῦ ἰσημερινοῦ τὸ μὲν ἄνω τμῆμα μικρόν, τὸ δ' ὑπὸ γῆν μέγα. καὶ ἀεὶ δὴ τὰ πορρώτερα μείζω. Quorum verborum sensum ita exponendum esse iudico. Per circulos, quos se ipsos dicit intersecare, intelligit eos, quos sol quotidie circa terram raptus describit, et eos omnes, qui per utrumque mundi polum ducuntur. Sed ut facilior sit explicatio, assumo tantum meridianum. Hunc, inquam, circulus a sole descriptus, quotidie intersecat in duobus locis: in hemisphaerio superiori, quando tempus meridiei agitur: et in hemisphaerio inferiori tempore mediae noctis: ita ut meridiani duae prodeant partes, quarum altera habeat polum arcticum, altera antarcticum. Nunc quod Aristoteles dicit, intelligi potest. Quando sol in aequinoctiali versatur, segmenta sunt aequalia: sed quando est ultra aequinoctialem in signis meridionalibus, sectiones omnes meridionales sunt minores semicirculis et septentrionales maiores. Contrarium fit sole tenente signa septentrionalia. Haec quidem uno et eodem modo se in omnibus terrae locis habent. Sed in nostra zona habitata utrumque segmentum ab horizonte ita secatur, ut in meridionali sectione pars superior semper sit minor, inferior maior, et contrarium accidat in sectione septentrionali. Per haec autem Aristoteles nihil aliud intelligit, quam altitudinem solis, quae maior fit segmento superiori meridionali crescente, et septentrionali superiori decrescente: minor vero, quando illud decrescit, et hoc crescit. Si enim nimia est solis altitudo, generatio iridis impediri potest, quum huius generandae

Digitized by Google

locus infra horizontem detrudatur. Atque haec de hieme in genere sint dicta. Sed quod Aristoteles scribit, quacunque hora in hieme irides generari posse, eius eaedem sunt causae, quas iam recitavi. Nam etsi sol in meridiano est: tamen altitudo illius non potest prohibere, quo minus iris gignatur, nec est tanta radiorum vis et efficacitas, ut hi dissipare vapores possint. In aestate autem irides tantum tempore meridiano non generari Aristoteles ait: circa ortum aut occasum solis fieri non negat. Nam et in aestate multi colliguntur vapores, qui sole oriente aut occidente dissipari nequeunt: in meridie vero propter radiorum fortitudinem in aërem dissipantur. — §. 21. *πρὸς θερινὰς τροπάς* omisso articulo Cam. S. — *τελεώς* pro *παντελῶς* Cam. — *τὸ* $\overline{\psi}$ Bag. pro *τὸ* $\overline{\pi}$: sed in margine adnotavit: *a. l. P.* — §. 22. *ὑπὲρ γῆν* Bag. *super terram.*

Cap. VI. §. 1. *τὰς δ' αὐτὰς ταῖς εἰρημέναις αἰτίας easdem autem dictis causas* Bag. — §. 3. *ἀνώμαλος ᾖ ἡ τοῦ ν. σ.* Bag. *cum inaequalis fuerit nubis consistentia.* — *διὰ τὴν σμικρότητα* Cam. S. ut III, 3, 10, addito etiam articulo. — *τὸ σχῆμα μὲν οὐχ ὁρᾶται* omisso *τοῦ ἡλίου* Bag. qui neque verba *διὰ μικρότητα τῶν ἐνόπτρων* interpretatus est. — §. 5. *ποιεῖ μίαν τῆς ἐμφάσεως χρόαν* Bag. *facit unum imaginis colorem.* — §. 6. *σημαίνει* pro *συμβαίνει* legit etiam Bag. *significat.* — §. 7. *περί τε δυσμάς* absque articulo Cam. — *διαλύσει* pro *διαλύει* Bag. *dissolvet:* non inepte. — *αἱ ἅλως* Cam. — §. 8. Vetus interpres non legit *ὑπὸ τὸν ἥλιον.* M. — *μὴ δύνασθαι ἀφικνεῖσθαι* pro *μὴ δύκνεῖσθαι* Accoramb. p. 485, cuius haec praeterea verba adscribimus: Quae immediate supra posita sunt de halo, quae fit a latere solis, per interpositionem et parenthesin sunt posita, ita ut ordo litterae sic debeat iacere: Ideo halo non fiunt e regione solis, sursum enim si fiant et prope, dissolvet sol; si vero a longe, parvior cum sit visus, ut refractionem efficere possit, non incidet, ad solem videlicet, eo quia ad terram latam non posse pertingere, velut per immensum latam. Postea sunt addenda illa verba, quae per parenthesin sunt interposita, haec scilicet: A latere vero tantum potest sub sole speculum distare, ut neque sol dissolvat,

Digitized by Google

et visus collectim et unite pervenist. Postea sequitur: Sub sole vero non fit, quia si est prope terram, dissolvitur a sole; sursum vero medio tenente caeli sole, visus dispergitur: et omnino neque a latere in meridie fit ea parte, qua visus non fertur prope terram, quare parvus, et debilis pervenit ad speculum; unde visualis linea, quae refrangitur, fit omnino debilis: quia enim visus in meridie longe a terra ad speculum nubis, quod est in summitate caeli, fertur, debilitatur ob ea, quae superius dixit Aristoteles, quod quo longius fertur visus, eo parvior et debilior est, ideo non valet a nube ad solem refrangi, et producere speciem halo. — §. 9. ἄνω ὀὲ μεσουρανίου omisso ὄντος Bag. — ἐκ πλαγίου Cam. — οὐκ ἐπὶ τὴν γῆν φέρεται non ad terram fertur Bag.

Cap. VII. §. 1. ὑπὲρ τὴν γῆν S. — ἐγκαταπεπλεισμένα pro ἐγκαταπλειομένη Patric. *Disc. Peripatet.* Tom. I. Lib. XIII, p. 115. ἐγκαταπλεισομένης Cam. S. — μέρησιν mendo typographico Cam. — §. 2. μεταλλικά pro μεταλλευτά Patric. *l. l.* p. 166. Bag. *metallica.* — §. 3. Verba ἐστιν ἥτις non interpretatus est Bag. — σανδαράχην S. qui haec adnotavit de scriptura vocabuli: *Quum Hesychius σανδαράκην esse dicat τροφήν τινα τῶν μελισσῶν apud hunc ipsum Aristotelem nostrum; et apud Dioscoridem atque alios succus hic terreus per χ scribatur σανδαράχη: utramque scripturam agnoscit etiam Plinius, sandaracam florem et sandaracham metallum.* — ὤχραν Cam. S. — μίλτον Cam. S. — οἷον ἰννάβαρι omisso articulo S. — §. 4. χρυσός, χαλκός Cam. S. *aurum, aes* Bag. — Vetus interpres legit συνθλιβομένη καὶ ἐγκαταπλειομένη καὶ πηγνυμένη M. — Deinde idem ille vetus Morelbii interpres verba: πρὶν ἀποκριθῆναι reddidit *segregatim*, ut legisse videatur ἀποκριδόν vel simile quiddam. — §. 5. διὸ ταῦτα ἔστι μὲν ὡς et q. s. Cam. S. *quapropter haec sunt* Bag. — §. 6. περὶ ἑκάστου γένους Cam.

Digitized by Google

LIBER QUARTUS.

Cap. I. §. 2. *καὶ μὴ ὁμοιογενῆ* (omisso etiam ut apud S. articulo) Cam. Inter *ὁμοειδῶν* er *ὁμοιοειδῶν* ambigitur etiam *de caelo* I, 8. — *ἐξ ἀμφοῖν σωμάτοιν* Cam. — *καθέστηκεν* pro *συνέστηκεν* S. — §. 3. *τὸ γὰρ ὥσπερ συγκρῖνον ποιητικόν τί ἐστι* Cam. — *παθητικά* pro *παθητικόν* Bag. — §. 4. *αἷς οὕτως ἐργάζονται* Cam. S. — §. 5. *καί* post *γένεσις* omittit Cam. — §. 6. *μόλυνσις* Cam. S. hic et in sequentibus: atque ita etiam Albert. Magn. qui graeca nomina generum concoctionis et inconcoctionis servavit. — Verba *τῆς ὕλης ..... καὶ ἀπεψία* bis posuit Cam. — §. 7. *τὸ ἐναντίον* addito articulo Cam. S. — *ἁπάντων τούτων omnium horum* pro *τῶν ἄλλων ἁπάντων* Bag. *τῶν ἄλλων ἁπάντων τούτων* Cam. S. — *ἂν μήτε βίᾳ* S. — §. 8. *ὁρίσθη* Cam. — §. 9. Post *ἰδίως* Cam. S. addunt *γε*. — *πάντα γὰρ ταῦτά ἐστιν ὕλη τῷ πυρί* Bag. *omnia enim haec sunt materia igni*. — §. 10. *φθορὰ γὰρ ἐν ἑκάστῳ* posito *γάρ* pro *τῆς* Cam. *φθορά τι ἐν ἑκάστῳ* S. qui tamen in adnotatione critica p. 122, b probat *τῆς*. — §. 11. *ἥ δὲ ἐνδεές qua autem indigens* Bag. *ἐνδεὲς δὲ ὄν* pro *τὸ δ' ἐνδεές* Cam. *τὸ δ' ἐνδεὲς ὄν* S. — §. 12. *συνεξατμίζεται* pro *συνεξατμίζει* Cam. *ἐπάγον* pro *σπῶν* Bag. *inducens*, cum mox *ἐπάγει* vertat: *inducit*. — §. 13. *ἁλέαις* aperte exhibet Cam. — §. 14. *οὔτε ποιεῖ* S. — *συνεστάναι* Cam. S. —

Cap. II. §. 1. *δυνάμει* mendo typographico pro *δυνάμεις* Cam. — *ἔστι δὲ θερμοῦ* Cam. — *ἔτι* ante *ὄπτησις* in suo non reperit Bag. — §. 2. *τοῖς πράγμασι γὰρ οὐ κεῖται* et q. s. legit Bag. *rebus enim non posita sunt*. — *οὐ ταὐτά* Cam. S. — §. 3. *ἐκ τῶν εἰρημένων παθητικῶν* Cam. cfr. §. 8. — *ἑκάστῳ* pro *ἑκάστη* Bag. *unicuique*. Cam. S. — §. 4. *καὶ διὰ λούτρων καὶ ἄλλων τοιούτων* Bag. *et per balnea et per alia talia*. — §. 5. *φυσήμασι* pro *φύμασι* Cam. cfr. IV, 3, 3. — *πύον* pro *πῦον* Cam. S. — §. 6. *ἅπασι τοῦτο πάσχειν* Bag. *omnibus hoc pati*. — *ἄν* ante *ἐνῇ* omittunt Cam. S. perperam. cfr. II, 2, 8. Sophocl. *Oed. Col.* 114. — *κρατεῖν* Bag. posuit ante *τοῦ ἀορίστου*, cuius in locum Cam. S. exhibent *τοῦ ὑγροῦ*. —

Digitized by Google

§. 8. ἑκάστῃ φύσει Cam. S. — τὸν τρόπον τοῦτον *modo hoc* Bag. contra loquendi morem Aristotelis, quamvis ita editum sit *Phys.* I, 1, p. 184, a, ubi recte cod. F. praebet τοῦτον τὸν τρόπον. —

Cap. III. §. 1. τοιοῦτο λέγομεν pro οὕτω λέγομεν Cam. — §. 2. καθάπερ εἴρηται πρότερον omisso καί Bag. *sicut dictum est prius.* — §. 4. Post ἡ φύσις ἄγει Cam. addit ὅταν τρέφηται et ita Accorambonus *Vera mens Arist.* p. 488. — §. 7. τοῦτο post συμβαίνει δέ non interpretatus est Bag. — τὸ ὁριζόμενον ὑγρὸν πολύ Bag. *quod terminatur humidum multum.* — συνιστάναι pro συνεστάναι *consistunt* Bag. cfr. IV, 1, 18. — §. 8. ὠμὰ τὰ πάντα Cam. S. — §. 11. τὰ γὰρ ἐπὶ τῶν τηγάνων ὀπτᾶται Cam. S. *quae enim in sartaginibus assantur* Bag. — εἰς αὐτό Cam. S. — §. 12. εἰς αὐτά Cam. S. — §. 14. κατὰ μὲν τὴν ἰδέαν τὴν αὐτήν *secundum formam quidem eandem* Bag. sed in margine adnotavit: *a. l. non eandem.* — οὐ γὰρ ἄρτια κεῖται ὀνόματα Bag. *non enim paria posita sunt nomina.* Cam. S. οὐ γὰρ κεῖται ὀνόματα ἄρτια. — §. 15. ὅταν ἐν τῷ ὑγρῷ ὁ χυμός transposito articulo Cam. — §. 17. πνετίαν Cam. πιτύαν S. qui de scriptura nominis haec adnotavit: *Pro eodem ex Dioscoride affertur* πντία: *sed veriorem esse scripturam puto, quae apud Suidam exstat* πητύα. *Nam alludit ea ad verbum* πήσσειν: *ut Latini quoque coagulum a cogendo denominarunt.* — §. 19. ἀπεψία μέν, ἐναντία δ' ἑψήσει Cam. Bag. *inconcoctio quidem, contraria autem elixationi.* Quae lectio si stare posset, necesse foret, ut ἕψησις genus esset ἀπεψίας, quum contra πέψεως sit. — εἴη δ' ἐναντία omisso ἄν Cam. — ἡ τῇ πρώτῃ Cam. S. Bag. Vertit enim: *erit autem contraria* (neque hic ἄν legisse videtur, quia tunc *utique* adiecisset) *primae dicta inconcoctio.* — §. 20. πέπτουσα Cam. At mox §. 21 exhibet πέττεσθαι. — μεμολυσμένα Cam. — §. 21. λέγεσθαι pro λέγεται Cam. — λύεται pro γίνεται Cam. — §. 22. μεῖζον τὸ ὀπτῆσαι Bag. *magis assasse.* — τὰ ἐκτὸς καὶ τὰ ἐντός mutato ordine verborum Bag. cum vertat: *exteriora et interiora.* — αἰεί Cam. S. — §. 24. καθόλου ταῦτα Cam. —

Digitized by Google

ἀλλ' ἀνώνυμα. De vocabulorum penuria cfr. etiam *Phys.* I, 5, p. 188, b. — Articulum *ἡ* post *ἐπεὶ καί* omittunt Cam. S. — §. 25. *ἀποβριθέν* pro *ἀποκριθέν* Cam. — § 26. *στώθενσις* Cam. cum supra IV, 2, 1 exhibuisset *στάτευσις*. Huius loci scripturam, monente Sylburgio, confirmat alphabeticus ordo apud Hesychium et Suidam.

Cap. IV. §. 1. *ληπτέον* pro *λεκτέον* Cam. — §. 2. *πάντα δὲ ταῦτα τὰ μὲν ἐντελεχ.* Bag. *omnia autem haec, haec quidem actu.* *ἔσται* post *ἐντελεχείᾳ* omisit S. — §. 4. *ξηρὸν μὲν γῆς, ὑγρὸν δὲ ὕδατος siccum quidem terrae, humidum autem aquae* Bag. Cam. S. — *διὰ τοῦτο δ' ἅπαντα* addito *δέ* S. — §. 6. *τὸ ἐξ ὑγροῦ καὶ ξηροῦ quod ex humido et sicco* Bag. — §. 7. *εἰς αὐτό*, ut solent Cam. S. cfr. V. L. ad IV, 3, 11. 12. — §. 9. *καί* post *ὅῆλον ὅτι* omittit Cam. — *καὶ ἁπλῶς πρὸς τὴν ἀφήν* et q. s. Bag. —

Cap. V. §. 1. *τοῦτο γὰρ ὁρίζεται* S. — *καὶ τὰ σύνθετα καὶ ὡρισμένα* Cam. S. — §. 2. Vetus translatio legit: *τὸ δὲ πάθος, ὡς ὅθεν τὸ εἶδος, passio autem, ut unde species* M. — §. 3. Dativi *ᾗ παρουσίᾳ ᾗ ἀπουσίᾳ* defenduntur etiam loco *Phys.* I, 7, p. 191, a: *ἱκανὸν γὰρ ἔσται τὸ ἕτερον τῶν ἐναντίων ποιεῖν τῇ ἀπουσίᾳ καὶ παρουσίᾳ τὴν μεταβολήν.* — §. 8. *τῆς ἐκτός* pro *τῆς ἔξω* Cam. S. — §. 9. Prius *ἤ* ante *τῷ ἐντός* omittit Cam. — Post *ἀφαιρεθέντος* Cam. S. addunt *τοῦ ὑγροῦ*.

Cap. VI. §. 2. *ὅυα πήγνυνται* Cam. — *ἢ ψυχρῷ ἢ θερμῷ ξηρῷ* mutato verborum ordine Bag. *aut frigido aut calido sicco.* *ἢ ψυχρῷ ἢ ξηρῷ ἢ θερμῷ ἅμα καὶ ξηρῷ* Cam. *ἢ ψυχρῷ ἢ θερμῷ ἢ ξηρῷ* S. — *ὑπό* ante *ψυχροῦ* omittit S. — *ὑπὸ θερμοῦ ξηροῦ* Cam. S. — *ψυχρόν* post *ὑγρόν* non interpretatus est Bag. — §. 4. *διὸ καὶ οὐ παχύνεται quapropter et non incrassatur* Bag. vide Comment. ad IV, 9, 35. — §. 5. *ὑπὸ τοῦ πυρός* Cam. S. — *συνεξατμίζοντος cum quo ..... evaporante* Bag. §. 8. *ταῦτα δὴ ἅλυτα* Cam. S. — §. 9. *στωμώματα* et mox *στώμωμα* Cam. — De modo liquationis ferri adscribimus Alberti Magni verba p. 179, b sq.: *Si timetur ferrum et proiiciatur desuper pulvis sulphuris et auripigmenti, et bene temperetur cum limatura ferri, et*

Digitized by Google

postea sit in forti igne, cito liquescit, quia sulphur iuvat adurendo, et solvendo grossum terrestre ab humido apprehenso in ipso: et hoc modo fit operatio alchimicorum, qui separando saepe terrestre et subtiliando humidum ferri, eliquant ex ferro tandem id quod simillimum est argento: efficitur enim curvabile subtile humidum, et incipit albescere terreo separato. De huius modi autem erit alibi tractatus. Eodem autem modo per calidum debile calefaciens chalybem mollescit chalybs: quia parum soluto humido quod est in chalybe, et non educto, eo, quod debile sit calidum, incipit discurrere humidum per partes siccas chalybis et mollificat ipsas: et hoc modo gladii et caetera incidentia remittuntur et mollificantur calefacta, et postea paulatim lento frigore infrigidata. Est etiam alius modus mollificationis, quem ponit Nicolaus Peripateticus in alchimicis. Si enim chalybs cavetur ad modum semisphaerae et fiant pori in chalybe multi, et super chalybem candens plumbum mittatur, evaporabit plumbum, et non relinquit in chalybe nisi tincturam modicam: et humidum eius ad se trahit chalybs, quo imbibito mollificatur: et si saepissime fiat hoc, chalybs tandem efficitur mollis, ita quod comprehensibilis et formabilis erit manibus. Indurantur autem quando candentia immerguntur aquae frigidae: quia tunc per frigus velox reprimitur calidum ferri in profundum, quod secum trahit humidum diffusum per ferrum: et cum congregatum fuerit in ipso calidum in centro frigidi, tunc ibi aduritur multum de humido: et sic induratur ferrum: et si esset aqua vehementis siccitatis, in qua ferrum exstinguitur, tunc multum induraretur, ita quod postea confricatione aliorum corporum non cito consumeretur: et si esset gladius, secaret aliud ferrum fortiter, sicut si exstingueretur saepius in aqua rafani commixta cum humore qui exprimitur de vermibus qui dicuntur lumbrici terrestres. Sic indurant ingeniatores axes, in quibus volvuntur rotae: et quidam milites hoc modo indurant acies gladiorum et acumina lancearum suarum. — §. 11. ῥέειν Cam. posteriore loco, quum priore dedisset ῥεῖν. — §. 12. ὑπὸ

Digitized by Google

ξηροῦ θερμοῦ *a sicco calido* Bag. — λύεται, quod exhibent etiam Cam. S., defenditur interpretatione Bag. *haec quidem insolubilia, haec autem solvuntur humido.* — ἄλυτοι pro ἄλυτα Cam. S. — §. 13. τήκονται S. priore loco. — τῷ γὰρ θερμῷ ἐν ψ. ὑγρ. omisso ξηρῷ Cam. *quod tamen*, ut monet S., *sequentia videntur omnino postulare: et fortasse etiam in sequentibus, ut contraria contrariis melius respondeant, inverso ordine legendum ὑγρὸν ψυχρόν.* — εἰ οὖν ἔπηξε θάτερον λύσει S. omisso altero θάτερον.

